Universitätsbibliothek Paderborn

# R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum

**Potesta, Felice**

**Coloniæ, 1712**

Pars II. De Decem Præceptis Decalogi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

Visual Library

# PARS SECUNDA
## De decem Præceptis Decalogi.

166 NOmine *Decalogi*, venit ſacrum volumen decem præcepta divina complectens, quæ habentur in Exod *cap.* 20. quorum tria priora dicuntur, *primæ Tabulæ*, ſeptem poſteriora, *ſecundæ Tabulæ*, quatenus illa Deum, iſta Proximum immediatè reſpiciunt.

167 Decem Præcepta Decalogi ſunt divina naturalia, adeóque obſervanda etiam cum periculo vitæ: *v. n.* 143. *&* 125. Alia ſunt negativa, quæ prohibent aliquid fieri; hæc obligant ſemper, &ad ſemper, ut *non adorabis Deos alienos, non occides, &c.* alia poſitiva, quæ præcipiunt aliquid fieri; hæc obligant ſemper, at non ad ſemper, ſed ad locum, & tempus: ut *honora parentes*.

### DE I. PRÆCEPTO DECALOGI
*Unum Cole Deum.*

### *CAPUT I.*

### DE RELIGIONE.

168 REligio eſt virtus moralis hominem inclinans, ut Deo debitum cultum exhibeat tanquam omnium Creatori, & Domino.

Ejus actus tam interiores, quàm exteriores præcipui ſunt, Adoratio, Sacrificium, Oratio, Juramentum, Adjuratio, & Votum.

### ADORATIO

169 ESt actus, quo alium reveremur, ipſi nos ſubmittendo tanquam Superiori, in recognitionem ſuæ excellentiæ.

Eſt triplex: *Latriæ*, quæ eſt in Deum, ob excellentiam increatam: *Duliæ*, quæ eſt in Sanctos ob excellentiam creatam communem: Et *Hyperduliæ*, quæ eſt in Beatiſſimam Virginem ob excellentiam creatam ſingularem, cæteris ſupereminentem.

270 Hæc triplex adoratio, alia eſt abſoluta, quæ convenit Deo, Virgini, & Sanctis per ſe venerabilibus; alia reſpectiva, quæ convenit Cruci, Imaginibus, Veſtibus, & ſimilibus ratione carentibus, quæ non per ſe coluntur, ſed propter aliud. Unde eorum veneratio non ſiſtit in illis, ſed ad prototypum refertur, cújus ſunt imagines, aut quod repræſentant.

271 Licitum eſt votis, & alio cultu, privato tamen, putà genuflexione, deoſculatione, &c. &ut privatam perſonam venerari ſepulchra ſervorum Dei eximiæ Sanctitatis, de quibus eſt indubitatè miraculorum fama. Gobat. *tom.* 3. *de voto nu.* 401. quia id practicatum legimus cum illis, qui poſteà Sancti declarati ſunt.

272 At non licet cultu publico, v. gr. erectione Altaris, Sacrificio Miſſæ, horis Canonicis, & thure, appendendo tabellas, lampades, cereos accendendo, &c. velut perſonam publicam, aut nomine Communitatis, quia id prohibetur maximè ab Urb. VIII. qui etiam in ſpecie prohibet, *Eorum imagines in Eccleſiis, aliiſque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, ſeu ſplendoribus* proponi Alberghinus *in Man. qualif. cap.* 30.

273 Sacrificio Miſſæ Deum colunt Sacerdos, ac cæteri aſſiſtentes, & cum Sacerdote offerentes. De eo actum eſt fusè in tom 3. De aliis Religionis actibus plenè agimus in hoc primo tomo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *CAPUT II.*

## DE TRIBUS VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

### FIDES

274 EX Apoſt. ad Hæbr. 11. *Eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, innixum teſtimonio divino.*

275 Primò, fideles, poſtquam ad uſum rationis pervenerint, ſub mortali, & neceſſitate medii tenentur explicitè credere quinque: 1. Deum eſſe: 2. eſſe juſtum remuneratorem, dantem præmia juſtis, ſupplicia malis: 3. Myſterium Trinitatis, quod conſiſtit in unitate naturæ divinæ, & Trinitate perſonarum. 4. Miſterium Incarnationis. 5. Miſterium Redemptionis, nempè Chriſtum eſſe mortuum pro nobis: Chriſtus eſt verus Deus, & homo in unitate perſonæ Verbi divini. Dixi, neceſſitate medii, quia ſine horum actuali fide quis ſalvari non poteſt, nec ignorantia juvat, Unde homo, qui miſteria fidei neceſſaria neceſſitate medii ignorat, etiam ſi ignorantia ſupponatur invincibilis, abſolvi non poteſt, niſi priùs ſuper iis erudiatur; quia caret medio neceſſario ad juſtificationem, & ſalutem: *vid. propoſit. 64. ab Innoc. XI. damn. & de baptiſmo.*

276 Conſtat ex Apoſt. ad Hæbr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator eſt.* Ex Jo. 17. Matth. 18. & ex Simb. Ath. *Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, ut incarnationem quoque Domini noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat, &c. v. propoſit. 22. ab Innoc. XI. damn.*

277 Secundò, tenentur ſub mortali, neceſſitate tamen præcepti, explicitè, craſſo tamen modo, & quoad ſubſtantiam, credere, & ſcire. 1. Articulos Symboli Apoſtolorum. 2. Orationem Dominicam. 3. Præcepta Decalogi, & Eccleſiæ. 4. Sacramenta maximè neceſſaria, ut Baptiſmum, Euchariſtiam, & Pœnitentiam. Reliqua autem, quando volunt ſuſcipere.

278 Pueri ſæpè à mortali excuſantur, ob intelligentiæ naturalem defectum; non excuſantur autem, qui eorum curam habent, ſi non doceant. Confeſſarii in primis confeſſionibus debent pueros ſuper præmiſſis examinare, & erudire.

279 Non ſufficit fides ex teſtimonio humano, aut ſimili naturali motivo, quia fides ad ſalutem ſupernaturalem neceſſaria, & quæ eſt radix noſtræ juſtificationis, & de qua ait Apoſt. *cit. n. 165. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo,* eſt fides ſtricta ſupernaturalis innixa teſtimonio divino, quod ſolùm eſt infallibilis veritatis. Imò meritum fidei conſiſtit in hoc, quòd independenter à naturalibus rationibus, revelata credimus, præcisè, quia Deus verax dixit: *vid. propoſit. 4. 19. 20. 21. & 23. ab Innoc. XI damn. & propoſit. 1. ab Alex. VII. damn, vid. tom. 2. à n. 281.*

280 Præceptum confeſſionis externæ fidei eſt duplex, negativum, ſcilicet non negandi fidem, & affirmativum, confitendi ore fidem.

281 Primum obligat ſemper, & pro ſemper, ita ut per nullum ſignum externum liceat aliquando negare fidem, non obſtante, quòd interiùs ſervetur fides, etiamſi urgeat periculum mortis: patet ex Matth. 10. *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.*

283 Secundum non obligat pro ſemper. Unde oportet diſtinguere.

Vel enim taciturnitas eſt in talibus circumſtantiis, ut ſit ſignum negationis fidei, aut erubeſcentiæ confeſſionis fidei, aut cedit aliis in ſcandalum, quo avertantur à fide; & tunc etiam cum diſcrimine vitæ fidem confiteri tenemur. Quia ut ait D. Chriſoſt. *in cap. nolite timere*; non ſolùm eſt proditor veritatis, qui mendacium loquitur; ſed etiam

ille

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet. Hinc ſi Tyrannus interrogaret te de tua fide ſeriò, & taceres, peccares: *vid. prop.* 18. *ac Innoc XI. damn.* Idem dico, ſi Paſtor, urgente perſecutione in ſuas oves, cum earum ſcandalo fugiat.

283 Si verò taciturnitas ſit in aliis circumſtantiis, ut non ſit ſignum negationis fidei, &c. tunc non eſſet peccatum. Similiter tunc licitum eſt fugere, aut occultare fidem ſignis ex ſe indifferentibus, minimè ſignis ad profeſſionem falſæ fidei inſtitutis. Conſtat ex Matth. 23. *Cum perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam*, & exemplo D. Athanaſii, aliorumque Sanctorum, ac ipſius D. Pauli.

De fide, Scotus *in* 3. *d.* 23. *q.* 1. *litt. G, d.* 25. *q.* 1. *litt. F, in* 4. *d.* 14. *q.* 3. *litt. E, d.* 5. *q.* 1. *litt. C*, Maſtrius *in Theol. mor. diſp.* 10, *n.* 2. Diana *par. tract.* 3. 5. *reſ.* 46. 48. & 49 *par.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 34. Joan. de la Crux, *pag.* 9. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. Buſen. *lib.* 2. *tract.* 1. Cardenas *diſ.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 41. 42. Bonac. *tom.* 2. *à pag.* 178. Leand. *tom.* 6. *dec. tr.* 2. *de fide.* Fenech, Bertaldus 1. *pr. dec. punct.* 1. Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 4. *Plura v. in* 2. *tom.*

## SPES

284 E*St virtus ſupernaturalis, inclinans ad amandum Deum amore concupiſcentiæ, quo Deum, & divina præ omnibus aliis bonis nobis concupiſcimus.* Quæ concupiſcentia eſt ſancta; non eſt enim talis, qua fruamur utendis, & utamur fruendis, quia Deum, ſeu beatitudinem concupiſcimus nobis, non tanquam fini, ſed tanquam ſubjecto beatitudine perficiendo, quod totum poteſt eſſe ordinatum ad ipſum Deum tanquam finem. Et hoc pacto differt ſpes à charitate, qua Deum amamus amore amicitiæ, ut ſummum bonum in ſe.

285 Ratio eſt, quia Deus non ſolùm eſt in ſe infinitè bonus, ſanctus, &c. ſed etiam eſt nobis infinitè ſuavis, delectabilis, &c. hinc Pſaltes de hoc ſancto mercenario affectu abſque verecundia ait: *Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas propter retributionem.* Pſ. 83. *Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini:* & Aug. in Man. c. 10. *Accende me Domine voluptate, & concupiſcentia tua, qua ſancta eſt, & bona.* Scotus *in* 3. *d* 26. *q. un. litt. C, d.* 34. *q. un. litt. F*, Maſtrius *in Theol. mor. diſp.* 10. *n.* 3. Joan. de le Crux. *pag.* 15. Buſen. *lib.* 2. *tract.* 2. Fenech. Caſtrop. *tom.* 1. *tract.* 5.

## CHARITAS

286 E*St virtus ſupernaturalis, qua Deum diligimus propter ſe, & proximum propter Deum.* Deum diligere tenemur ſupra omnia, non intenſivè, ſed appretiativè, ſeu prælativè, ita ut in caſu jacturæ Deus ſit præferendus filiis, divitiis, & cæteris bonis; qui amor appretiativus eſt perfectior intenſivo.

287 Fides, Spes, & Charitas, quantum ad præceptum negativum de non diſcredendo, de non deſperando, & de non odiendo, obligant ſemper, & pro ſemper, non ſic quoad præceptum affirmativum de eliciendo actus fidei, ſpei, & charitatis. Et quidem non ſufficit eos elicere ſemel in vita; non poteſt autem faciliter aſſignari tempus ſine periculo erroris, aut fovendi ſcrupulos. Tenemur verò eos frequenter elicere, quia hujuſmodi actus virtutum Theologicarum, cum habeant pro objecto immediato Deum, ad differentiam virtutum moraliū, quæ habent pro objecto proprias materias creatas honeſtas, maximè requiruntur ad nutriendam, & conſervandam vitam ſpiritualem animæ; præſertim ad eos tenemur, quando urget gravis tentatio contra fidem, ſpem, & charitatem, cum periculo la-

bendi; tunc, inquam, firmari debemus per actus poſitivos oppoſitos. Tenemur actum charitatis elicere in caſibus, in quibus debemus Euchariſtiam recipere, & confeſſarius non adeſt, & in aliis caſibus, qui in peculiaribus materiis infrà afferentur.

288 In hac tamen re non eſt ſcrupuloſè agendum; eo maximè, quia ſi attentè conſideremus, frequenter actus formales directos, fidei, ſpei, & amoris, elicimus; quando enim Symbolum Apoſtolorum, Orationem Dominicam, & ſimilia recitamus, aut ſacramenta recipimus, & ſacra adoramus, aut ſigno Crucis ſignamur, actus fidei elicimus, quibus articulis illis credimus. Item, quando pœnitentes ad ſacramentum pœnitentiæ accedimus, veniam, & ſalutem ſperamus. Deniq; quando divina beneficia recogitamus, ad amoris actus in Deum excitamur; & præſertim, quando mentaliter oramus, aſſiduos, atque fervidos amoris actus in Deum experimur: *v. propoſit. 1. ab Alex. VII. & propoſit. 5. 6, 7. 17. & 65. ab Innoc. XI. damn*, Maſtrius *cit.* & Carden. *diſp.* 42. Bonac. *tom. 2. pag.* 164. Leander *tom. 6. dec. tr.* 4. Bertaldus 1. *pr. dec. punct.* 1, Caſtropal. *tom.* 1. *tract.* 6.

## CHARITAS ERGA PROXIMUM

289 NOn ſufficienter expletur, ſi abſtineamur ab actu odii, & erga eumdem exequamur facto opera externa benevolentiæ. Sicut enim certum eſt, nos obligari ad diligendum proximum, ex Matth. 22. *Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum*; ita certum eſſe debet, nos obligari eum diligere actu interno expreſſo, & formali, ex illo Joan. 3. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*, & Matth. 22. ubi Chriſtus loquens de præcepto charitatis, ait: *Secundum autem ſimile huic; diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* Ubi per ly *ſimile*, datur intelligi, quòd præceptum charitatis proximi ſit non ſolùm de opere externo, ſed etiam de interno cordis affectu, uti eſt præceptum de diligendo Deum; volendo proximo bona, non mala; gaudendo, non triſtando de bonis; diſplicendo, & non complacendo de malis, eique in neceſſitate ſubveniendo: *vid. prop. 10. & 11. ab Innoc. XI. damn.*

290 Proximus eſt omnis homo beatitudinis capax, ſive infidelis, ſive amicus, ſive inimicus.

291 Ordo in dilectione proximi ſervandus, quoad bona pertinentia ad naturam, & vitam corporalem eſt: Ut extra extremam neceſſitatem ſuccurrendum ſit, 1. uxori, quia eſt una caro cum viro, 2. filiis, 3. parentibus, & patri præ matre, 4. fratribus, & ſororibus, deindè propinquis, & familiaribus. In extrema autem neceſſitate, parentes, eò quòd vitam dederint, ſunt præferendi filiis.

292 In rebus pertinentibus ad civilem communicationem præferendi ſunt concives, in bellicis commilitiones, in ſpiritualibus patres, & fratres ſpirituales. Bannez tamen probabiliter tenet, parentes etiam in ſpiritualibus eſſe omnibus aliis præferendos, quia prima conjunctio carnalis eſt fundamentum aliarum conjunctionum: ita Buſenb.

293 Tenetur quis ſuccurrere proximo in extrema neceſſitate ſpirituali conſtituto, etiam cum periculo propriæ vitæ, ſi ſit certa ſpes illum juvandi, & non poſſit aliâ viâ juvari, nec ſit periculum damni proprii ſpiritualis, Quia damnum ſpirituale proximi prævalet omni damno temporali etiam proprio, damnum verò ſpirituale proprium prævalet damno ſpirituali alieno. Hinc teneris baptizare infantem, & abſolvere peccatorem, quem ſcis certò moriturum, cum periculo tuæ vitæ, ſi ſit certa ſpes illum juvandi, & tibi conſtat non poſſe aliâ viâ juvari, nec tibi immineat periculum damni

propri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proprii ſpiritualis.

194 In gravi neceſſitate tenetur tantùm Parochus, cui talis cura ex officio incumbit, cui proinde non licet fugere tempore peſtis, niſi ſubſtituto alio æquè idoneo.

Scotus *in* 3. *diſt.* 28. *nn.* Maſtrius *in Theolog. moral. diſp.* 10. Joan. de la Crux *pag.* 10. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 5. Buſenb. *lib.* 2. *tract.* 3. *c.* 1. & 2. Leander *tom.* 6. *dec. tract.* 4. *diſp.* 3. Fenech. Caſtropal, *tom.* 1. *tract.* 6.

## ODIUM

195 Eſt duplex, videlicet inimicitiæ, *quo volumus proximo malum, quatenus illi malum*; & hoc eſt peccatum grave, vel leve, juxta gravitatem, aut levitatem, materiæ. Alterum eſt odium abominationis: *Quo non perſonam, ſed ejus malitiam, vel ſaltem perſonam tantum, ut malam, aut nobis noxiam, averſamur.* Et hoc regulariter non eſt peccatum. Ita Buſenb. De hoc ait Pſaltes: *Iniquos diu habuit.* Eſt tamen grave, ſi averſio ſit magna, & cadat non tantùm in malitiam, aut qualitatem offenſivam, ſed in perſonam. Eſt igitur malum odium abominationis perſonæ, non ſic odium abominationis ejus malitiæ, aut qualitatis infeſtæ v. *prop.* 9. *ab Alex. VIII. dam.*

196 Probabile eſt, ſufficere, ſi in confeſſione dicas: *Volui grave malum proximo*; non explicando ſpeciem mali, mortis, corporis, infamiæ, aut in bonis temporalibus; cum conveniant in una ratione mali.

197 Item probabile eſt, quòd non tenearis ſpeciem mali, aut boni explicare, in triſtitia de bono alterius, in gaudio de malo, & quando deſiderium eſt inefficax, videlicet, quando deſideras, ut alius occidatur, &c. at voluntatem non habes eum occidendi, &c.

Probabilius tamen eſt teneri id explicare, quia recenſita mala diſtinguuntur ſpecie.

298 Non peccat, qui ſibi, vel alteri mortem deſiderat naturalem ad gravem infirmitatem, miſeriam, & vitam acerbam, &c. vitandam, quia tunc tolerabilior eſt mors quàm in tantis miſeriis vivere. Peccat autem graviter, ſi ob leves moleſtias mortem exoptat. A mortali excuſari ſæpè ſolent ratione primi motûs, aut ex defectu advertentiæ malitiæ gravis, vel ex defectu deliberationis mulieres.

299 Non peccat, qui deſiderat mortem naturalem proximo ingens malum inferenti, ut ſi deſideres latroni, aut tyranno mortem. Si deſideres infirmitatem peccatori, ut convertatur. Si triſteris de bono proximi, in quantum id in aliorum damnum redundat, quatenus eſt eo abuſurum: v. gr. ſi triſteris aſſumptum eſſe in Judicem hominem injuſtum, &c. quia hi actus non habent pro objecto malum proximi, ſed bonum honeſtum aliorum, nempe publicæ quietis, ceſſatio iniquitatum, injuſtitiarum, gravium offenſionum, &c.

300 In nullo autem ex his caſibus licet privatâ auctoritate proximum occidere, quia plus requiritur ad mortem, & malum inferendum, quàm ad deſiderandum; ut cum de homicidio. Similiter nunquam licet deſiderare alteri mortem ab alio injuſtè infligendam, quia eſt actus de objecto malo: *v. ver. Homicidium alterius*, de Tyranno.

301 Imò ſecluſo caſu ingentis damni impendendi, non licet malum, aut mortem naturalem alteri deſiderare, aut de eo gaudere, vel de bono triſtari, v. gr. quia exindè temporale bonum nobis advenit, aut hæreditas, quia hoc eſt leve, imò iniquum motivum ad malum grave alteri cupiendum. Tum quia hæreditas, vivente domino, eſt tibi indebita; adeóq; vivente domino iniquum eſt ei deſiderare malum, nempe mortem ob bonum, tunc tibi indebitum. Multò magis iniquum eſt eam deſiderare Patri, à quo poſt Deum vitam accepiſti:

ſti: *v. propoſit.* 13. 14. & 15. *ab Innoc. X. damn.* Scotus *in* 3. *diſt.* 30. *quaſt. un. litt. A.* Maſtrius *in Theol. mor. diſp.* 10. *n.* 97. Buſen. *cit.* Cadernas *diſp.* 11. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 207. Bertald, 5. *pr. dec. punct.* 1. Caſtrop. *to.* 1. *tract.* 6.

## CHARITAS ERGA INIMICUM,

302 EX præcepto obligat, ut quilibet homo privatus communia charitatis ſigna, & beneficia, exhibeat; ſpecialia verò ſolùm ex conſilio, niſi aliude obligatio oriatur, v. gr. ratione ſcandali.

303 Hinc non potes ſine mortali à communibus orationibus, aut à ſacrificio inimicum excludere. Nec ſi toti viciniæ eleemoſynam elargiaris, potes inimicum excludere; quia licèt liberè des, ſuppoſito tamen, quòd des, inimicum excludere eſt odii ſignum.

304 Regulariter non tenetur quis ſalutare, aut alloqui inimicum; quia ſalutatio, & allocutio ſunt actus liberi inter æquales; unde eos omittere non eſt per ſe ſignum odii. Inter inæquales eos omittere eſt ſignum inurbanitatis in inferiore; imò ſi inaqualitas ſit inſignis, ut inter ſuperiorem, & ſubditum, &c. ſalutationem omittere eſt ſignum contemptus.

305 Dixi regulariter, quia aliquando ratione alicujus circumſtantiæ adjunctæ eos omittere eſt mortale: 1. ſi cedat in ſcandalum, & ſignum odii interni; uti eſſet, ſi pluribus ſimul tibi occurrentibus cæteros ſalutes, & inimicum excludas: ſi allocutio non eſt debita, ſed tu prævides, quòd ex tua allocutione, aut ſalutatione, inimicus odium deponet, tunc mortaliter peccas, ſi ſine magna animi difficultate potes: hoc addidi, quia charitas non obligat cum magno incommodo.

306 Poſſunt tamen iſti aliquando excuſari à mortali, ſi alii, qui videbant eos priùs ad invicem ſalutari, & modò vident non ſalutari, ſciant cauſam rixæ fuiſſe levem, & rixam levem.

307 Quando collocutio eſt debita, debet prius incipere lædens, inferior, qui priùs offendit, qui excitavit, qui graviùs offendit, licèt fuerit poſterior. Si injuriæ ſint æquales, aut non ſit major ratio, cur incipiat priùs unus, quàm alter, utrique incumbit cura occaſionem capiendi; & ille, cui priùs occaſio occurrit, incipere debet, ſicut inter æquales onus priùs ſalutandi incumbit illi, qui coram alio pertranſit.

308 Non teneris ſalutare inimicum, ſi ſis moraliter certus eum non reſalutaturum; quia tunc eſſet periculum, ut tu graviter contra illum inveheres. Similiter, ſi prævideres inimicum exinde evaſurum audaciorem, & magis tibi infeſtum: aut ſi inde notabile damnum eſſet tibi ſecuturum.

309 Si in inimicum graviter tibi infenſum te ſalutantem non reſalutes, peccas mortaliter, quia eſt ſignum odii, à mortali excuſaris, ſi circumſtantiæ ſint tales, ut omiſſio reſalutationis judicio prudenti non ſit ſignum odii, v. gr. ſi ſalutans ſit valdè inferior. Si ſalutatus ſimulet ſe diſtractum, ut verè appareat non advertiſſe. Si injuria ſit gravis, & recens, & ſalutatus ſit timoratæ conſcientiæ, ut omiſſio reſalutationis attribuatur fragilitati conditionis humnæ, quæ non patitur tam ſubitò reſalutare offenſorem. Sic Matrona nobilis, ſi non reſalutet more patriæ occiſorem ſui filii; in hac enim, cum vindictam de injuria non ſumat, omiſſio reſalutationis non eſt ſignum odii, ſed ſenſus juſti doloris, vel muliebris faſtus. Ita Tamb. Adde, ſolere mulieres vitare occiſoris aſpectum, non ratione odii, ſed ne dolorem renovent cum memoria occiſi filii.

310 Concluditur tunc te teneri ad præfata ſpecialia ſigna, quando circumſtantiæ ſunt tales, ut eorum omiſſio ſit ſignum odii interni; ſecùs, quando non.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

311 Aliquando poteris ſcandalum vitare, ſi inter familiares ſocietates eorum, qui poſſent ſcandalum pati, proteſteris te ex toto corde perſonam talem diligere, à ſignis verò ſpecialibus te abſtinere, minimè ex odio, ſed ex juſta conſideratione, qua tibi grata non eſt ſocietas ejus.

312 Dixi in principio: *Quilibet homo privatus*. Quia perſona publica, nempè Prælatus, Superior, Princeps, regulariter poteſt, imò debet ſubdito deficienti ſigna nedum ſpecialia, verùm etiam communia denegare, atq; etiam aſperum, & auſterum vultum oſtendere, quia hoc non eſt ſignum odii, ſed medicina, ut ſubditus ſe emendet, qui ſæpè in pejora prolaberetur, ſi poſt defectum, ſuperiorem ſcientem, adhuc hilarem, atque beneficum experiretur.

313 Offenſus poteſt offenſorem accuſare, nec tenetur poſteà ei facere juridicè remiſſionem; id enim eſt conſilium, non præceptum. Ratio eſt, quia non peccat, ſi id faciat, non volens pœnam, ut malum, & moleſtum ipſi offenſori; quia hoc eſt odium mortale; ſed volens ſatisfactionem offenſæ, quæ per offenſoris punitionem habetur, & exemplum aliorum, ne alii, vel idem iterùm in ſimiles offenſas prorumpant, ſed coerceantur à malis. Primus quidem eſt actus odii, quia ſiſtit in malo proximi: ſecundus verò eſt actus juſtitiæ vindicativæ, qui ſiſtit in reparatione injuriæ, adeóque eſt actus bonus; aliòquin iniquè inſtituerentur Judices pro reparatione injuriarum, & ſatisfactione patientium offenſas. Debent tamen fideles in procuranda ſatisfactione, præſertim in cauſis criminalibus, eſſe moderati, atque cauti, ne cum actu juſtitiæ odium immiſceant. Debitis autem moderationibus adhibitis, ſi alius exinde ſumat occaſionem odii, erit ſcandalum paſſivum; quia tu jus tuum egiſti.

314 Demùm, quando in præſentia inimici experiris varios motus ſenſus, nempè te trepidare, faciem immutare, repugnantiam de ejus aſpectu habere, non inde peccas, ſi ad deliberatam, & gravem averſionem, aut ad grave malum deſiderandum non tranſeas, quia illi motus ſunt naturales, & involuntarii, orti ex apprehenſione objecti, ut tibi moleſti. Scotus *in 3. diſt.* 30. *quæſt. unic.* Maſtrius *in Theol. mor. diſp.* 10. *n.* 48. Tamb. *to.* 1. *lib.* 5. *c.* 1. §. 3. Buſen. *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 2. Bonac. *tom.* 2. Bert. Caſtr. *t.* 1. *tr.* 6.

## INVIDIA

315 E*St inordinata triſtitia de bono alterius, ut eſt diminutivum propriæ excellentiæ*; unde per invidiam non triſtatur quis de bono alterius, quia velit malum ipſi, nam hic eſt actus odii; ſed falsò apprehendit illud eſſe diminutivum propriæ excellentiæ, & honoris. Ex genere ſuo eſt mortale, ſi bonum ſit grave. Regulariter tamen ſolet à mortali excuſari ratione levitatis materiæ, aut ex defectu plenæ advertentiæ, & deliberationis.

316 Invidiam ſatis clarè diſtinguit Buſem.

*Si doleas, quòd alter tibi æqualis, vel non multùm inæqualis in excellentia creſcat, ita ut fiat te ſuperior, & ipſum incrementum excellentiæ apprehendas, ut tibi malum, eſt propriè invidia.* Quia falsò, & immeritò id apprehendis, hinc teneris eam apprehenſionem repellere, & non voluntate conſentire, & triſtari.

317 *Si triſtitia ſit ex eo, quòd nobis deſit bonum, quod alter habet, ita tamen, ut illud alteri non diſcupiamus, non eſt invidia, ſed æmulatio, ſeu zelus, qui ſi eſt circa bonum honeſtum, eſt laudabilis*, dicente Apoſt. ad Cor. 12. Æmulamini chariſmata meliora. *Si autem circa temporalia, interdum eſt venialis, ut ſi bonum dolenti ſit improportionatum, quale eſſet, ſi ruſticus doleret ſe non eſſe Regem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

318 *Si triſtitia eſt de bono alterius, in quantum ille eſt indignus, non eſt invidia, ſed indignatio, quæ non eſt peccatum.*

319 *Si triſtitia eſt de bono alterius, in quantum eo tibi, vel aliis times nocumentum; v. gr. inimicus tuus eſt evectus ad officium, ut tibi faciliùs poſſit nocere; non eſt invidia, ſed timor, qui per ſe non eſt peccatum, niſi ſit inordinatus.*

320 In his autem poteſt eſſe peccatum mortale per accidens, puta, ſi divinam providentiam argueres: Si ad malum ei deſiderandum tranſires, &c.

Scotus *in* 1. *diſt.* 6. *qu. unic. lit.* K. Maſtrius *in Theol. mor. diſp.* 10. *n.* 98. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. 1. §. 3. Buſen. *lib.* 5. *c.* 3. *dub.* 4. Bonac. *to.* 2. *pag.* 209. Caſtropal. *t.* 1. *tr.* 6.

## SCANDALUM,

321 Ex D. Thoma, *eſt dictum, vel factum, quod eſt occaſio ruinæ ſpiritualis proximi*, nempè peccati. Eſt duplex, activum, & paſſivum.

322 Activum, *eſt dictum, vel factum malum, ſeu ſpeciem mali habens, præbens alteri occaſionē ruinæ ſpiritualis.* Eſt peccatū mortale, ſi eſt occaſio peccati mortalis; veniale verò, ſi venialis. Et tale eſt, etiam ſi peccatum alterius, ſeu ſcandalum paſſivum non ſequatur; quia per accidens eſt, quòd non ſequatur.

323 Scandalum activum dicitur directum, ſi malum, aut ſpeciem mali habens, dicis, aut facis intendens ruinam ſpiritualem proximi, ſive formaliter ob damnum ſpirituale proximi, quod eſt proprium Dæmonis; ſive materialiter ob proprium commodum, & utilitatem, quod eſt proprium hominis; ut ſi quis verba obſcæna dicat coram muliere, ut eam inducat ad peccatum.

324 Indirectum dicitur, ſi malum, aut ſpeciem mali habens, dicis, aut facis prævidens eſſe aptum natum, ut ſit alteri occaſio peccandi, licèt id non intendas. Malum dicitur, quod in ſe eſt malum. Speciem mali habens dicitur, quod in ſe non eſt malum, puſillis tamen apparet malum; ut ſi feria 6. coram puſillis carnes comedas, non dicens, quòd licentiam habeas, ſeu neceſſitatem. Nomine dicti, vel facti venit etiam omiſſio mala, aut ſpeciem mali habens.

325 Scandalum paſſivum *eſt ipſa ruina ſpiritualis proximi ex occaſione dicti, vel facti alterius ſequens*; quod ſi illud dictum, vel factum ſit bonum, aut indifferens, & nullam ſpeciem mali habens, ſcandalum, quod ſequitur, dicitur purè paſſivum; at ſi ſequatur ex debilitate, aut ignorantia, dicitur ſcandalum puſillorum; ſi verò ſequatur ex malitia, dicitur ſcandalum phariſaicum. Unde ſcandalum paſſivum dividitur in datum, quod oritur ex activo, & in acceptum, quod non oritur ex activo, ſed ex ignorantia, aut malitia ipſius accipientis ſcandalum.

326 Ob ſcandalum purè paſſivum phariſaicum non teneris tuas actiones omittere, aut differre; ſed illud eſt contemnendum, quia malitiosè concitatur ad tuas actiones impediendas, Hinc Matth. 15. ait Chriſtus: *Sinite illos.* Ob ſcandalum verò purè paſſivum puſillorum teneris tuas actiones omittere, aut differre, ſi faciliter, & ſine tuo incommodo potes; minimè, ſi ſine tuo incommodo non valeas, quatenùs adſit neceſſitas, vel utilitas; ratio eſt, quia non es ejus cauſa, unde peccatum alterius malitiæ imputatur.

327 Quando coram aliis peccas, tunc eſt ſcandalum, quando attentis circumſtantiis perſonæ agentis, & perſonarum aſpicientium, probabiliter timetur, quòd per illum actum ad peccatum trahantur, qui aliàs peccaturi non eſſent. Buſen. Unde non eſt ſcandalum 1. ſi perſona, coram qua peccas, ſit parata ad idem peccatum, ut ſi quis fornicetur coram parato

ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad fornicandum, nec ejus exemplo movetur, ſed ex propria deliberatione. 2. ſi perſona agens ſit ita vilis, ut potiùs moveat ad indignationem, quàm ad peccatum. 3. ſi perſona præſens, coram qua alius verba inhoneſta profert, eſt ita proba, & timorata, ut potiùs ea ſint illi cauſa horroris, quàm amoris. Caſtr. *t.* 1. *tr.* 6. *diſ.* 6. *punct.* 4. *n.* 4. nam in tantùm peccas peccato ſcandali, in quantùm es cauſa moralis peccati aliorum.

328 Scandalum activum nedum directum, ſed etiam indirectum, contrahit malitiam ſcandali ſpecie diſtinctam contra charitatem in confeſſione explicandam: Quia ex præcepto charitatis quis tenetur, tam ad non procurandam ex propria induſtria ruinam proximi, quàm ad ſe abſtinendum à cauſa injuſta, ut proximus cadat.

Item in ſcandalo activo, etiam indirecto explicanda eſt ſpecies peccati, ad quam proximus inducitur. Quantum ad numerum verò inductorum una actione, ſufficit dicere: *Fui pluribus meo exemplo occaſio peccandi in tali ſpecie, v. g. adulterii, &c.* probabilius tamen mihi eſt cum Bonac. quòd teneatur exprimere ſtatum perſonæ, cui ſcandalum dedit, ſi ille afferat peccato malitiam ſpecificam, v. gr. in materia fornicationis, ſi perſona ſcandalizata ſit conjugata, aut voto caſtitatis ligata.

329 Qui habens votum caſtitatis inducit ſecularem ad peccandum contra caſtitatem, peccat contra caſtitatem, & tenetur circumſtantiam ſui ſtatus aperire, quia caſtitas indirectè obligat, ne alios ad luxuriam provocemus. Contra Dianam, & Tambur. qui negant, dicentes, eum propriam, non alienam caſtitatem promiſiſſe: *v. n.* 283.

330 Qui autem directè, & explicitè induxit alterum non paratum ad idem numero peccatum, quod eſt commune duorum, & ab ipſo pœnitente in confeſſione explicatur, v. gr. induxit mulierem non paratam ad fornicandum ſecum; ſi ipſa conſentiat, & peccatum ſequatur, non tenetur circumſtãtiam inductionis exprimere, ſed ſufficit, ſi fornicationem aperiat; quia inductio ad peccatum, & ipſius peccati commiſſio, tunc moraliter pro una tranſgreſſione reputantur.

331 Non peccat mulier ſe ornans juxta qualitatem perſonæ, & uſum communem, & ita virorum aſpectibus ſe offerens. Quòd ſi ornatus ſit ſuperfluus, eſſe ſolùm veniale, niſi adſit prava intentio, docent Cajet. 2. 2. *q.* 169. *art.* 2. Bonac. *de matr. q.* 4. *p.* 9. *n.* 17. Caſtrop. *t.* 1. *tr.* 6. *diſp.* 6. *p.* 7. *n.* 1. quia hæc ſuperfluitas eſt ita vulgaris, ut regulariter gravem occaſionem non præbeat.

Mortale erit, ſi exceſſus ſit notabilis, & rarus, uti eſſet in puella pectus nudum gerere, ubi non eſt conſuetudo; quia inſolita magis movent. Ubi tamen eſt conſuetudo, à mortali eam liberant Cajet. Nav. & alii apud Tambur. *to.* 1. *lib.* 7. *c.* 8. §. 8. *n.* 7. Sa verò ait, quòd difficulter abſolveret. Et quidem ſunt deterrendæ,

332 Quòd ſi ſciat ab aliquo concupiſci, tunc peccat mortaliter, ſi ejus aſpectui ſe offerat, abſque ulla ſui neceſſitate, vel utilitate; quia obligatio charitatis eſt, ut quilibet teneatur ruinam proximi vitare, quando commodè poteſt. Hæc autem non tenetur ſe ſua libertate privare, ſed poteſt licitè ea uti, ex honeſta, & juſta cauſa, quæ non ſit ſolum libertatis exercitium, ſed bonum aliquod ſibi neceſſarium, aut utile; charitas enim non obligat eam, ut ſe abſcondat, aut non exeat, cum jactura rei ſibi neceſſariæ, aut utilis, ob alterius malitiam, juxta dicta *n.* 326.

333 Non peccas, ſi potens impedire, permittas peccatum alterius. Primò: *ut ille deprehenſus corrigatur.* Caſtrop. *cit. punct.* 5. quia juſtta cauſa eſt correctio. Hoc autem eſt verum

in aſſueto peccare; quia hic emendari non ſolet, niſi pœna, aut timore correptus.

334 Secundò: *Ut te ſerves indemnem.* Et ſic maritus ſuſpicans, aut ſecretò ſciens adulterium uxoris, poteſt clam teſtes aptare, ut adulterium probet, & divortium faciat. Quia habet jus ad repellendam injuriam habitandi cum adultera, ad quod aliâ viâ ei non ſuppetit, niſi permiſſio peccati.

335 At non licet ob recenſitos fines occaſionem peccandi offerre, ſeu invitare; quia id non eſſet permittere, ſed cooperari ad malum. Unde ait Bonac. *de pec.* non licere marito cum uxore paciſci, ut juveni ejus caſtitatem tentanti ſe offerat, & aſſignet tempus, quo veniat, non fine adulterandi, ſed, ut deprehenſus, puniatur, & corrigatur; quia talis oblatio, & invitatio facta tentanti, eſt adulterii acceptatio.

336 Non obſtat, quòd ait Caſtr. *cit. nu. 6* licitum eſſe Patri volenti deprehendere filium in furto, ut corrigatur, linquere clavem in arca quaſi oblitam, aut apponere nummos in loco patenti. 1. Quia hæc eſt potiùs occaſionis permiſſio, quàm oblatio. 2. Quia eſt res valdè indifferens, & ea poſita adhuc filius eſt indifferens, & liber ad non furandum. 3. Quia talis permiſſio compenſatur correctione; ad quam maximè pater habet onus.

## QUÆRES.

337 *An opus conſilii, vel præcepti omitti debeat ad vitandum ſcandalum proximi?*

De præcepto negativo nulla eſt difficultas, non enim ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona; unde non licet occidere ad vitandum ſcandalum fratris.

## DE PRÆCEPTO AFFIRMATIVO.

338 Dico 1. non eſſe omittendos actus præceptos ad vitandum ſcandalum alterius. Caſtrop. *cit. p. 16. num. 3.* contra Valent. Sotum, & alios apud ipſum. Ratio eſt: quia obligatio ſervandi præcepta eſt primaria, obligatio vitandi ſcandalum ſecundaria; ordo namq; charitatis expoſcit, ut priùs quis ſuæ ſalutis conſulat, & ut præcepta ipſe impleat, quàm ut curet, quod impleat alter.

339 Confirmat: *Si Petrus, qui eſt tibi inimicus, omittat miſſam, eo quod tu ad illam accedis, non poteris ullo modo miſſam omittere, ut ille miſſam audiat; ergo ob ſcandalum non ſunt omittenda præcepta.*

340 Hinc mulier non tenetur omittere ſacrum die Feſto, ne ſit occaſio peccandi viro eam adamanti, quem ſcit in via expectare inſpecturum; quia hæc non eſt occaſio data, ſed accepta ex malitia alterius, & ex parte mulieris adeſt juſta cauſa.

341 Dices, Vita ſpiritualis animæ eſt nobilior vita corporali proximi, & tamen ad ſervandam vitam corporalem proximi debet quis omittere auditionem ſacri die feſto. Ut contingeret, ſi ex tuo acceſſu ad ſacrum ægrotus domi periclitaretur, vel quis eſſet alium occiſurus.

342 Tum quia obligatio vitandi ſcandalum eſt obligatio præcepti naturalis charitatis, obligatio audiendi ſacrum eſt obligatio præcepti poſitivi, adeòque minor: igitur. Hæc ſunt fundamenta ſententiæ oppoſitæ.

Reſp. diſparitatem eſſe; quia malo ſpirituali poteſt proximus reparare, & illud impedire; nam vita ſpiritualis non niſi liberè, & voluntariè poteſt amitti; vita veró corporis per ſe, & regulariter non amittitur à proximo liberè, ſed neceſſariò, ut in præmiſſis caſibus, puta ex defectu auxilii, vi morbi, aut ex violentia alterius.

Tum quia obligatio vitandi ſcandalum eſt naturalis, & potior obligatione præcepti poſitivi; ſed [loquendo de ſcandalo paſſivo] includit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

includit conditionem, *ſi ſine tuo, aut alterius damno potes.*

343 Dico 2. Nos non tenemur omittere opera conſilii ob ſcandalum phariſaicum; nam ut ritè ait Caſtrop. *Non eſt juſtum malitiæ alterius, cum damno noſtro ſpirituali, imo nec temporali, conſulere. Aliàs quilibet poſſet ſuâ malitiâ bona ſpiritualia, & temporalia nobis impedire.* Si verò adſit ſcandalum puſillorum, tenemur, quouſque puſilli admoneantur, ut *in n.* 326.

## ADMIRATIO

344 Diſtinguitur à ſcandalo, nam eſt quidam ſtupor de perſona, aut de facto. Scandalum verò eſt omnis actio aut omiſſio, quæ eſt cauſa ruinæ ſpiritualis proximi. Hinc omne id, quod eſt cauſa ruinæ, eſt ſcandalum; quod eſt cauſa ſtuporis, dicitur admirationis. Adeòque poteſt dari admiratio ſine ſcandalo. Dictum autem vel factum, quod eſt cauſa admirationis poteſt eſſe mortale, ſi exinde ſcandalum, aut grave damnum ſequatur. Sic in communitatibus, quæ de eleemoſynis vivunt, admiratio ab aliquo ex illis data materia gravi, eſt mortalis, quamvis non cedat in ruinam ſpiritualem, ſeu ſcandalum, quia cedit in detrimentum notabile ſuæ communitatis, quoniam malo exemplo frigeſcit charitas.

## COOPERATIO MATERIALIS.

345 Fit, quando quis miniſtrat, aut præbet alteri materiam, qua ille utitur ad peccandum.

## QUÆRES I.

*An miniſtrare indifferentia ſit peccatum?*

346 Indifferentia, alia ſunt remota actioni malæ alia proxima Remota dicuntur illa, quæ non ſunt occaſio, vel materia actus peccati, ſeu nullum influxum, aut cauſalitatem habent phyſcam, aut moralem in actum peccati, ſed merè per accidens ſe habent ad illum. Et hæc miniſtrare ex honeſta, & juſta cauſa, nullum eſt peccatum. *Proxima* dicuntur illa, quæ talia ſunt.

Proximum erit famulo ducere concubinam ad Amaſium, remotum verò eidem concubinæ potum ad bibendum præbere, quia prior famulatus cauſalitatem habet, & influxum in actum peccati, poſterior verò nullum, ſed merè per accidens ſe habet ad illum.

347 Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 6. *diſ.* 6. *punct.* 11. *num.* 4. ait, indifferentia nimis remota eſſe, cibos condire, menſæ miniſtrare, lectum concubinæ ſternere, equum, quo uſura eſt, præparare, illam ornare, deferre munuſcula internuncia, urbanitates, & ſimilia *v. n.* 361.

348 At de ornatu omninò non probo; quia hìc, & nunc alium uſum non habet niſi malum, cum ſupponatur directus à concubina ad provocãdum: ſic de delatione munuſculorum, & internunciorum: *v. n.* 361.

349 Inſuper indifferentia, quæ miniſtrantur, ſunt duplicis generis, alia ſcilicet, quæ communiter in malum uſum ordinantur, alia verò, quæ communiter in bonum uſum: ità Caſtrop. *cit. punct.* 8. cum quo.

350 Dico 1. Non licet miniſtrare indifferentia, quæ communiter in malum uſum ordinantur, niſi conſtet, quòd ille ſit benè uſurus. Quia talis miniſtratio eſt ſubminiſtratio materiæ peccati, quod proinde miniſtranti imputatur.

351 Hinc conſtructio, & venditio Idoli, de ſe eſt indifferens, cum deſervire poſſit ad conſervandam antiquitatis memoriam; ſed facta Idololatris, qui communiter, & regulariter idola ordinant ad cultum, eſt peccatum.

352 Venditio veneni eſt indifferens, cum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſit venenum deſervire ad colores, imò ad medicinas conſtruendas. At non licet illud vendere, niſi illis, quos moraliter conſtat benè uſuros. Quod dignoſci poteſt ex qualitate perſonæ petentis, & modo petendi publicè, quod ſufficit ad moralem certitudinem de bono uſu; tunc namque eſt præſumendum de bono uſu; *raro enim* [ ait Caſtropal. ] *quis ita audax eſt, ut ſi delictum velit efficere, non curet ſecretum.*

353 Hac ratione excuſantur Macellarii vendentes carnes tempore jejunii, & caupones miniſtarantes cœnam petentibus; quia non præſumuntur ſoluturi jejunium, ſed juſtam cauſam excuſantem habere, quam examinare non tenentur; *Quia fieri commodè nunquam poteſt*: ita ille ex Cajet. & Suarez.

354 Dico 2. Licet miniſtrare indifferentia, quæ communiter in bonum uſum ordinantur, niſi conſtet de abuſu petentis. Quia tunc ceſſat ratio ſcandali, cum non adſit intentio mala petentis, quæ quidem de nullo debet præſumi, quia ex jure *delictum non eſt præſumendum*: Et Innoc. XI. condemnat prop. 51. de cooperatione famuli ad malum, ſub particula *ſcienter*.

355 Quòd ſi credas [ ſubdit Caſtropal. ] proximum malè uſurum iis indifferentibus, teneris, ſi commodè potes, ea illi non vendere, vel ſubminiſtrare; quia cum ex charitate obligeris proximi peccatum impedire, ſi poſſis, à fortiori obligaris materiam peccati non ſubminiſtrare.

At ſi ſine tuo detrimento non poſſis, non peccas; quia ex una parte talis ſubminiſtratio ex ſe non eſt mala, ſed indifferens, & ex alia eſt tibi utilis, aut neceſſaria; unde tunc non cenſeris peccatum alterius cauſare, ſed illud permittere, & tuo jure uti. Ita ille cum Bonac. & Suarez.

356 Præterea in actione cooperativa ex ſe indifferente, & ex malitia alterius proximè ordinata ad actum malum, eſt maximè attendenda conditio malitiæ actus, ad quem ordinatur: ſi enim eſt ad actum ab intrinſeco malum quod nulla ratione poteſt cohoneſtari, & hic, & nunc alium uſum non habet, niſi malum, eſt mala, *ut à n.* 225.

357 Non eſt tamen cum tanto rigore diſcurrendum in ordine ad actum non ab intrinſeco malum, aut quod valet aliqua ratione cohoneſtari; in his namque caſibus in miniſtratione rei indifferentis poteſt dari cauſa à peccato excuſans, putà neceſſitas, notabilis utilitas, gravis metus, &c.

358 Hæc autem non debet eſſe levis, ſed gravis; nec æqualis in omnibus materiis, ſed proportionata materiæ, in ordine ad quam verſatur actio; ita ut in materia juſtitiæ debeat eſſe gravior, quàm in materia charitas, &c. Res clara ſit exemplis.

## PLURA RESOLVUNTUR.

359 NOn peccat, qui domum locat meretrici; quia domus eſt remota ad peccandum. Imò Caſtropal. *cit. punct.* 12. *nu.* 1. addit, te poſſe pluris meretrici locare, quàm mulieri honeſtæ, non quidem in quantum illa pluris lucratur [ ſic namque peccares ] ſed ratione damni, in quantum ex ejus habitatione tua domus vileſcit.

Si tamen tua domus ſit aptior ad meretricium, ſeu uſuram exercendam, rectè Caſtropalao docet te teneri eis non locare, ſi alios reperias, quibus loces; *Quia lege charitatis teneris vitare peccata, quæ poſſis abſque tuo gravi detrimento. Præcipuè, cum Reſpublica ſolùm intendat iis habitationem concedere ad vivendum, non aptitudinem ad peccandum*: *vid. nu.* 402.

360 Patroni meretricum in aliquibus locis deputantur, ut illæ ſerventur incolumes, &

morbo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

morbo contagioſo laborantes expellant. At ſi ad meritricium cooperentur, pulchriores videlicet in loco aptiori videndas exponendo, &c. ſunt in peccato habituali, & abſolvi non poſſunt, niſi ceſſent.

361 Peccat 1. Conſtruens picturam Concubinæ, eamque tradens amaſio, quia eſt provocativa ad turpem amorem. Famulus ſcribens, aut deferens illi literas amatorias. 3. Præbens munera concubinæ judicis, ut apud illū intercedat, Sanchez *lib 1. cap. 7. n* 38. quia ab ea petitur, quod ipſa præſtare non poteſt; nam ejus interceſſio, viſitatio, & ſimilia fovent turpem amorem. Contra Bonac *diſ. de peccatis quæſt. 4. punct. 2. §. unico num.* 24. apud. Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 6. *diſ.* 6. *punct.* 15. *num.* 2. qui negat peccare, cujus ratio eſt; quia ex una parte interceſſio fit ex bono fine, ut judex juſtitiam gerat; ex alia, interceſſio non eſt de ſe mala; nam ea ſtante Judex, & concubina adhuc poſſunt à prava voluntate ſe continere: *v. num.* 347.

362 Peccat famulus dominum comitans ad fornicandum, ſi comitatus cauſalitatem aliquam habeat in actum, puta ſi inſerviat pro cuſtodia; ſic namque dominus majorem libertatem, & animoſitatem ſumit ad peccandum: *v. n.* 346.

363 Quòd ſi comitatus ſit in purum obſequium domini, utique non peccat; quia nullum influxum habet in actum pravum, & excuſatur ratione mercedis, & famulatûs, etiamſi poſtea caſualiter contingat invaſio domini, & famulus illum ab invadente defendat cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut eundem moneat, ut fugiat: *v. num.* 222. *& prop.* 51 *damn.*

364 Hac ratione non peccat Chriſtianus, qui dominum infidelem ad idolorum templa comitatur. Imò Caſtrop. *cit. punct.* 11. *n.* 8. id etiam dicit, ſi genuflectat genuflectente domino, dummodò tales ſint circumſtantiæ, ut adſtantes percipiant, genuflexionem illam fieri minimè in cultum, ſed in ſignum reverentiæ, & obſequii domino; quod dignoſcent, ſi publicè habeatur ut verus, & bonus Chriſtianus ita ille. *v. n.* 282.

365 Peccat famulus, ſi domino accedenti ad fornicandum januam meretricis aperiat, aut quid ſimile præſtet; quia eſt actio proximè ordinata ad peccandum, hic, & nunc alium uſum non habens, niſi malum; debet tamen famulo id certè conſtare, non ſub dubio: *ut in n.* 354. *&* 227.

366 Eâdem ratione peccat Vector, ſi mulierem intra rhedam ad amaſium ducat ad fornicandum.

367 Hiſtriones, ſeu Comediantes mortaliter peccant, ſi utantur mulieribus, & repræſentent turpia ad libidinem provocantia. Secùs, ſi puras facetias.

368 Peccas, ſi enſem vendas ei, quem certò ſcis hic, & nunc eſſe determinatum ad occidendum eo inſtrumento inimicum; quia occiſio eſt ab intrinſeco mala, & venditio illa hìc, & nunc eſt ordinata ad malum.

369 Pariter peccas, ſi invites ad cœnam, quem ſcis eſſe paratum acceptare, & jejunium ſolvere; quia invitas ad actum [ nempè ad cœnam tempore vetito, & ſine juſta cauſa ] à quo hìc, & nunc malitia ſeparari non poteſt; adeóque invitas ad peccatum.

Nec obſtat, quòd ille ſit ex ſe paratus; quia adhuc verum eſt, quòd per tuam invitationem influas in individuum peccatum, quod aliàs ille hìc, & nunc in re non efficeret, quàmvis ad id eſſet paratus.

370 Non peccat venditor, ſi exculenta vendat non ſervaturis jejunium, ſi exinde timeat gravem injuriam, aut diminutionem emptorum, & remanſionem mercium invenditarum; quia actus non eſt ab intrinſeco malus, & ſi ille

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

le non venderet, ab alio emerent: Tum quia adhuc illi poſſunt exculenta illa non emere. Non excuſatur autem, ſi paucæ res, & parvi pretii invenditæ remanerent Peccat verò ille, qui non eſt venditor, ſi apponat in magna quantitate exculenta fracturis jejunium Caſtropal. *cit. punct. 8. n. 7. & punct. 14.*

371 Non peccas, quando Sacramentum pœnitentiæ petis à Confeſſario, quem certò ſcis eſſe in mortali, ſi alium promptum Sacerdotem non habeas; quia neceſſitas, ſeu utilitas ſpiritualis te excuſat: & Sacerdos poteſt peccatum per contritionem vitare. Idem eſt, ſi accedas ad Confeſſarium jam expoſitum ad confeſſiones excipiendas.

372 Peccat, qui mutuum petit ab uſurario ſub uſuris, etiam ſi paratus ſit dare ſub uſuris. Eum tamen à peccato excuſant quamplures Doctores, ſi adſit neceſſitas, & utilitas propria, aut aliena, & non habeat promptum alium, qui ei mutuet ſine uſuris; quia tunc utitur jure ſuo, nec intendit uſurarii injuſtitiam, ſed propriam utilitatem: nec dando uſuram, dat uſurario occaſionem peccandi, cum ille recipere non poſſet; unde illi imputatur peccatum, ſi recipiat, & mutuatarius excuſatur, quia ſolvit, quod promiſit, ne videatur infidelis, & ne ſe impediat ad habendum iterùm mutuum. At non poſſum à peccato excuſare famulum, qui uſuras pro uſurario exigit, nec detentorem libri computorum de uſuris; ob dicta *à num. 227.*

373 Iidem Doctores addunt, non peccare Chriſtianos captivos ex gravi metu in triremibus infidelium remigantes contra Catholicos, ſarcinas, machinas, arma ad bellum neceſſaria convehentes, propugnacula ædificantes, &c. Eos autem peccare docet Toletus, quia tales actiones non habent hìc, & nunc alium uſum, niſi malum, & intrinſecè malum. Omnes tamen conveniunt eos peccare, ſi immediatè contra Catholicos pugnent, ſi ligna ad eorum naves comburendas applicent, &c.

## QUÆRES II.

374 *Petrus volens accedere ad fornicandum tali aptâ horâ quia ad id erat tunc quadam curâ domus impeditus, eam curam commiſit cuidam ſuo familiari, ad quem non ſpectabat, qui ſciens finem Petri, amicitiæ gratia eam curam acceptavit, & pro ea hora ſupplevit. An peccaverit?*

Reſp. peccaſſe eâdem ſpecie peccati, tanquam cooperatorem, utpotè participantem, juxtà dicta de reſt. pro furto. Nec illa dici poteſt actio indifferens; quia licèt abſolutè, & in ſe ſit indifferens, hic, & nunc eſt proximè ordinata ad peccatum.

## QUÆRES III.

375 *Duo ſunt officiales, unus major, alter minor, cui ex officio incumbit onus ſupplendi defectum majoris. Hoc præmiſſo, major accedit ad peccandum, hinc curam majoris ſupplet minor id ſciens. An peccet, ut cooperator?*

Reſp. non peccare; quia majoris curam pro eo tempore ſupplendo, præſtat id, ad quod ex officio tenetur: per accidens autem eſt, ſi major pro eo tempore ad peccandum acceſſerit; nam etiam eodem modo ſuppleret, ſi major aliâ cauſâ honeſtâ deficeret. Nec ſupplet eo animo, ut præbeat commoditatem majori ad peccandum, ſed ut ſatisfaciat proprio muneri, quod eſt ſupplere defectũ majoris, ſeu ſocii.

## QUÆRES IV.

376 *An liceat determinato ad majus malum minus conſulere, &*

*An mulieri ad actum nefandum inductæ liceat vas naturale offerre, aut conſulere, ut innaturale ſervet?*

Ritè præmittendum eſt 1. difficultatem procedere in caſu, quo non ſit alius modus diver-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

divertendi à majori malo. Et loquendo de patiente, in caſu, quo non poſſit alio modo illud effugere.

377 Secundò, quòd aliud ſit determinato ad majus malum offerre, ſeu proponere minus, & aliud conſulere ac invitare: nam offerre, ſeu proponere, eſt oſtendere minus malum, ut ille à majori ſe avertat; conſulere verò, & invitare eſt efficaciter movere, & influere. *Vide dicta de conſulente homicidium.* Sit exemplum de Loth, qui *Gen.* 19. offerendo viris nefandis filias, ſolùm obtulit, & propoſuit illis materiam explendæ libidinis minorem illâ, ad quam erant determinati; at nullo pacto conſuluit, & perſuaſit, ut facerent.

378 Caſtropal. *t.* 1. *tr.* 6. *diſ.* 6. *punct.* 6. *n.* 5. ait, certum eſſe, quòd determinato ad grave malum, licitum ſit materiam minoris proponere, ut à majori retrahatur, *v. gr. Sodomiam intentanti licebit tibi fornicationis materiam proponere.* Unde difficultatem ad expreſſum conſilium reſtringit,

In qua tres ſunt ſententiæ.

379 Prima negat, determinato ad majus malum licere conſulere minus. Cajet. Valentia, & alii apud Caſtr. *cit.* quia eſſet conſulere peccatum; nam objectum conſilii, licèt minus, eſſet peccatum.

380 Secunda affirmat licere. Leſſius, Bonac. Vaſquez, & alii apud Caſtrop. *cit. num.* 6. quia illud minus, quamvis ſit in ſe peccatum, relatum tamen ad majus avertendum, involvit carentiam majoris mali, quæ eſt bona; unde minus illud malum in ordine ad committentem eſt peccatum, cum in ejus poteſtate ſit illud non patrare, nec majus; minimè in ordine ad conſulentem, qui minus malum reſpicit non ut malum, ſed ut averſivum à majori, quod non poteſt alio modo vitare; adeòq; gerit perſonam peccatoris, & Dei.

381 Tertia media tenet licere, ſi ille ſit determinatus ad utrumque peccatum, v. gr. ad actum nefandum, & fornicationem; quia tunc non tu conſulis, & invitas ad minus, cum ipſe ſit determinatus ad illud, ſed divertis à majori. Non licere, ſi ſolùm erat determinatus ad majus, ob rationem primæ ſententiæ. Caſtrop. *cit. n.* 8.

Præfatæ tres ſententiæ ſunt probabiles, ſed valdè ſecunda: vide de Reſtit: vere. *qui reſtituere teneantur.*

382 Eodem modo præfati Doctores diſcurrunt de eo, qui alteri determinato ad prodendam patriam, vinum in qualitate valde generoſum, aut in quantitate offert, & ad illud bibendum invitat, ſciens ſe ſopiturum, & inebriaturum; idque facit ad proditionem patriæ vitandam. Gobat. *tom.* 2. *tr.* 5. *cap.* 13. *à n.* 24. Ant à Spir. S. *tom.* 1. *tr.* 2. *dis.* 2. *ſect.* 8. *n.* 183. vide ver. *Homicidium ſui ipſius.*

## QUÆRES V.

383 *An liceat eligere, ſeu patrare minus malum ad vitandum majus?*

RESP. Non licere, loquendo de malis ab intrinſeco. Unde tibi in extrema neceſſitate conſtituto, non licet mendacium eligere, & proferre, ne in blaſphemiam prorumpas. Diſpar enim eſt ratio de conſilio; quia mendacium proferens, patras malum ab intrinſeco, quod nulla ratione cohoneſtari poteſt, & hinc peccas. Conſulens verò alteri mendacium, uti ſupra, non tu patras, nec vis mendacium, ſed vis vitationem, & carentiam majoris mali, putà blaſphemiæ. Et inſuper id conſulis alteri, qui libere poteſt ſe ab utroque malo abſtinere; unde illi peccatum electionis minoris mali imputatur, non tibi. Et illud: *De duobus malis minus eſt eligendum*, non eſt intelligendum de malis ab intrinſeco, quæ nulla ratione cohoneſtari valent.

384 Licere autem, loquendo de malis ab

extrinſeco, videlicet, quia præceptis. Unde tibi in neceſſitate conſtituto eligendi omiſſionem auditionis ſacri die feſto, aut omiſſionem neceſſariæ aſſiſtentiæ infirmo periclitanti, licet eligere omiſſionem ſacri; quia in tali caſu omiſſio ſacri, cum non ſit ab intrinſeco mala, ſed quia præcepta, amittit malitiam; lex namque poſitiva, etiam divina, eſt rationabilis, non crudelis, ſed viribus, & conditioni hominis accommodata, ut in hujuſmodi caſibus non obliget, juxta *dict. à n.* 121. Sic David ad vitam conſervandam comedit panes propoſitionis. Omninò vide dicta de Reſtit. *ver. qui reſtituere teneantur.*

## QUÆRES VI.

385 *An liceat petere à malefico ſolutionem maleficii.*

RESP. licere, ſi ſcias, aut prudenter credas, maleficum ſcire modum licitum maleficium ſolvendi. In dubio, non licere, quia te exponis periculo petendi malum: ita Com.

386 Modo licito ſolvet maleficus, ſi ſignum deſtruat, vel dæmonem cogat, ut ipſe maleficium tollat, aut ſignum deſtruat, quo durante durat pactum vexandi; quia hoc non eſt uti ope dæmonis in ejus obſequium, ſed illum cogere, ut deſtruat opera ſua, & à nobis per modum defenſionis naturalis malum avertere. Del Bene *par.* 2 *dub.* 228 *ſect.* 28 *n.* 18.

387 Item ſi quis novo pacto cum dæmone ab eo addiſcat maleficia tollere, peccat; ſed eo pacto tranſacto, poterit in ſui commodum ea ſcientia uti, dummodò per eam nec implicitè, nec explicitè dæmon invocetur, & non ſit modus illicitus. Fagundez *in Dec.* 1. *prac. l.* 1. *c.* 42. *n.* 14. Leander *tr.* 9. *Dec. diſ.* 3. & 4.

388 Quòd ſi ſcias, aut prudenter credas maleficium ſcire modum ſolvendi tam licitum, quàm illicitum, ſed tibi certò conſtet, illum eſſe uſurum modo illicito; non licet ab eo ſolutionem maleficii petere, docent Cajet. & Delrius; quia petit actionem, quam ſcit hic, & nunc futuram malam.

389 Licere autem, tenent Leandr *tr.* 9. *in Dec. diſp.* 3. *qu.* 26. Ant. à Spir. S. *tom.* 1 *tr.* 4. & apud ipſos Fagundez, Suarez, Ledeſma, Leſſ. & alii; quia petens utitur jure ſuo, quod eſt de reparando proprio damno, quod alio modo reparare non poteſt, & hoc facit petendo à malefico rem, quam modo licito, & ſine peccato præſtare poteſt; unde, quòd cum peccato præſtet, malitiæ malefici imputatur. Et adducunt paritatem de petente mutuum ab uſurario parato, *ut in n.* 372.

## CHOREÆ,

390 SUnt triplicis generis: *Puræ, Impuræ per ſe, & Impuræ per accidens.*

*Puræ* ſunt, quæ fiunt inter perſonas ejuſdem ſexus, abſq; ullo pravo geſtu, aut fine, vel circumſtantia mala, ad animi levamen, & recreationem. Has non eſſe illicitas, conſtat, quas 2. *Regum.* 6. habuit David ante Arcam,

391 *Impuræ per ſe* ſunt, quæ fiunt inter perſonas diverſi ſexus, vel ejuſdem cum pravis geſtibus, malo fine, aut ante amaſiorum, vel amaſiarum conſpectum. Has eſſe mortales conſtat, cum ſint ſaltem provocativæ ad libidinem; haſq; damnant ſacri Canones, & Patres, & prohibendæ ſunt à Principibus.

392 Impuræ per accidens ſunt, quæ fiunt inter perſonas ejuſdem, aut diverſi ſexus, honeſtis tamen, ſine pravo fine, geſtibus, aut circumſtãtiis malis, in conviviis, nuptiis, in publicis Principum ſolemniis, &c.

Hæc non ſunt per ſe peccaminoſæ, ſed potiùs ludi, ratione publicæ, aut privatæ, ſeu domeſticæ lætitiæ exerciti. Sæpè tamen ſunt peccaminoſæ per accidens, *ratione nimirum periculi* [ ait Tamb. ] *ut in tanto lætitiæ calore, in*

*tanta*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tanta adoleſcentularum, juvenumque ſpecie, ornatu, concurſu, in artificioſa illa corporis gratiosis agitatione, in contactu manuum, qui ſæpè adhibetur; non ii ſolùm, qui choreas agunt, verùm etiam ſpectatores in impudica labantur.*

Hæ igitur ſunt periculoſæ, maximè ſi frequenter fiant. Idque innuit Eccleſiaſticus *cap. 9. 4. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis; nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia ejus. At ſi expertus es, tibi tale periculum non ſubeſſe, te hoc modo chorizantem, aut chorizantes aſpicienti, nequaquam eſſe mortalis peccati reum*, tenet Tamb. *lib. 7. dec. c. 8. §. 7.*

DOMUM AD LUDENDUM

393 Tenere chartas, menſas, candelas, & ſimilia ad id miniſtrare, quantum eſt ex ſe, eſt quid indifferens; unde eſt cùm neceſſaria diſtinctione procedendum.

394 Vel enim domus eſt talis, ut in ea recipiantur indifferenter omnes, tam viri honeſti, habiles, & qui ludunt recreationis cauſa ſine periculo recenſendorum malorum; quàm viri perditi, vagabundi, pauperes, infimæ plebis, qui ſolent in blaſphemias, juramenta, & rixas prorumpere, fraudes in ludo committere, furta inde patrare, proprias curas, ad quas tenentur, omittere: aut qui, quæ in die ſuo labore lucrantur, ludo exponunt cum detrimento familiæ, cum uxorum, & filiarum periculo.

395 Vel eſt talis, ut in ea recipiantur ſolùm viri honeſti, habiles, & qui ludunt recreationis cauſa, ſine periculo recenſitorum malorum.

396 Si domus erit ſecundi generis eam tenere non erit mortale. Tales domus poſſunt concedere Principes. Imò privati nobiles eas tenere ſolent, ubi alii nobiles congregantur ad ludendum recreationis cauſa abſque malis prædictis.

397 Et quia miniſtrantes chartas ſolent etiam ibi dulcia, & potus ludentibus miniſtrare, licitè poſſunt pretium excedens pro chartis accipere, quantum ſufficit ad hujuſmodi dulcia, potus, & ſui laborem compenſandum; ludentes namque id ſciunt, & liberè donant exceſſum. Tamb. *t. 1. lib. 8. tr. 2. c. 9. §. 1. ànu. 31.*

398 Si domus erit primi generis, omninò mortale erit hujuſmodi domus, ſeu tabulas tenere, chartas, & ſimilia ad ludendum miniſtrare ob præfata pericula proxima, & occaſiones malorum; unde qui eas tenet, & miniſtrat, cooperatur ad recenſita mala, adeóque peccat mortaliter, & in caſibus reſtitutionis, tenetur ſecundo loco ad reſtitutionem. Tamb. *cit. cum com.*

399 Hinc domus, & tabulas primi generis non poſſunt Principes ſine mortali permittere, & multò minùs concedere.

400 Suadetur firma ratione ex praxi. Hujuſmodi namque perditi, vagabundi, &c. prohibentur ludere chartis, aut taxillis, alibi extra deſignatas domus, ita ut puniantur amiſſione chartarum, & pecuniæ, non alia ratione, niſi ad præmiſſa mala, quæ ſequuntur vitanda; nî velis ad avaritiam recurrere, nimirùm ut finis ſit, eos ad domos deſignatas reducere, & inde majus lucrum ex iniquitate reportare; quod non eſt dicendum, nec præſumendum igitur ſunt etiam prohibendi ludere in deſignatis domibus, cum eadem ſit ratio malorum; imò potior, cum in illis tuti, & ſine timore pœnæ ludant.

401 Dices: Meretrices ſine peccato permittuntur; igitur & recenſitæ domus luſoriæ.

*Reſp.* diſparitatem eſſe primò, quia meretrices permittuntur ad majora mala vitanda, puta ad pejores actus libidinis impediendos: In permiſſione autem recenſitorum domorũ ad ludendum, non ſunt majora mala, quæ vi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

centur, ſed potiùs ex eorum permiſſione majora, & pejora mala, quæque reipublicæ nocent, ſequuntur.

402 Secundò; quia Principes meretrices permittunt ſolùm dando locum ad habitandum, minimè dando aptitudinem ad peccandum, *ut in n.* 359. Permittendo autem luſoribus indifferenter hujuſmodi domus ad ludendum, dant aptitudinem ad peccandum; unde, ſicut ſi darent meretricibus aptitudinem ad peccandum, peccarent, ita in caſu noſtro. Vide infra *de ludo*.

403 De aſſueto ad ludum ait Tertullianus *lib. de ſpect.* 5. *Et utiq; communis uſus reus non erat, ſed cum ad ludos coactus eſt, tranſit à Dei munere ad dæmoniorum officia.*

404 Concedit autem Diana *p.* 2. *tr.* 15. *reſ.* 65. cum Tamb. *cit.* poſſe Principem permittere ludum *Bonavoglia*, & ludum *Capo diguardia*, dummodo in hoc poſteriori ſoli milites admittantur; adeſt namq; rationabilis cauſa; prior enim mundat Rempublicam viris perditis, poſterior otium militum tollit. De ſcandalo, & cooperatione agunt, Scotus *in* 3. *d.* 38. *qu. un. litt. E. in* 4. *d.* 3. *qu.* 4. *litt. L. d.* 13. *q.* 2. *litt. E. d.* 15. *q.* 4. *litt. D.* Maſtrius *diſ.* 11. *q.* 4. *n.* 102. Joan. la Cruz. Bonac. *tom.* 2. Tamb. *t.* 1. *lib.* 5. *c.* 1. §. 4. Buſen. *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 2. *dub.* 5. Bertaldus, Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 6.

## ELEEMOSYNA,

405 Eſt unum ex præcipuis miſericordiæ, & charitatis operibus, Deo acceptiſſimum, exercendum erga proximum; adeòque tam erga fidelem, quàm infidelem, amicum, aut inimicum.

406 Pro ea triplex eſt diſtinguenda neceſſitas, extrema, gravis, & communis. Extrema eſt ea, in qua quis poſitus eſt in probabili periculo gravis infirmitatis, aut mortis, niſi ſubveniatur. Ad hanc reducitur neceſſitas quaſi extrema, & eſt illa, quæ eſt proxima præfato periculo, in quantum eſt ita urgentiſſima, ut ſi quis non ſubveniatur, conſtituitur in recenſito periculo.

407 Gravis eſt illa, in qua quis poſitus talia patitur incommoda, quæ ei vitam reddunt nimis moleſtam, & miſeram.

408 Communis eſt illa, in qua quis poſitus incommoda patitur, ſed non talia, quæ reddant ei vitam nimis moleſtam, & miſeram, juxta patientis ſtatum, & conditionem. Talis regulariter eſt neceſſitas mendicorum, qui hinc inde ſubveniuntur.

Hinc habes duo, 1. quòd neceſſitas, quæ eſt communis in mendico, poteſt eſſe gravis alteri attenta conditione, & ſtatu. 2. Quòd etiam in mendico neceſſitas poſſit eſſe gravis, ut ſi ſit in tali ſtatu conſtitutus, ut ſolo pane veſcatur, & juſculo.

409 Item bona hominis, & divitiæ, alia ſunt neceſſaria ad naturam, quæ ad vitam conſervandam requiruntur. Alia neceſſaria ad ſtatum, quæ ad ſtatum, atque decorem moderatum, & decentem requiruntur. Alia ſuperflua naturæ, aut ſtatui, qua ſuperabundant poſt ſumptus impenſos in neceſſariis ad vitam, aut ſtatum. His præmiſſis.

410 Tenetur quis extremè indigenti, ſi non ſit alius, qui ei effectivè ſubveniat, ſub mortali ſuccurrere ex ſuperfluis ſtatui, imò ex neceſſariis ſtatui, quæ naturæ ſuperfluunt, ità tamen ut non patiatur maximum detrimentum exceſſivæ jacturæ ſui ſtatûs. Unde ſi extremè indigens indiget centum, & ſi dives daret centum, pateretur exceſſivam jacturam ſui ſtatûs, viginiti verò eſſent ſuperflua ſtatui, aut non cauſarent exceſſivam jacturam; teneretur dives dare viginti.

411 Tenetur etiam ſub mortali ei ſuccurrere ex neceſſariis naturæ, ſi id facere poſſit cum modico ſui detrimento. Unde ſi habens

bens communem quantitatem panis, & cibi, pro eo die ſufficientem, videat extremè indigentem, qui ſi non comedat, eſt in mortis periculo, eò quia per plures dies non comedit; ſub mortali tenetur medietatem ſui cibi illi impertiri, quia ejus privatio pro uno die modicum incommodum affert; & ad id natura ipſa, & viſcera charitatis impellunt.

412 Graviter indigenti tenetur quis ſub mortali ſuccurrere ex ſuperfluis ſtatui, ſi non ſit alius, qui ei effectivè ſubveniat, nec in ſimili neceſſitate reperiatur: conſtat ex Matt. 25. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare.* Ubi per ly *eſurivi*, patet, Chriſtum loqui non de extrema, ſed de gravi neceſſitate. Tum quia præceptum charitatis obligat, *ut non diligamus verbo, neq; lingua, ſed opere, & veritate.* Joan. *epiſt.* 1. *c.* 3.

413 Eis, qui ſunt in neceſſitate communi non tenemur ſub præcepto mortali elargiri eleemoſynam ex ſuperfluis, ſed ex conſilio, quia cum iſti quærant ab omnibus, præſumuntur juvandi à pluribus,

414 Probabilius tamen puto, mortaliter peccare divitem, ſi in neceſſitatibus communibus nullam pauperibus eleemoſynam largiretur: eum namq; increpare videtur D. Joan. in *epiſt.* 1. *c.* 3. *Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere. & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* D. Gregorius Nyſſenus in *orat. de paup. amandis: Duplex in turpi luco exercetur peccatum; alterum propter ebriorum ſocietatem; alterum propter expulſorum pauperum famem. O pauperum inimici! an neſcitis horum cauſa commemorari in Evangelio exempla horrenda, & terribilia?* v. *in prop.* 12. ab Innoc. XI. *damn.*

415 Eleemoſyna igitur eſt maximè conſulenda, pro quo ſufficiat illud Tobiæ *cap.* 4. *Audi fili mi verba oris mei, &c. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini, &c. ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude, præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.*

416 Non tenentur homines privati inquirere pauperes, ſed ſufficit, quòd dent eis, qui occurrerint, aut quos ſciverint, Tenentur verò ex officio Prælati, & Principes vaſſalorum, quia ſunt Patres pauperum. Scot. *in* 2. *d.* 7. *q. un. litt. E. in* 4. *d.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 3. Maſtrius *in Theolog. moral. diſp.* 10. *q.* 3. *art.* 2. *nu.* 56. Tambur, *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. Joan. la Crux. Bonac. *tom.* 2. Buſen. *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 3. Leander *tom.* 6. *dec. tr.* 5. Bertaldus. 1. *Præc. Dec.* Caſtrop. *t.* 1. *tr.* 6. *diſp.* 2.

## CORRECTIO FRATERNA.

417 *Eſt admonitio fraterna, qua quis proximum conatur revocare à peccato*

418 Ut obliget ſub mortali, quinque conditiones requirit. 1. Peccatum mortale, quod certò conſtet, 2. Quòd proximus non ſit emendatus, & adſit probabile periculum reincidentiæ. 3. Quòd ſit ſpes fructus. 4. Si non ſit alius, qui correxerit, aut effectivè corrigat. 5. Quòd adſit occaſio, locus, & tempus opportunum, quo correctionem ſine tuo gravi incommodo facere valeas. Gravis repugnantia animi eſt judicata ab aliquibus notabile incommodum.

419 Quia autem omnes relatæ conditiones rarò ſimul habentur, ideo rarò ad eam perſonæ privatæ ſub mortali obligantur. Frequenter obligantur Prælati, de quibus

ad Hebr. 13. dicitur, *Ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.*

420 Buſen. addit: *Si quis ob timorem, puſillanimitatem, verecundiam, putet ſe non ſtrictè obligari, vel minùs eſſe idoneum ad corripiendum, videtur tantùm peccare venialiter.*

Vide *tom.* 2. *à n.* 88. ordinem verò correctionis, vide *in tom:* 2. *n.* 95. De correctione, Maſtrius *d.* 10. *q.* 66. Joan. la Cruz. Buſen. *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 2. *dub.* 4. Leander *tom.* 6. *dec. tr.* 6. Bertald. 1. *præc. dec. de Virtut. Theol.* agunt Scotus *in* 3. *d.* 25. *q.* 1. *litt. B. d.* 23. *quæſt.* 1. *F. d.* 25. *q.* 1. *F. in* 1. *d.* 6. *qu. un. K.* Maſtrius *d.* 10. Buſen. *lib.* 2. *tr.* 1. 2. & 3. Fenech. & Bertald. *indirectè or. citat.* Caſtrop. *tom.* 1. *tr.* 6. *diſ.* 3.

421 Ad Charitatem ſpectat onus denunciationis ad monitoria Papæ, & Epiſcoporum, ad edicta Inquiſitorum, & pro Confeſſariis ſolicitantibus; de quo fusè actum eſt in ſecundo tomo.

## CAPUT III.

### DE HORIS CANONICIS.

422 HOræ canonicæ, hoc eſt per Sacros Canones diſtributæ, & ſtatutis horis præfixæ, ſunt ſeptem: laudes cum matutino computantur pro unâ horâ. Cujus numeri myſtica ſignificatio declaratur per ſequentes verſus:

423 *Hæc ſunt, ſeptenis propter quæ pſallimus horis.*
*Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat,*
*Prima replet ſputis. Cauſam dat Tertia mortis,*
*Sexta Cruci nectit. Latus ejus Nona bipartit.*
*Veſpera deponit. Tumulo Completa reponit.*

### AD HORAS

424 SUb mortali tenentur conſtituti in ſacris à puncto Subdiaconatus, Beneficiati, & Religioſi Choriſtæ Ordinis Minorum, quos Regula obligat à die profeſſionis, *v. tom.* 3. *n.* 140. & 141.

425 Omiſſio divini officii eſt peccatum contra Religionem. Omiſſio unius horæ, aut partis notabilis, eſt mortalis. Omiſſio unius Pſalmi, aut lectionis, eſt parva materia. Licèt non ſit neceſſe, conſultius eſt exprimere numerum horarum eodem die omiſſarum ob pœnitentiam imponendam.

### RELIGIOSI CHORISTÆ, ET MONIALES CHORO ADDICTÆ

426 NOn obligati ex vi Regulæ, tenentur ſub mortali ad horas privatim, ſi Choro deſint, ex conſuetudine obligante ad mortale. *Com.*

427 Ad illud non tenentur Religioſi ad triremes damnati; quia fatigatio, & ſtatus illos excuſat, Mendo *n.* 38.

428 Majus argumentum, quod ad oppoſitum poteſt adduci, eſt Conſtit. Eugenii IV. nonis Febr. 1456. incip. *Ordinis tui,* ubi habetur: *Inſuper cum Dilectus filius Frater Joannes de Capiſtrano, tuus in Vicariatus officio prædeceſſor, declaraverit, quòd in Regula prima B. Claræ contineantur centum, & tria præcepta regularia, in quorum tranſgreſſione Moniales, ſive Sorores profeſſæ peccatum mortale incurrunt, idque nimis durum, & ſcrupuloſum judicemus; auctoritate, & tenore præſentium declaramus & volumus quòd in nullius prædictorum tranſgreſſione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, caſtitatis, & clauſuræ, & ſuper electione Abbatiſſæ, & depoſitione, peccatum mortale*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*mortale incurrant.* Et cum unum ex relatis præceptis ſit divinum officium, ideo Clariſſæ non videntur ad illud obligatæ privatim ſub mortali. Cui valdè favet diſpoſitio Julii II. 10. Auguſti 1504. apud Rodriquez *to.* 1.

429 Reſp. Eugenium, & Julium ſolùm diſpoſuiſſe de præceptis, obligationibus, & conſuetudinibus Clariſſis particularibus, quibus ultra vires erant gravatæ, minimè de conſuetudine cunctis Religioſis utriuſque ſexus communi, qualis eſt de recitandis horis privatim. Qua ratione nemo audet dicere, conſuetudinem abſtinendi à lacticiniis in jejuniis quadrageſimæ non obligare ſub mortali Clariſſas. Nec quis audebit dicere, conſuetudinem recitandi horas privatim obligare Religioſos viros, & Moniales omnes, exceptis Clariſſis ſtrictioris Regulæ.

Hinc Fr. D. Martinus Archiepiſcopus Panormitanus in ſua Paſtorali ad Moniales omnes Urbis, & Diœceſis panormitanæ 20. Maii 1651. contrariam opinionem vocat inventam à patre mendacii.

430 Innoc. IV. per Bullam 10. apud Pelliz. c. 6. n. 16. conceſſit Monialibus ſub cura Fratrum Minorum degentibus, & per communicationem aliis, ut ex rationabili cauſa poſſint officium converſarum recitare, & ſic ſatisfacere; per hæc verba: *Et quæ occaſione rationabili non poſſunt legendo dicere horas ſuas, liceat eis, ſicut aliæ Sorores, dicere Pater noſter.*

Cauſa rationabilis erit, ſi ſit gravi, & juſto negotio occupata, ſi ſit nimis ſcrupuloſa, ſi capitis indiſpoſitionem patiatur, ſi neſciat expeditè legere; hæc tamen curare debet, ut diſcat, ita ut rationabili cauſa ceſſante, redeat ad horas.

431 Hac prudentia uti poterit Confeſſarius in iis, aut ſimilibus cauſis, maximè in dubio neceſſitatis.

Monialis autem, cui ex juſta cauſa fuit commutatum Officium Divinum ad Pater, ſeu ad officium converſarum, ſi hoc omittat, non peccat mortaliter; Pelliz. *cit.* quia obligatio ſub mortali eſt ad horas canonicas. Nec officium converſarum converſas obligat ſub mortali. Vide de commutatione voti.

432 Capellani primarii Monialium, qui quotidie, & ordinarie in earum Eccleſiis celebrant, poſſunt de earum Sanctis recitare, ut conformentur Miſſæ; uti tamen debent breviario Romano, cui per ſe ſunt obligati. Gobat. *t.* 1. *tract.* 5. *caſu* 23. *n.* 625. *vide tom.* 3. *n.* 342.

## DE MODO RECITANDI.

433 Recitatio debet eſſe vocalis, ut verba voce exprimantur, licèt ab aliis non audiantur; quia obligatio eſt de oratione vocali. Unde non ſufficit, ſi mentaliter ſolū percurrat. Sufficit, ſi ſe ipſum peripiat; nec hoc requiritur, ſi ſit ſurdaſter.

434 Requiritur intentio orandi, ſed ſufficit, quod ſit intentio Deum colendi, vel Deo vacandi, & quòd ſit habita in principio recitationis. Et oratione tres oriuntur fructus, *meritum, impetratio, & refectio*: ad meritum, & impetrationem ſufficit illa prima intentio; unde diſtractiones involuntariæ, quæ inter orandum ſolent contingere, priores duos fructus minimè impediunt; tunc enim ſufficit intentio implicita, & virtualis, prima videlicet non retractata, ſed perdurans in ipſa recitatione, quæ in virtute illius primæ intentionis habetur. Ad refectionem verò ſpiritualem non ſufficit illa prima intentio, nec attentio, ſed requiritur continua, licèt ſufficiat directa, & non requiratur reflexa, quam ſcilicet quis revera habet, quamvis non advertat habere, *ut in tom.* 3. *nu.* 213.

Refectio autem non attenditur in oratione voca-

vocali, ſed ſolum in mentali, de qua Apoſt. 1. *ad Cor.* 14. *Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt.*

435 Officium recitari debet *attentè, clarè, & devotè.*

436 *Devotè,* Devotio conſiſtit in externa corporis compoſitione, ut non recitetur ridendo, ludendo, geſtus, & actus immodeſtos habendo, ſine neceſſitate cubando, &c. At non peccas mortaliter, niſi defectus ſit voluntarius, & notabiliter attentionem internam impediat.

437 *Clarè:* hoc eſt diſtinguendo verba, *ut in num.* 433. Pelliz. *de Monial. c. 6: num. 17. monet recitantem horas divinas ſyncopando non teneri repetere illas, niſi notabiliter ſenſum verborum corrumpat; quod rarò accidere,* notant Diana *p. 2. tr. 12. reſ. 22. citans pro hac doctrina* Filliuc. Azor. ac Villal. *cum quibus ſentit* Sanch. *lib. 7. conſ. c. 2. d. 17. notans n. 3. non oportere Clericos nimis eſſe ſcrupuloſos caſu, quo putant ſe non integrè pronunciaſſe, vel aliqualiter ſyncopaſſe, vel verba aliqua ſolo gutture dixiſſe; niſi defectus ſit valde notabilis.*

438 *Attentè.* Attentio eſt duplex, *interna* ſcilicet, quæ conſiſtit in advertentia ad id, quod agitur puta ad officiū, quod recitatur; *externa.* quæ conſiſtit in excluſione actionis externæ incompoſſibilis cum attentione interna, ſeu advertentia animi ad id, quod recitatur, uti eſſet depingere, ſcribere, & omnis alia actio externa, quæ ſpecialem attentionem, & applicationem mentis expoſcit.

439 Pelliz. *cit. num.* 17 putat cum pluribus, ſufficere ſolam attentionem externam, ita ut non peccet mortaliter, qui voluntariè diſtrahitur, ſed ſolùm, qui notabiliter occubatur in actione externa cum interna incompoſſibili.

440 Omninò tamen dico non ſufficere, ſed requiri attentionem internam, juxta dicta *in num.* 186. ita ut peccet mortaliter, qui per notabile tempus per internas divagationes voluntariè diſtrahitur. Cajet. cum communiori, quia præceptum eſt de officio divino ſtudioſo, & devoto, ſeu fructuoſo, ad quod requiritur attentio interna. *Ex c. Dolentes de Celebr. Miſſarum. Diſtrictè præcipientes in virtute Obedientiæ, ut divinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter & devotè.*

441 Sufficit autem attentio illa prima in principio recitationis habita, *ut in n.* 434. nam continuata attentio eſt noſtræ fragilitati impoſſibilis.

442 Attentio interna eſt triplex: *Ad verba, ad ſenſum, & ad Deum,* Dicitur *ad verba:* hoc eſt ad verba materialiter. *Ad ſenſum:* hoc eſt ad ſignificationem grammaticalem verborum, aut ad ſignificationem ſpiritualem, & miſticam, ſeu ad ſpiritum verborum. *Ad Deum* quatenus per recitationem officii intendimus Deum colere, eique vacare.

443 Non eſt neceſſaria attentio ad ſenſum grammaticalem, aliàs rudes, & moniales non ſatisfacerent. Nec ad ſenſum ſpiritualem, quia non eſt oratio mentalis, *ut in n.* 434. Eſt autē neceſſaria attentio *ad Deum ut cit. in n.* quia eſt oratio (ad differentiam auditionis ſacri die feſto, quia in ea non præcipitur oratio, ſed aſſiſtentia modo humano) *& ad verba materialia;* quia eſt oratio vocalis.

444 Satisfacis, ſi attendas, quantum moraliter potes, quamvis ob ſocii, aut chori culpam, nil ex illis percipias; quia per ſocietatem, & tuam attentionem, moraliter facis orationem ſocii tibi communem, Tamb.

Quod eſſe verum, etiam ſi ſis ſurdus, & inde alterius chori partem audire non valeas, docet Leander *par. 6. tr. 8. diſ. 6. quæſt.* 40. cum Paſcal. & aliis; quia ex una parte ad impoſſibile nemo tenetur; ex alia, quod recitatur in cho-

ro,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ro, & oratio totius chori, adeóq; etiam ejus, qui non audit, non valens, dummodo choro aſſiſtat, & attendat, Mendo vult, quòd ſurdus teneatur repetere. *ver. Hora n.* 33.

445 Qui in Choro occupantur in libris hinc inde mutandis, aut in præparando thure, ſatisfaciunt, licèt aliquot verſiculos omittant, dum ad illos attendant, *com.*

446 In Eccleſia, ubi eſt Reliquia notabilis ſancti, putà caput, brachium, crus, aut ea corporis pars, in qua præcipuè paſſus fuit, poteſt de eo ſub ritu duplici recitari.

447 Advenæ & itinerantes poſſunt, ſed non tenentur ſe conformare officio loci. Tamb. *t.* 1. *de Horis c.* 5. §. 2. *n.* 38. Mendo, & alii, *juxta dicta n.* 163. quia ſubſtantia officii eſt de lege communi; quòd autem recitari debeat de tali, vel tali, Sancto, ſolet eſſe de lege locali. Unde in loco, ubi es advena, potes recitare officium loci, aut tuæ Eccleſiæ. Conſultius tamen puto, ut ita te geras, quòd idem officium bis non recites. Hoc dico in recitatione privata; Miſſa enim, & horæ in Choro ſunt dicendæ de Sancto loci; quia ſunt publicæ; & tunc conſultius eſt, imò oportet, ut reliquas horas, quæ privatim tibi recitandæ manent, recites de Sancto loci, ut ſic te conformem reddas toti officio diei.

448 Si recitaſti de uno Sancto pro alio involuntariè, cum advertis, non teneris repetere. Quòd ſi quæras, an tenearis de eo recitare prima die non impedita? utraq; pars eſt probabilis; affirmativa, quia Sanctus habet jus eo anno, ut de ipſo recitetur; negativa, quia onus officii eſt alligatum diei, & aliàs ordo kalendarii perturbatur.

449 Si recitâſti ex errore Matutinum, & Laudes de uno Sancto, detecto errore, religioſius eſt, ſi repetas, at non obligaris; quia quoad eam partem tributum ſolviſti Deo per æquivalentiam: nec poteſt præſumi, Eccleſiam velle duo officia ab eo, qui ſine culpa recitavit. Debes tamen proſequi reliquum de Sancto diei, quia error eſt corrigendus, non continuandus.

450 Qui dubitat, ob evagationem mentis, an aliquem pſalmum, vel antiphonam omiſerit, poteſt præſumere ſe dixiſſe, cum non ſoleat tam faciliter prætermitti. Tum quia id eſſet ſcrupulorum fomentum. Hinc ſi incepiſti Nonam v. gr. cum attentione, modò reperias in ultimo pſalmo, & dubites, an recitaveris medium, ſufficientem habes conjecturam, quòd recitaveris. Gobat.

451 Inverſio horarum, aut interruptio, ſine rationabili cauſa non poteſt excuſari à veniali: at non peccas, ſi matutinum à laudibus per noctem dividas.

452 Mutatio officii ſine cauſa, ut ſi debens recitare de feria, recites de Sancto, ſi fiat rarò, bis, aut ter, erit venialis; quia ſervatur præceptum quoad ſubſtantiam officii, & defectus, qui habetur in modo, eſt levis. Gravis tamen eſt, ſi fiat ſæpe: Aut ſi debens recitare de feria, aut de Sancto novem lectionum, recites de Reſurrectione, etiam ſemel; quia eſt omiſſio, & mutatio notabilis. *v: in propoſ.* 34. ab Alex. VII. *damn.*

453 Occupatus per duodecim horas diei non proinde eſt liber à recitatione officii, ſed debet attendi qualitas occupationis; unde ſi fueris occupatus aſſiſtendo tuo Prælato, ad illum negotiatores deferendo, &c. quæ ſine notabili labore, aut attentione fiunt, non excuſaris. E contra, ſi fueris occupatus ſtudio, computatione, ſcriptura, &c. quæ caput dolore plenum, aut caliginoſum relinquunt, excuſaberis, etiamſi per decem, aut horas octo occupationi vacaveris.

454 Si ex cauſa recitare non valeas majorem partem officii, puta matutinum, & laudes, potes autem reliquam, teneris ad illam;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſicut qui non poteſt reſtituere centum, poteſt tamen decem, tenetur ad decem. Et qui non poteſt jejunare totam quadrageſimam, poteſt tamen duos dies, tenetur ad illos Ratio eſt, quia præceptum de recitando divino officio eſt de materia dividua, Et dictum illud, quòd *major pars trahit ad ſe minorem*, quo nonnulli oppoſitum docebant, non eſt ad rem; quia eſt deſumptum *ex cap. 1. de iis, quæ fiunt à majori*, qui Textus loquitur de Canonicis dantibus ſuffragium, & ſtatuit ſtandum eſſe pro majori parte ſuffragiorum.

455 Materia præcepti alia eſt dividua, alia individua: dividua eſt illa, quæ habet plures partes, ad quarum ſingulas præceptum obligat: ut præceptum jejunandi in quadrageſima, quæ continet plures dies, in quorum ſingulis ſeorſim præceptum obligat; ſimiliter & præceptum recitandi officium quolibet die. Individua eſt illa, quæ vel non habet plures partes, vel ſi habet, præceptum non obligat ad ſingulas ſeorſim, ſed ad omnes conjunctim; ut præceptum confeſſionis, quæ continet tres partes, nempè cordis contritionem, oris confeſſionem, & operis ſatisfactionem, quas præcipit non ſeorſim, ſed conjunctim ad unum Sacramentum conficiendum. Præceptum recitandi divinum officium eſt de materia dividua, ut declaravit Innoc. XI. damnando *prop.* 54. Vide etiam *propoſ.* 35. ab Alexan. VII. *damn. v. n.* 461.

456 Ægrotus non valens recitare matutinum, & laudes, dubitans, an poſſit reliquas horas, non tenetur ad illas; quia præceptum de recitando officium, non obligat cum periculo gravis detrimenti, aut ſalutis.

457 Infirmitas excuſans non ſufficit, ſi ſit levis, nec requiritur, quòd ſit graviſſima, ſed ſufficit, ſi ſit gravis: & quidem in dubio dictum medici, aut experti infirmum legitimare, ſicut & Superiorem diſpenſare poſſe, non eſt dubium.

458 Luſcus, & qui oculis laborat, ſi timet legendo viſum paulatim deperdere, non obligatur ad officium legendum. Ipſe tamen, ſicut & cæcus, tenetur recitare partem illam, quam memoriter ſcit: ſequitur *ex n.* 452.

459 In privata recitatione matutinum, & laudes ex jam præſcripta conſuetudine licitè recitari poſſunt duabus horis poſt meridiem diei præcedentis, uſque ad unam circiter horã poſt ortum Solis diei ſequentis. Prima, Tertia, Sexta, & Nona ab aurora uſque ad meridiem. Veſpera, & Completorium à meridie uſq; ad ſemihoram circiter poſt Solis occaſum. com.

460 Si autem intra eumdem diem recitentur eo intervallo, quod intercedit inter medium noctis præcedentis, & medium noctis ſequentis, quo præceptum durat, non in ſuis horis, ut ſupra, eſt peccatum veniale, & nullum, aliqua exiſtente cauſa: ex Diana in ſumma, eſſe poteſt major devotio, aut periculum ſupervenientis occupationis, vel in ſtudioſo, quia tempus illud veſpertinum eſt ineptum ſtudiis.

461 Qui incepit recitare officium diei præſentis media hora ante mediam noctem diei ſequentis, tenetur recitare quantum poteſt per eam mediam horam, juxta *dict. à n.* 454. (niſi ſomno, aut vaporibus mens ſit ita occupata, ut ſit redditus impotens) quia adhuc præceptum durat. Data autem media nocte, conſultius eſt, & melius, ſi proſequatur; ſed ad id non tenetur, nec ſatisfacit, quia tunc ceſſat præceptum, quod quidem eſt ita affixum diei, ut eo elapſo adimpleri non poſſit. Unde ſolùm peccavit in cauſa, ſi voluntariè, & ſine legitima cauſa ſe reduxit ad eam horam, juxta dicenda de auditione Miſſæ, & jejunio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### OFFICIUM DEFUNCTORUM, ET VIRGINIS.

462 Pſalmi Pœnitentiales, & Graduales non obligant etiam in Choro; quia B. Pius V. per Bullam *Quod à Nobis* 1568. pro utentibus Breviario Romano ab ipſo tractu abſtulit obligationem, & conceſſit Indulgentiam centum dierum recitantibus Officium Defunctorum, & Virginis; quinquaginta autem recitantibus Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales, diebus à Rubricis præſcriptis. Reliquos verò, qui non utuntur Breviario Romano, uti ſunt Patres Ordinis Prædicatorū, Carmelitæ, &c. Pius V. reliquit propriis conſuetudinibus.

463 In Ordine Prædicatorum conſuetudo non obligat ſub culpa, ut rectè docet, & probat Donatus *to. 3. tr. 18. q. 48.*

464 Moniales S. Claræ tenentur quoad divinum Officium ritui Fratrum Minorum ſe conformare, ac proinde non tenentur ad Officium Defunctorum, &c. niſi temporibus ex Ordinario Romano ſtatutis; quia tunc ſolùm Fratres Minores tenentur; idque neque ſub culpa, ut dictum eſt, excepto die Defunctorum. Urb. IV. *in 2. Regula*, & clariùs Leo X. 29. Martii 1515. apud Bullar. Rodr. Bulla 46. *Cum ſicut Nobis*.

465 Officium autem Defunctorum die animarum, Litaniæ Rogationum, & D. Marci obligant ſub mortali eos, qui utuntur Breviario Romano, itaut teneantur recitare privatim, qui Choro deſunt, & Proceſſioni; & ſi Beneficiati, teneantur ad reſtitutionem fructuum pro rata; quia ſunt pars officii diei. Donatus *cit. qu. 49. & 47.* cum communiori. Quamvis plures cum Pelliz. *de Monial. c. 6. n. 19.* teneant, Litanias non obligare.

466 Qui verò non utuntur Breviario Romano, ſtare debent conſuetudini ſuarum Eccleſiarum.

467 In Ordine Prædicatorum à viris doctis ejuſdem audio conſuetudinem pariter ad Litanias non obligare.

### QUÆRES I.

468 *An Moniales S. P. Dominici teneantur ſub mortali ad Officium Defunctorum ſemel in hebdomada recitandum?*

Videtur, quòd teneantur; quia Fratres Prædicatores tenentur, & ipſæ ad eorum ritum ſe obligaverunt.

469 Reſpondeo, non teneri ad illud ſub culpa. Ratio eſt; quia præceptum non eſt præſumendum, ſed debet certò conſtare, *ut in num. 43. & 176.* In caſu nedum non conſtat, ſed evidenter conſtat non ad eſſe pro Monialibus.

Quia Moniales ſe obligaverunt ad officium divinum, & ſuffragia, quæ exprimuntur in Regula; in Regula autem nulla fit mentio de recenſito officio defunctorum ſemel in hebdomat recitando, ut conſtat ex primo, & tertio Capitulo, in quibus agitur de Officio Divino, & ſuffragiis. Undè ad Ritum tenentur, qui eſt acceſſorius Officio ordinario in regula præſcripto.

470 Corroboratur: quia Moniales ſe obligaverunt, & obligant ad Regulam, ſeu conſtitutiones Regulæ, minimè ad ſtatuta Capitulorum generalium; Regulam namq; profitentur, non ſtatuta: Officium autem Defunctorum non eſt de Regula, ſed de ſtatuto Capituli Generalis de anno 1551.

471 Quod ſtatutum nullo pacto poteſt Moniales ligare. 1. Ob rationem allatam. 2. Quia, etiam loquendo de privilegiis, Moniales communicant cum Religioſis viris ejuſdem Ordinis ſolùm in favorabilibus, minimè in odioſis. Donatus *tom. 1. p. 1. tr. 6. q. 3.* Et in re

noſtra agitur non de privilegiis, ſed de odioſis, nempe de onere peccati mortalis. 3. Quia ſtatutum eſt præcisè editum pro fratribus. Conſtat tam ex verbis, quàm ex fine, & cauſa motiva.

472 *Ex verbis*, quæ *in diſt.* 1. de Officio Eccleſiæ *c.* 1. *fol.* 14. *col.* 3. in fine apud Donatum *tom.* 3. *tr.* 18. *qu.* 47. *n.* 2. ſunt: *Item declaramus, quòd Fratres tenentur ex præcepto, ſemel in hebdomada, totum officium defunctorum dicere, cum dici debeat in Eccleſia, omni antiqua conſuetudine rationabiliter prætermiſſa.* Ubi per ly *Fratres* ſtatutum eſt reſtrictum ad fratres; quòd ſi odia ſunt reſtringenda, quomodo poterit dilatari ad Sorores?

473 *Ex fine, & cauſa motiva.* Finis enim fuit, ut ſic fratres ſatisfacerent juſtitiæ, & charitati pro animabus benefactorum ob eleemoſinas, & bona fratribus relicta, de quibus vivunt; quod fuit cauſa motiva: qui finis, & cauſa non habet locum in Monialibus, quæ vivunt minimè ex eleemoſinis à benefactoribus relictis, ſed ex propriis dotibus.

Statutum igitur præcisè Fratres ligat, ut teneantur ſub mortali officium defunctorum ſemel in hebdomada recitare privatim, ſi Choro deſint; minimè Moniales.

474 Firmatur diſcurſus doctrina, & hiſtoria.

Doctrinam præbet doctiſſimus Donatus, ſuper controverſiis Regularium peritiſſimus loco cit. *Officium mortuorum videtur inſtitutum indeterminatè pro omnibus benefactoribus, qui non determinant ſibi anniverſarium: unde videntur teneri ad illud omnes, qui bona illius Eccleſiæ participant. Hoc idem docet* S. Thomas *in quodl.* 6. *art.* 10. *&c. Semel in hebdomada, aut ſingulis menſibus, ducitúrque ex eo, quòd hujuſmodi clericus accipit bona, quæ fuerunt defunctorum, ergo titulo juſtitiæ tenetur in ſpiritualibus compenſare, &c. ac proinde tenetur pro eis officium defunctorũ dicere. Secus autem dicendum, &c. ſi clericus abſens eſt à ſua Eccleſia, & non ſit particeps diſtributionum quotidianarum, &c. Ergo de mente* D. Thomæ *tota obligatio recitandi officium Defunctorum emanat ex acceptatione fructuum beneficii, qui quidem proveniunt ex bonis prædictorum, &c.*

475 *Hinc in Ordine Prædicatorum diſt.* 1. *&c. adeſt præceptum recitandi officium Defunctorum, &c. quo fit, ut omnes Religioſi Clerici teneantur illud ſub mortali ſemel in ſeptimana publicè in choro recitare, vel privatim, ſi fuerint impediti choro intereſſe, & liquet ibi, Item declaramus, &c.* ubi proſequitur verba ſtatuti, *ut in n.* 472.

476 En igitur finem, & cauſam motivam, unde in Ordine Prædicatorum emanavit præmiſſum onus officii Defunctorum. Et quia ingenioſus Donatus percepit, ea non habere locum in Monialibus, præcisè *Fratres*, & in ſpecie *Religioſos clericos* ſtudioſè expreſſit non Moniales, quas aliàs Author tantæ peritiei haud ſiluiſſet.

477 Hiſtoriam tradunt Conſtitutiones ipſæ Regulæ Ordinis Prædicatorum ex Editione Barcinonenſi anni 1620. *diſt.* 1. *c.* 1. de Officio Eccleſiæ *fol. mihi* 14. Et clariùs habetur in traductione earumdem de latina lingua in vulgarem, edita Panormi anno 1595. ut ſequitur.

478 Ob motivum, & finem *n.* 474. relatum, ex pervetuſto tempore in Ordine Prædicatorum recitari ſolebat in Choro nocturnus unus officii defunctorum, quem ſoli miniſtri Altaris dicebant, & Sacerdos ille, qui erat deſignatus ad Miſſam pro defunctis canendam, minimè alii fratres. Quapropter Capitulum generale Salmaticenſe de an. 1551. providere volens timoratorum ſcrupulis, cum confirmatione, & authoritate Apoſtolica ſtatuit, ut ſequitur:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

479 *Abſolvimus tam Chorum, quàm Miniſtros Altaris ab obligatione recitandi vigiliarum trium lectionum pro mortuis, prout hactenus obſervatum eſt. Et in recompenſationem, pro debito juſtitiæ, & charitatis; ordinamus, & ita ſervari volumus, ut nullis feſtis, aut octavis etiam ſolemnibus obſtantibus (præter octavas Paſchæ, & Pentecoſtes) totum officium pro ipſis defunctis cum novem lectionibus qualibet hebdommada ſemel ab omnibus, & ſingulis fratribus tam in Choro, quàm extra exiſtentibus perſolvatur. Et in mane ſequenti pro ipſis una miſſa de Requiem cantetur, ſi non ſit dies multum ſolemnis, &c. Et hoc inviolabiliter in omnibus conventibus noſtri ordinis obſervetur, ſuper qua tam Prælatorum, quàm Cantorum conſcientias oneramus, &c. Ad quæ omnes, & ſinguli teneantur etiam Magiſtri, & actuales lectores, ſuis diſpenſationibus non obſtantibus.*

480 Hæc eſt hiſtoria, & forma ſtatuti, ac præcepti, ubi conſtat præcisè, & ſemper exprimi fratres, nunquam ſorores.

Inſuper officium defunctorum ſemel in hebdomada recitandum, fuit ſubrogatum loco nocturni, & miſſæ; unde ſicuti certum eſt, quòd nocturnus, & Miſſa non obligabat Sorores, cum non ſint Miniſtræ Altaris, ſed ſolos fratres Miniſtros Altaris. Donatus *cit. nu.* 3. ita nec Officium ſemel in hebdomada recitandum obligare eas poteſt; nam in favorabilibus; *ſubrogatum ſortitur naturam ejus, cui ſubrogatur.* Excluſio ab onere eſt favorabilis, adeóque ſi ſorores erant excluſæ à priori onere, ſunt etiam excluſæ à poſteriori ſubrogato loco prioris.

481 Item in præcepto Officii includitur onus celebrandi, & cantandi Miſſam die ſequenti, quod non afficit Sorores; ita nec onus Officii.

482 Denique commutatio nocturni in totum Officium fuit facta *in recompenſationem, pro debito juſtitiæ, ut in num.* 479. quod debitum juſtitiæ in fratribus locum habet, qui ex eleemoſinis, & donis à benefactoribus legatis vivunt, juxta dicta *num.* 474. minimè in ſororibus, quæ vivunt ex propriis dotibus.

483 Non adducas pro obligatione conſuetudinem. Quia non eſt conſtans; nam ſi meæ experientiæ fidem adhibere velis, pro certo habeo plurium annorum experimento nullam recenſiti Ordinis Monialem obligationem tamquam certam tenere, ſed alias eam non adeſſe certò putantes, alias verò ſcrupulizantes, dubitantes, & inde conſulentes, An pro ipſis extet præceptum ſub mortali ad id obligans, vel non?

484 Cæterùm conſuetudine [ſi quæ ſit] gratis data, nulla obligatio ſequitur. Conſuetudo enim ex *num.* 239. poteſt eſſe duplex, una præter legem, quæ ipſa obligationem inducit, & ad hanc requiritur, quòd ſit introducta animo ſe obligandi, ut in *num.* 240. Alia ſecundùm legem, quæ non ipſa obligationem inducit, ſed ſupponit præceptum, quod obligationem inducit, & ipſa eſt ſolùm obſervantia præcepti; adeóque ſi præceptum cadat, cadat etiam obligatio, conſuetudine non obſtante.

485 Conſuetudo in re noſtra [ſi quæ extat] non eſt, quòd Moniales credant ſe eſſe obligatas ex conſuetudine, ſed ex præcepto obligante fratres ad mortale; unde eſt conſuetudo ſecundi, non primi generis; cum igitur ſit luce clariùs probatum, præmiſſum præceptum non habere locum, ſed cadere pro Monialibus, dicendum eſt, obligationem recitandi ſemel in hebdomada officium Defunctorum [conſuetudine non obſtante] non habere locum, ſed cadere pro Monialibus.

486 Confirmatur; quia conſuetudo (ſi qua

 adeſt)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adeſt) non fuit à Monialibus introducta animo ea ſe obligandi, ſed ſuppoſito ex ſimplicitate, & errore præcepto; unde non erit conſuetudo imponens, ſed ſupponens obligationem ex præcepto; quod cùm revera non extet, obligatio non extat. Et hæc eſt una ex rationibus, qua, non obſtante conſuetudine, excuſantur ab obligatione abſtinendi à lacticiniis diebus Sabbathi, mulieres, & ſimplices falsò putantes ad id habere præceptum. Imò Doctores communiter docent eas eſſe monendas, ne peccent ex conſcientia erronea.

487 Demùm meam reſolutionem claram reddit Ordo ipſe, qui juſſu Reverendiſſimorum PP. Seraphini Siccii, & Vincentii Bandelli, Generalium Magiſtrorum, Conſtitutiones Regulæ, quæ obſervari debent, emendatas, & in unum collectas, Barcinonæ ann: 1620. impreſſas publicavit. Ubi primo loco apponuntur *Conſtitutiones Fratrum Ordinis Prædicatorum cum declarationibus*. In quibus declarationibus *diſt. 1. ſuper c. 2. de Officio Eccleſiæ litt. E.* apponitur præceptum ſub mortali obligans expreſsè Fratres ad recitandum Officium Defunctorum, uti ſupra, nullam mentionem faciendo de Sororibus. Poſteà ſecundo loco apponuntur Conſtitutiones Sororum Ordinis Prædicatorum, in quibus nullum prorſus fit verbum de relato defunctorum Officio, *ut in n. 471.*

488 Quia autem mea mens eſt, Sacras Moniales ſolùm à peccato, & ſcrupulis liberare, eas enixè hortor, ut nedum ſemel, ſed pluries in hebdomada pro ſanctis animabus purgatorii Officium recitent Defunctorum.

## QUÆRES II.

489 *An Moniales teneantur extra Chorum recitare Officium Defunctorum, quod titulo juſtitiæ, puta legati, tenentur pro benefactoribus recitare in Choro?*

RESp. non teneri, niſi pro ipſis extet ſpeciale præceptum id exprimens, uti in Ordine Prædicatorum adeſt pro fratribus, de quo ſupra *n. 479.* Pelliz. *de Monial. c. 6. num.* 19. Quia obligatio illa non afficit ſingulas Moniales, ut ſingulas; afficit enim Monaſterium, adeoq; afficit illas, ut faciunt unum corpus morale, quod eſt Monaſterium: quapropter, quia cum recitatur officium in Choro, quamvis plures deſint, verè dicitur Officium à Monaſterio recitatum, jam eſt oneri ſatisfactum. Accedit praxis communis, ita namque ſine ſcrupulo obſervatum videmus.

## BENEFICIATI

490 ETiam in minoribus tenentur ſub mortali ad horas, nec ſatisfaciunt ſuæ obligationi, ſi ſtudio litterarum vacantes per alium recitent; quia eſt obligatio perſonalis; nam B. Pius V. ait, eum, qui non recitat ſuo tempore, non facere fructus ſuos: *v. prop. 21. ab Alex. VII. damn.*

Non tenetur ante diem poſſeſſionis, etiam ſi ſit proviſus, nec ſi poſſeſſio ſit litigioſa, ſed donec ſit pacifica, niſi ſit conſtitutus in ſacris.

491 Si ſint in ſacris, peccant omittendo horas duplici peccato, contra juſtitiam, & Religionem, in confeſſione exprimendo; quia et vi beneficii tenentur ratione contractus cum Eccleſia, à qua beneficium datur ob officium, *c. fin. diſt. 92. c. fin. de reſcript. in 6.* & B. Pius V. motu proprio: *Conſt. incip. Ex proximo Lateranen.* 1571.

492 Hinc

492 Hinc Beneficiati omittendo, tenentur ad reſtitutionem in conſcientia, etiam ante ſententiam Judicis: *v. in propoſit.* 20. *ab Alex. VII. damn.* onus autem reſtitutionis non oritur, niſi ex juſtitia commutativa læſa. *v num.* 524-512.

493 Qui plura beneficia pinguia poſſidet, non tenetur ad plura officia, ſed ſatisfacit uno ſicut connurrentibus eodem die pluribus feſtis, ſatisfaciunt fideles uni Miſſæ aſſiſtendo; quia pia Mater Eccleſia vult multiplicare titulos, non ſatisfactiones.

494 Obligatus ad horas ex beneficio, ſi inexculpabiliter omittat primis ſex menſibus poſt acquiſitam poſſeſſionem, peccat ſolùm mortaliter; iis elapſis, ultrà mortale tenetur ad reſtitutionem fructuum pro rata omiſſionis; ita ut pro toto officio teneatur reſtituere fructus omnes illius diei; pro Matutino, aut reliquis horis mediam partem, pro una ex horis ſextam partem. Ex Conc. Later. ex Pio V. cit. n. 262.

495 Cæterùm, qui ex beneficio habet alia onera præter recitationem Officii, vel eſt Epiſcopus, &c. omittendo, ſolùm tenetur reſtituere partem fructuum correſpondentem oneri horarum, nempè tertiam, vel quartam partem. In Hiſpania praxis eſt de quinta parte Gobat. *tom.* 1. *tr.* 5. *n.* 537.

496 Reſtitutio facienda eſt fabricæ beneficii, vel pauperibus, etiam ipſi beneficiato, ſi eſt pauper, per Buſen. Item applicari poteſt ad meliorandum domum, & prædia beneficii, quæ etiam veniunt nomine fabricæ beneficii.

497 Reſtitutio non poteſt ſuppleri per eleemoſynas à beneficiario de fructibus beneficii antea factas, ratione cujuſdam anticipatæ ſolutionis quia nec ſolutio antecedit debitum ex culpa, nec pœna delictum; poteſt autem ſuppleri per eleemoſynas factas poſt omiſſionem horarum, quamvis non iſto intuitu, ob virtualem intentionem, quâ dans eleemoſynam, ſatisfacere intendit obligationibus, quas ſuis peccatis contraxit: *v. prop.* 33. *ab Alex. VII. damn.* Item poteſt obtineri condonatio reſtitutionis per recurſum ad Sacram Pœnitentiariam.

498 Si beneficium ſit tenue, putà, ſi ex eo non percipias tertiam partem ad mediocrem, & honeſtam tui ſuſtentationem requiſitam, qua alii Clerici ſimilis conditionis, & loci, communiter uti ſolent, teneri te ſub mortali ad horas, docet communior opinio. Non teneri, ſed ſufficere, ſi ex gratitudine ores pro benefactore, probabile putat Tamb. cum Diana.

499 Si verò plura beneficia tenuia habeas ad tertiam partem tuæ ſuſtentationis ſufficientia, teneris ad horas; quia notabilem ſuſtentationem ab Eccleſia recipis.

500 Illud eſt beneficium, vel patrimonium ad honeſtam ſuſtentationem ſufficiens. ex Trident. *ſeſſ.* 21. *c.* 2. quod ab Epiſcopis in ſuis reſpectivè locis præſcribitur. In Synodo Panormit. de anno 1629. & 1679. *n.* 97. declaratur, debere eſſe Panormi ſcutorum 60. in Diœceſi verò ad minùs ſcutorum 40. *v. tom.* 3. *n.* 50. *&* 68

501 Præſtimonia, videlicet portiones deductas ex beneficiorum redditibus, quæ adoleſcentibus aſſignari ſolent, ut ſuſtententur in ſtudiis, & inde poſſint Eccleſiæ deſervire, inter beneficia, ſaltem quoad effectum recitandi horas, à B. Pio V. comprehenduntur, ſi dentur in titulum perpetuum, & annexum habeant aliquod ſpirituale obſequium, quod per laicum exerceri non poſſet: Sunt autem beneficia ſimplicia alia beneficia non impedientia; at non ſunt beneficia, nec ad horas obligent, ſi in temporali obſequio conſiſtant.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

502 *Beneficium namq; eſt illud, quod confertur à Prælato perſonæ Eccleſiaſticæ ad officium eccleſiaſticum exercendum.* Et propriè definitur: *Jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis eccleſiaſticis propter aliquod officium ſpirituale, auctoritate Eccleſiæ inſtitutum.* Unde differt à patrimonio, quod eſt *jus percipiendi redditus ex bonis laicalibus*; putà paternis, maternis, &c. Hinc non tenentur ad horas illi, qui habent Capellaniam non ſacram, quæ videlicet ſine authoritate Epiſcopi à laïcis ſolet conferri; quia licèt hæc fructus afferat, non eſt verè beneficium.

503 Non tenetur Vicarius Beneficii, aut Coadjutor cum futura ſucceſſione, etiam ſi gaudeat ſtipendio ſui laboris, vel aliqua beneficii portione; quia ille non eſt beneficiarius, ſed ejus ſubſtitutus: & iſte non eſt beneficiarius, ſed erit.

504 Qui verò habet Capellaniam ſacram, quæ collativa vocatur, quatenùs Epiſcopi authoritate confertur, tenetur ad officium; quia hæc eſt verè beneficium. Idem dic de habentibus beneficia manualia ad nutum, videlicet ſuperioris, amovibilia. Ita & de habentibus benefici um in commendam, videlicet in adminiſtrationem, ſive in perpetuum, ſive ad tempus; quia eſt verè beneficium.

505 Intruſum, qui nulliter beneficium obtinuit, & quia ſimoniacè, cum excommunicatione, &c. eximunt Sanchez, & Caſtrop. comprehendunt in obligatione officii Bonac. & alii; ratio 1. opinionis, quia hic nec habet titulum beneficii, nec fructus facit ſuos ſed tenetur illud relinquere, hos reſtituere.

506 Qui ſolo titulo ordinis, aut alio, qui non ſit beneficii, ſeu capellaniæ collativæ tenetur ad horas, non tenetur reſtituere; quia non percipit fructus ob onus officii. Nec qui eſt obligatus ad horas titulo beneficii, tenetur reſtituere, ſi horas omiſit ex invincibili ignorantia, bonâ fide, oblivione, juſto impedimento, aut ex alia cauſa ſine culpa; quia non debetur in conſcientia pœna, ubi non eſt culpa.

507 Qui caſu aliquo accidentali fructus non percipit, putà ob anni ſterilitatem, vel quia fures depopulati ſunt; item qui fructus pro penſione ſolvit, tenetur ad horas; quia voluntariè onus ſuſcepit. Mendo *n.* 39.

508 Penſionarius non tenetur ad horas; quia penſio non eſt beneficium, ſed jus percipiendi fructus ab eo, qui habet beneficium. Si verò penſionem percipiat ut Clericus, videlicet, non ob ſæculare obſequium, ſed titulo clericali, & ſpirituali, tenetur non ad Officium magnum, ſed ad parvum B. Mariæ, ſub onere reſtitutionis fructuum illius diei, Ordinis, ſit obligatus ad Officium magnum, non tenetur ad parvum B. Virginis, ſed ſatisfacit per ſolùm magnum; quia non præſumitur, quòd Pontifex voluerit illum alio gravare onere, ſed ſolùm quòd Clericus penſionarius non ſit liber ab orando.

509 Tunc dicitur habere penſionem, ut Clericus, quando, ut illam habeat, neceſſariò requiritur, ut ſit initiatus primâ tonſurâ. Poteſt autem penſio dari Clerico, aut Religioſo, non titulo Clericali, ſed alio titulo, ſicut & laico, ver. gr. ob merita, ſenectutem, inopiam, &c. & tunc non obligat ad Officium Virginis; quia non datur illi, ut Clerico.

510 Cardinalis tenetur ad horas ſtatim, ac ſcit ſe eſſe nominatum à Papa. Mendo *cit. n.* 43. quia eſt Caput illius Eccleſiæ, cujus habet titulum; unde ſicut Abbates, Priores, Decani, & ſimiles, qui ſunt Capita Eccleſiarum, eo ſolo titulo tenentur ad horas; ita ille. Tum quia Cardinalatus eſt beneficium majus habens titulum Eccleſiæ, inſuper fructus, & redditus.

DE

## DE DISTRIBUTIONIBUS.

Fuſè agit Leander *par. 6. tract. 8. diſp. 6.* ex quo.

511 Non poteſt quis ad Canonicatum promoveri, niſi intra annum valeat Ordine ſacro inſigniri: *v. tom. 3. n. 106.*

512 Canonici, & Præbendati diſtributiones lucrantur correſpondentes horis, quibus aſſiſtunt. Quando ſine legitima cauſa Choro deſunt, illas amittunt; & ſi accipiunt, reſtituere tenentur. Quæ ſunt aliis, qui interfuerunt, dividendæ: *v n. 465.*

513 Conceditur à Trid. *ſeſſ. 24. de refor. c. 12.* ut abſq; alia cauſa, quàm levaminis, poſſint à Choro per tres menſes abeſſe; qui tres menſes poſſunt eſſe continui, vel interrupti ad libitum, dummodò computentur cùm reſpectu ad totum annum. Quo tẽpore poſſunt lucrari fructus Canonicatui annexos, minimè diſtributiones, quia iſtæ Chori aſſiſtentiam expoſcant. Sac. Congr. Conc. apud Leandrum *par. 6. tr. 8. diſ. 6. q. 156. Qui abſentes ſunt recreationis cauſa, non lucrantur, niſi fructus Præbendarum, non autem diſtributiones quotidianas ſive ſint antiquæ ſive novæ, ex c 3. ſeſſ. 21. & 22. quæ ſunt diſtincta à præbendis.*

514 Si ultrà dictum tempus ſine legitima cauſa à Choro deſint, eos peccare mortaliter, niſi parvitas materiæ excuſet, puta per integram horam, aut niſi rarò, puta ter, aut quater in anno contingat, docet Leander *cit. q. 33 & ſeqq.* quia ex Jure Canonico, *d. n. 440.* adſtringuntur ad aſſiſtentiam Chori ſub pœna excommunicationis ferendæ, & depoſitionis. A mortali autem eos excuſant. Tambur. *lib. 2. in dec. c. 5. §. 4. n. 7.* & alii apud Leandrum *cit. q. 33.* dummodò animum habeant cedendi diſtributionibus tempore abſentiæ; & ſi deficerent in contemptum, aut contra præceptum Superioris; vel ſi ex eorum defectu, omitteretur officium in Eccleſia, aut non diceretur cùm ſolemnitate debita. Quia nullus adeſt textus, ex quo mortalis obligatio colligatur; *v. n. 176.* Cui accedit praxis multorum prudentum, qui nullum ſibi ſcrupulum faciunt: ita illi.

515 Si in Choro reperiantur duo, aut tres Canonici, excuſantur à canendo, minimè à recitando alta voce horas.

516 Si ſuam partem recitent, aut cantant ſubmiſſa voce, ut ab altero Choro non poſſint audiri, ſatisfaciunt præcepto Officii, minimè ſervitio Chori, & conſequenter non poſſunt diſtributiones lucrari. Quia B. Pius. V. *Conſtit.* 135. prohibet, dari diſtributiones intereſſenti, ſed non recitanti Officium publicè, ut fideles ad devotionem excitare poſſit; talis eſt, qui ſubmiſsè recitat.

517 Excipiuntur Eccleſiæ, ubi viget conſuetudo, quòd Canonici ſolùm ſint præſentes, & non cantent, niſi per Capellanos, & ſubſtitutos, uti ſunt omnes ferè Cathedrales Hiſpaniæ; quia conſuetudo poteſt derogare jus poſitivum: *ut à n 242.*

218 Si cantant Muſici, ſufficit ſervitio Chori, & pro diſtributionibus, aſſiſtentia perſonalis, etiam ſine attentione; at non ad ſatisfaciendum officio.

519 Non poſſunt Canonici diſtributiones lucrari, ſi per alium Choro aſſiſtant, niſi ubi legitima conſuetudo adſit: Si notabiliter confabulent, aut alias actiones attentioni externæ repugnantes exerceant.

520 Lucrari poſſunt, qui ſunt impediti legitima cauſa, quæ eſt triplex: Morbus, corporalis neceſſitas, aut evidens Eccleſiæ propriæ utilitas. Ex *c. unico de Clericis non reſidentibus 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## OB INFIRMITATEM

521 **L**Ucratur infirmus, ſi infirmitas ſit gravis, judicio prudentis. Quando eſt levis, ſed prudenter timetur, quòd ex acceſſu augeatur. Etiam ſi infirmitas ſit contracta ex propria culpa. Qui podagra laborat. Et Senex ſeptuagenarius.

Canonicus, ſi poſt beneficium obtentum fiat cæcus, poteſt abeſſe à Choro, & diſtributiones lucrari. Sac. Congr. Conc. *die* 11. *Auguſti* 1618. & 20. *Julii* 1629. Item docet de ſurdo. Diana *par.* 5. *tract.* 6. *reſ.* 14. contra Leandrum *par.* 6. *tract.* 8. *diſp.* 6. *q.* 49. qui negat de ſurdo, quia poteſt adeſſe Choro, & Declarationes Congreg. loquuntur de cæco.

522 Infirmus non lucratur, ſi ante infirmitatem non erat ſolitus aſſiſtere Choro; quia tunc infirmitas non eſt cauſa non intereſſendi Choro; nam ſi illa non eſſet, adhuc non intereſſet. Hic autem, ſi in ipſa infirmitate voluntate mutata, efficaciter proponeret aſſiſtere Choro infirmitate ceſſante, tunc poſſet diſtributiones lucrari, quia jam infirmitas eſſet vera cauſa non intereſſendi.

## OB CORPORALEM NECESSITATEM

523 **L**Ucratur Canonicus, ſi juſta corporali neceſſitate deeſt. Putà, ſi grave damnum prudenter timeat in vita, honore, aut fortuna. Si debeat medicinam ſumere, aut emittere ſanguinem. Si valetudinarius judicio medici domi ſe continet, aut cauſa mutationis aeris ad ſalutem recuperandam aliò ſe transfert. Si ſomno oppreſſus, attendere, aut recitare non valeat; quia non eſt in culpa, & æquivalet infirmo. Secùs, ſi ſomno nullo pacto reſiſtat, ſed acquieſcat. Qui tempore peſtis graſſantis aliò ſe confert. Qui nimis defatigatus à cantu, aliquantulùm ſe eximit, ut ſpiritus aſſumat. Qui injuſtè detinetur in carcere. Secùs, ſi juſtè, & delictum ſit probatum.

524 Injuſtè excommunicatus, & inde non aſſiſtens; ſecùs, ſi juſtè, etiamſi abſolutionem petat, & juſtè denegetur; quia *ex c. Paſtoralis*, §. *Verùm, de appell.* juſtè excommunicatus eſt ex vi juris ipſo facto, & ante judicis ſententiam, privatus tam fructibus beneficii, quàm diſtributionibus quotidianis. Niſi alicubi adſit conſuetudo lucrandi, uti dicitur eſſe in Hiſpania: *v. n.* 492. Lucratur autem, ſi ei abſolutionem petenti injuſtè denegetur, quia tunc non eſt in culpa quoad abſentiam à Choro.

525 Eadem pariter dicenda veniunt de Canonico, ſeu Præbendato ſuſpenſo à beneficio, vel interdicto à divinis Officiis, ſi ſit ſpecialiter ipſe interdictus. Lucratur verò, ſi interdictum ſit ſpeciale ſolius Eccleſiæ, & ipſe cauſam non dederit interdicto; quia tunc abſentia non eſt ei culpabilis. Si autem interdictum ſit generale, privatur diſtributionibus, ſi deſit, tam ſi cauſam dederit interdicto, quàm ſi non; quia ſi cauſam dedit, eſt in culpa; ſi cauſam non dedit, privatur, ſi deſit; quia tunc poteſt, & tenetur aſſiſtere Choro; tunc namque celebrari poſſunt divina, ſervatis conditionibus infrà de interdicto generali addiſcendis.

526 Tempore autem ceſſationis à divinis non lucratur, etiamſi ipſe cauſam non dederit; quia in hac datur ſpecialis prohibitio juris, quæ non datur in interdicto; nam Gregor. X. *in c. ſi Canonici*, §. *Scituri*, *de officio ordin. in* 6. *decrevit, quod qui cauſam dedit ceſſationi a divinis, debeat reſtituere Canonicis omne intereſſe, quod amittunt ex omiſſa aſſiſtentia divinis officiis*.

527 Non lucratur beneficiarius, ſi evadat irre-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

irregularis, & deſit; quia irregularitas non impedit celebrationem Officii divini, nec inde aſſiſtentiam; unde non privatur diſtributionibus. Quod eſt verum, etiam ſi fuerit irregularis ante beneficii collationem; quia irregularitas illicitat, non invalidat beneficii collationem. Diana, Caſtropal. & alii contra Bonac. & alios, qui volunt, quòd invalidet, & conſequenter privet.

528 Lucratur, ſi deſit tempore, quo polluta manet Eccleſia; quia non ſtat per ipſum.

## OB EVIDENTEM ECCLESIÆ PROPRIÆ UTILITATEM

529 Utilitas eſſe debet gravis, certa, & propriæ Eccleſiæ: non ſufficit levis, dubia, aut alterius Eccleſiæ. Sufficit, ſi ſit Eccleſiæ univerſalis, quia utilitas communis eſt propria cujuſque. Unde Bonac. in nova editione *diſp. 2. de Horis*, affert Declarationem Cardinalium: *Quòd ſi quis Beneficiarius abſit à propria Eccleſia ad impediendū, ne beneficiarii illius diœceſis onere tributorum graventur, tunc poſſit diſtributiones Eccleſiæ ſuæ recipere.* Hic applicanda ſunt dict. *n.* 522.

530 Canonicus, qui ſuum comitatur Epiſcopum, aut ab eo mittitur ad viſitanda ſuo nomine limina, lucratur; quia agit propriæ Eccleſiæ negotium, Pontificem inſtruendo de ejus ſtatu. Ex Conſt. 17. Sixti V. Non ſic Parochus, niſi viſitatio intra bimeſtre perficiatur; quia *ex decl. 5. Congr.* non poteſt Epiſcopus occupare Parochum ultrà bimeſtre.

531 Lucratur, qui ad Concilium mittitur tanquam Theologus, Procurator, &c. Qui à ſuo Capitulo ad Principem, &c. legatus mittitur. Qui tempore officii de mandato Capituli in computis, & rationibus Eccleſiæ faciendis, ſumendis, &c. occupatur. Canonicus, qui ſede vacante eſt electus Vicarius Capituli, & inde deſit; quia utilius eſt Eccleſiæ, quòd occupetur unus Capituli, quàm totum Capitulum. Secùs, ſi ſit electus Vicarius Epiſcopi; quia hic Epiſcopo, non Eccleſiæ ſervit; & ideò fructus percipere poteſt, non diſtributiones.

532 Lucratur, Archidiaconus viſitans Eccleſiam, jura, aut redditus ſuæ præbendæ quia tunc ſervit in re utili Eccleſiæ.

533 Non lucratur, qui abeſt cauſa voti adimplendi; qui tempore divinorum Officiorum detinetur ſua peccata confitēdo, ex ſua devotione Miſſam celebrando, niſi ei faveat conſuetudo; quia abeſt in ſui utilitatem. Lucratur verò, qui tunc celebrat de mandato ſuperioris in Eccleſiæ ſervitium.

534 Pœnitentiarius ad Confeſſiones deputatus, lucratur tam diſtributiones Chori, quàm alias, quæ extrà Chorum lucrari ſolent; putà ob Litanias, Proceſſiones, &c. dummodò in Eccleſia aſſiſtat, audiens, aut paratus confeſſiones audire. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 8.* quia tunc cenſetur præſens in Choro.

535 Canonicus Magiſtralis, aut Lectoralis, non lucratur diſtributiones correſpondentes diebus, quibus concionem, aut lectionem componit; quia *ex Decl. Sac. Congr.* tunc non dicitur abeſſe in ſervitium propriæ Eccleſiæ, niſi remotè. Lucratur verò ex gratia diſtributiones correſpondentes non ſolùm horis, quibus legit, aut concionatur, ſed omnibus horis illius diei; quia exercet actionem magis laborioſam, quàm alii præbendati, & quæ majorem præparationem expoſcit. *Decl. Sac. Cong. Conc.* apud Garciam. Non extenditur tamen hæc gratia ad horam Matutini diei ſequentis, quæ præcedenti die poſt Veſperas recitari ſolet. *Ex Decl. Sacr. Congreg.* apud Garciam, & Leandrum *cit. q.* 120.

536 Canonicus, qui ſimul curam animarum habet in alia Eccleſia intra, aut extra Civita-

vitatem, ſed intra diœceſim, tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſederit actu ſacramenta miniſtrans, aut alia, quæ ad ejus curam ſpectant, exercens, diſtributiones Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ lucratur, quia habetur tanquam ibi præſens, & adſens. Ex Trid. *ſeſſ.* 14. *de refor. c.* 3. Idem dicendum venit de Parocho.

537 Canonici Examinatores, aut ab Epiſcopo inſtituti adminiſtratores piorum locorum, Viſitatores Eccleſiarum diœceſis Vicarii foranei, Deputati Monaſteriorum, &c. fructus lucrantur, non diſtributiones; quia non ſunt occupati ſervitio propriæ Eccleſiæ, ſed Epiſcopi, aut diœceſis. Niſi illis faveat conſuetudo. Imò de examinatoribus extat. *Decl. S. Cong. Conc.* apud Leandrum *cit. q.* 127.

538 Canonici aſſiſtentes Epiſcopo ſolemniter in Cathedrali, aut in alia Eccleſia celebranti, lucrantur diſtributiones; ſecùs, ſi privatè celebret; niſi adſit conſuetudo.

539 Præbendati inſervientes Epiſcopo in officiis Capellani, Secretarii, &c. percipiunt fructus præbendæ, quæ habentur pro præſentibus, minimè diſtributiones; quia non ſunt occupati in utilitatem propriæ Eccleſiæ, ſed Epiſcopi. Ex *cap. de cætero. & cap. ad audientiam de Cler. non reſid.* Inſervientes pariter Pontifici acquirunt fructus. Ex *c. cum dilectus de Cler. non reſid.* ſed non diſtributiones niſi privilegium habeant.

540 Inſervientes verò legato Pontificis, Regi, Cardinali, &c. non ſolùm non lucrantur diſtributiones, ſed neq; fructus, ſi abſentia à propria Eccleſia excedat tres menſes: v. *nn.* 513.

541 Auditores Rotæ Romanæ acquirunt fructus, & diſtributiones ſuarum præbendarum in abſentia, ex conceſſione *Clement.* 7. *per Bullam, Convenit* 1525. Item Inquiſitores ex priv. Pauli III. & Pii V. quod ad alios Miniſtros, puta Fiſcales, Qualificatores, Conſultores, &c. ad favorem fidei extendunt. Caſtropal. & Trullench. apud Leandrum *cit. q.* 136. nam cauſa fidei eſt communis: *v. n.* 519. Gaudent hoc privilegio Inquiſitores, loquendo de beneficiis ſimplicibus, dignitatibus, & præbendis, minimè de beneficiis curatis. Ex Decl. S. Congr. apud Leandr. *cit. q.* 137.

542 Collectores generales Cameræ Apoſtolicæ, ejuſq; officiales, in abſentia lucrantur fructus, & diſtributiones, ex priv. Sixti V. 8. Maii 1590.

543 Docentes publicè in aliqua univerſitate, aut ſtudio generali Theologiam, lucrantur fructus in abſentia à propria Eccleſia ex *c. finali de Magiſtris*, minimè diſtributiones, ad differentiam Magiſtralis, aut doctoralis docentis in propria Eccleſia: ut *in n.* 535. Idem, ſi legat publicè Jus Canonicum; quia licèt textus loquatur de Theologia, extenditur ad Jus Canonicum, quoniam æquè prodeſt Eccleſiæ. Non ſic jus civile; hinc Canones ſtudium juris civilis Regularibus prohibent. Item lucrantur fructus, licèt non diſtributiones, ſi publicè grammaticam doceant; colligitur *ex c. Quia nonnullis de Magiſtris*; quia ad Theologiã, & Jus Canonicum eſt neceſſaria.

544 Non ſufficit, ſi legant in quolibet ſtudio particulari, ſed eſſe debet Univerſitas, ſeu ſtudium generale, ad hunc finem à Pontifice, aut ſupremo Principe erectum. Ex Decl. S. Congr. apud. Leandr. *cit. q.* 144.

545 Parochi, ſi legant uti ſupra Theologiam, aut Jus Canonicum, lucrantur fructus ſuorum beneficiorum, minimè, ſi grammaticam doceant. Ex Decl. S. Congr. apud Leandrum *cit. q.* 143.

546 Præbendati ſtudentes fructus præbendarum lucrantur, licèt non diſtributiones, ſi ſtudeant publicè Theologiæ, aut Juri Canonico in Univerſitate, aut ſtudio generali, ut

ſupra

ſupr.) & ibi ſtudentes majori parte anni commorentur, de licentia Ordinarii. Ex Declar. S. Congr. quia ad Ordinarium ſpectat examinare ſuper ætate, ſufficientia, an divinus cultus ob eorum abſentiam detrimentum patiatur, & alia à jure requiſita.

547 Aliter eſt dicendum de Parocho; nam ex Trid. 23. *de reform. c.* 2. non permittitur Epiſcopis concedere licentiam Parochis, ut à propria Eccleſia abſint ultrà bimeſtre, niſi ex gravi cauſa, qualis non eſt ſtudium in Parocho. Cui, accedit Decl. S. Congr. Conc. 22. Februarii 1590. quæ *Cenſuit, Parocho cauſa ſtudiorum non eſſe dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admittantur, niſi qui per concurſum magis idonei fuerint judicati.*

Præmiſſam licentiam concedere poteſt Epiſcopus Præbendatis, & beneficiariis non curatis, non niſi ad quinquennium, ex *c. finali de Magiſtris.* At eam extendere poſſe ad ſeptennium, tenet Leandr. *cit. q.* 153. ex alio poſteriori, *c. cum ex eo de elect. in* 6.

548 Si beneficium conſtat ex ſolis diſtributionibus quotidianis, abſentes ratione ſtudii eas lucrantur omnes, dempta tertia parte. Quia tunc diſtributiones illæ ſuccedunt loco fructuū. Ex Decl. Sac. C. apud Leand. *cit. q.* 154.

549 Deniq; Epiſcopus diſpenſare non poteſt, ut Præbendatus, aut Beneficiarius; qui abeſt recreationis cauſa, diſtributiones percipiat; quia talis perceptio eſt prohibita à Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 12.

De Horis Canonicis, Beneficiatis, & diſtributionibus, agunt Maſtrius *diſp.* 14. *à n.* 49. Diana *p.* 2. *tr.* 12. Joan. de la Crux. *pag.* 52. Bonac. *tom.* 1. *pag.* 586. Caſtropal. *tom.* 2. *tr.* 7. *diſp.* 2. & 3. Buſen. *l.* 4. *c.* 2. *d.* 2. Gobat. *tom.* 1. *tr.* 5. & maximè Leander *tom.* 6. *tr.* 8. Donatus *tom.* 3. *tr.* 18.

## CAPUT IV.

### DE SACRILEGIO.

550 Sacrilegium, *eſt læſio, ſeu violatio rei ſacræ.* Res ſacræ ſunt ea omnia, quæ ad cultum divinum ſunt deſtinata. Eſt triplex, perſonale, quo perſona ſacra; locale, quo locus ſacer; & reale, quo aliæ res ſacræ violantur.

### PERSONA SACRA

551 Eſt, *quæ per votum, aut ordinem ſacrum eſt Deo ſpecialiter dicata.* Tribus modis lædi poteſt: 1. per violentam manus injectionem: 2. per uſurpatam jurisdictionem, perſonas Eccleſiaſticas ad judicium ſæculare trahendo, vel iiſdem vectigalia imponendo: 3. per actionem veneream, ſive externam, ſive internam.

552 Probabile eſt, non eſſe opus in confeſſione aperire, an votum ſit ſolemne, vel ſimplex, quia non differunt ſpecie, ſed accidentaliter, ſecundùm magis, & minùs. Nec an duplici titulo perſona ſit ſacra, quòd ſcilicet ſit Sacerdos, & Religioſus, quia moraliter eſt una numero malitia. Unde ſufficit dicere; *Habui copulam cum habente votum caſtitatis.*

553 Religioſus, qui ſuis tactibus polluit ſæcularem, peccat contra caſtitatem, ſive propriam delectationem habeat, ſive non; quia voto aſtrictus, qui abutitur ſuis membris ad actum venereum, peccat contra propriam caſtitatem: talis eſt, qui tactibus ſuarum manuū alium polluit: liquet de muliere voto ligata, quæ ſi ſit ſuccuba fornicationi ſæcularis, etiam ſine propria delectatione, peccat contra propriam caſtitatem, quia abutitur membro ſuo ad actum venereum: *v. n.* 215.

## NOMINE LOCI SACRI

554 IN ordine ad effectum refugii, non ſolùm intelligitur Eccleſia cum ſuis Capellis, ſed etiam Sacriſtia, & totum Monaſterium; imò & totum Epiſcopi Palatium; quia ſumus in favorabilibus. In ordine verò ad effectum ſacrilegii, in homicidio, mutilatione humani ſeminis effuſione, & furto, venit ſola Eccleſia cum cœmeterio, minimè Sacriſtia, Monaſterium, Campanilia, & ſimilia; quia ſumus in odioſis. In ordine demùm ad pollutionem, ſeu violationem, venit locus ille, qui ſpectat ad Corpus interius Eccleſiæ, à tecto interiori uſq; ad pavimentum, & à parte interiori portæ Eccleſiæ uſque ad ultimam partem Aræ majoris, incluſis Choro, Capellis, & Organo, *v. à n. 568.*

555 Cœmeterium, quod eſt locus ab Eccleſia diſtinctus, ſingulariter benedictus, & deſtinatus ad ſepulturam fidelium, violatur; eo tamen violato, non violatur Eccleſia; unde ſufficit, ut ipſum reconcilietur; pollutâ autem Eccleſia, polluitur cœmeterium; quia principale non ſequitur acceſſorium, ſed è converſo.

## RES SACRÆ

556 SUnt plures: 1. Sacramenta: 2. Vaſa ſacra, Imagines, Reliquiæ Sanctorum, Sriptura Sacra, ſacræ cæremoniæ: 3. ornamenta Eccleſiæ, & miniſtrorum ejus: 4. bona temporalia Eccleſiaſtica in ſuſtentationem Eccleſiæ, & ejus miniſtrorum deputatai Adeóque, qui malè, & irriverenter contra ea ſe gerit, ſacrileginm committit.

557 Hinc reale ſacrilegium eſt, ſacramenti ſuſceptio, vel adminiſtratio in mortali, ſimonia, fractio ſigilli ſacramentalis, profanatio ſacrorum vaſorum, aut veſtium, ut ſi quis Calice in convivio utatur, aut ornamenta Altaris, & Sacerdotis in profanos uſus applicet. Sermo autem eſt de iis, quæ conſecrari, ac benedici ſolent; nam adhibere ad nuptias, ut communem uſum tapetia, candelabra, & ſimilia, quæ mediatè ſacro miniſterio inſerviunt, non eſt peccatum mortale, niſi fiat ex contemptu. Sacrilegium reale eſt ſuppreſſio piorum legatorum, vel jurium Eccleſiæ defraudatio, Peccatum contra votum eſt ſacrilegium, quia res Deo deſtinata violatur.

558 Sacrilegium non eſt peccare die feſto, niſi fiat ex contemptu; quia tempus extrinſecè ſe habet ad actiones.

## LOCUS SACER

559 QUatuor modis lædi poteſt. Primò per ſtrepitum forenſem, ut ſi quis negotiationes, ſeditiones, ſtabulationes equorum, mercaturam, aut ſimilia faciat in locis ſacris.

560 Secundò, læditur ſacrilegè per furtum tribus modis. Scilicet, quando quis furatur, 1. Sacrum de ſacro, hoc eſt rem ſacram, ut calicem, veſtem, & bona propria Eccleſiæ, in loco ſacro: 2. Sacrum de non ſacro; ſcilicet rem ſacram in loco non ſacro, nempè extra Eccleſiam: 3. Non ſacrum de ſacro; ſcilicet, rem profanam non ſacram, v. gr. pecuniam, aut aliam rem, quæ ſit Eccleſiæ, aut ejus cuſtodiæ tradita, depoſita, aut ei accommodata.

561 In his furtis ſacrilegium committitur, quia in his tantùm rei ſacræ, & loco ſacro injuria infertur, minimè in cæteris; quare ſi quis crumenam divitis, pecuniam Parochi, quam &ſi jure eccleſiaſtico, nomine tamen ſuo, non Eccleſiæ, poſſidet, furetur, ſacrilegium non committit, niſi fiant cùm notabili injuria loci ſacri.

562 Tertiò, læditur per pollutionem: *ut à n. 568.*

563 Quartò, per actus repugnantes ejus immunitati: *ut à n. 605.*

ECCLESIA CONSECRATA EXECRATUR,

564 SI parietes ſecundùm majorem partem ſimul deſtruantur, ſeu corruant; minimè, ſi deſtruantur ſucceſſivè, ut tandem Eccleſia tota reædificetur; quia tunc ſecundùm prudentum hominum exiſtimationem cenſetur eadem perſeverare; ſecùs, ſi tota ſimul, licèt poſteà reædificetur.

565 Nec execratur, ſi parietibus integris remanentibus, tectum, & alia opera lignea ruunt, aut comburantur; quia conſecratio magis principaliter parietibus ineſt; hinc in parietibus collocantur Cruces: *v. n. 585.*

566 Eccleſia verò benedicta non amittit benedictionem parietibus deſtructis; quia benedictio ineſt ſolo.

567 Si tamen deſtruatur, abſq; ſpe, ut reædificetur, eo ipſo amittit privilegia loco ſacro competentia.

ECCLESIA POLLUITUR,

568 PRimò, per injurioſam exuſtionem, nempè, ſi injurioſè fuerit exuſta igne. Ex Concil. Nicæno. Diana *par. 8. tr. 7. reſol. 93.*

569 Secundo, per ſepulturam excommunicati vitandi, aut infidelis, etiam infantis; minimè, ſi ſit filius parentis fidelis, licèt deceſſerit ſine baptiſmo; quia eſt pars hominis chriſtiani: conſuetudo tamen eſt, ut non ſepeliatur in Eccleſia.

570 Tertiò, per homicidium injurioſum aut mutilationem; unde injurioſa ſuffocatio, aut occiſio hominis facta in Eccleſia abſq; ſanguinis effuſione, polluit Eccleſiam.

571 Quartò, per violentam, & injurioſam ſanguinis humani notabilem effuſionem, quæ non ſit è naribus, aut dentibus, quia ſunt organum nimis facile ad emittendum ſanguinem.

Effuſio aliquarum guttarum, etiam injurioſa, non polluit, niſi occidat; quia effuſio abundantiam ſignificat.

572 Quintò, per copulam illicitam, aut humani ſeminis effuſionem, quæ ſit peccatum mortale, licèt non cadat in terram, dummodò ſit externa.

573 Per homicidium, effuſionem ſanguinis, & pollutionem violatur Eccleſia, etiamſi ſint occulta. Ex *cap ſignificaſti de adulteriis*, ubi præcipitur reconciliari Eccleſiam, in qua quidam adulterium ſecretùm commiſerat, poſteà à muliere publicatùm; quia non violatur Eccleſia, niſi per injuriam; adeóque, quando ſit injuria. Per hoc autem, quòd copula, ver. gr. occulta incipiat poſt dies octo impedire à ſacris, quando eſt facta publica, & indigeat tunc reconciliari, non priùs, non ſequitur, quòd priùs non fuerit violata; ſicut ex hoc, quod percuſſor occultus Clerici incipiat poſt dies octo vitari, quando percuſſio eſt facta publica, non ſequitur, quòd non fuerit priùs excommunicatus; ſicut igitur publicatio in hoc caſu non facit excommunicatum, ſed vitandum; ita in primò non facit Eccleſiam pollutam, ſed impeditam à ſacris, & reconciliandam Diana *par. 9. tr. 9. reſol. 5.* & Bonac. contra Tamb. *in Meth. Conf. l. 2. c. 7. §. 5. n. 35. & alios.*

574 Copula conjugalis, ſi fiat ex neceſſitate, ver. gr. ad vitandum periculum incontinentiæ conjugum, alium locum aptum non habentium, non polluit Eccleſiam; bene verò ſi fiat ſine neceſſitate, quia tunc eſt injurioſa, & ſacrilegium.

575 Si quis polluat violenter in Eccleſia adoleſcentem renitentem, & non conſentientem, violatur Eccleſia; quia licèt talis pollu-

tio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio non ſit voluntaria, & peccaminoſa adoleſcenti, eſt voluntaria, & peccaminoſa eam cauſanti, & inde eſt injurioſa Eccleſiæ.

576 Ut præfatæ actiones polluant Eccleſiam, requiritur injuria; hinc Eccleſiam non polluit, 1. Effuſio ſanguinis facta ob propriam defenſionem. 2. Facta caſualiter, aut ab infante, vel inſano; ſecus, ſi eorum ſanguinis effunderetur; quia licèt non poſſint facere, poſſunt pati injuriam. 3. Si vulnus fuit factum extra Eccleſiam, & percuſſus ingrediatur intus, & ibi effundatur ſanguis, aut moriatur; ſecùs, ſi vulnus fuit factum intus, & percuſſus ſit egreſſus extra, & ibi ſanguis effuſus; vel ductus ad domum poſt paucas horas moriatur; quia homicidium cenſetur factum in Eccleſia; nam injuria fit Eccleſiæ, quando datur cauſa phyſica effuſionis ſanguinis in Eccleſia. 4. Sectio violenta venæ in Eccleſia, ex qua copioſus ſanguis effluxit, ſi ex illa non ſequatur mors: Bene verò, ſi ſequatur mors. Ratio primi; quia vena eſt naturaliter copioſi ſanguinis emiſſiva: ratio ſecundi, quia tunc eſt homicidium.

577 Polluit Eccleſiam, 1. Reciſio digiti, non quia ſit mutilatio; nam digitus non eſt membrum, ſed pars; ratione tamen notabilis effuſionis ſanguinis. 2. Occiſio fidelis facta in Eccleſia ab hæretico ob fidem; quia licèt occiſio ſit martyrium, occiſori eſt peccatum, & ab eo eſt injuria facta, *actio diſplicicuit, paſſio grata fuit*. 3. Occiſio unius ex errore facta pro alio in Eccleſia; quia ratio formalis injuriæ deſumitur ex loco ſacro, & jam occiſio, aut vulneratio fuit intenta in loco ſacro; materialiter autem ſe habent individua, Petrus, & Paulus. Vide *ver. Homicidium caſuale*. 4. Si Petrus exiſtens extra Eccleſiam, rotam tormentariam immittat intra Eccleſiam, & ibi occidat hominem; quia motûs eſt extra, occiſio verò, & actio vulnerativa intra Eccleſiam.

578 Quintò. Si quis fuerit in Eccleſia verberatus, ita ut, quamvis non ſit effuſus ſanguis, fuerunt tamen ejus fracta oſſa, & contuſæ carnes, eſt violata Eccleſia, ſi intra breve tempus ſequatur mors, quia talis verberatio eſt homicidium. Secus, ſi non ſequatur mors.

579 Sextò. Si quis alium in ſubita, & inopinata rixa in Eccleſia occidit, violatur Eccleſia, quia ex hoc, quòd occiſio fuerit ſubita, & caſualis, non ſequitur, quin fuerit voluntaria, & inde injurioſa, ut potuerit ab occiſore impediri. *v. n.* 641.

## QUÆRES.

580 *Quidam Reus ſententiatus ad mortem fuit a miniſtris juſtitiæ intra Eccleſiam, ad quam aufugit, lethali vulnere occiſus, aut ſuffocatus. An: Eccleſia ſit violata?*

RESpondeo cùm diſtinctione: Vel enim talis occiſio, aut ſuffocatio fuit facta ex abrupto, & abſolutè à Miniſtris volentibus, aut jubente Judice. Et ſic Eccleſia violatur; quia licèt occiſio delinquentis per ſententiam Judicis facta ſit juſta, eſt tamen irreverens, & injurioſa loco ſacro, cùm ejus ſanctitati repugnet.

581 Vel evenit caſualiter, aut ob defenſionem vitæ ipſorum miniſtrorum quatenùs miniſtris conantibus eum capere (cùm non gaudeat immunitate, quod eſt omnino ſupponendum, ex *n.* 661.) inter tumultum, & motum, è latere unius miniſtri tormenti bellici caſu laxata rota fuit occiſus, vel quatenùs defendere ſe volens, ne capiatur, dum arma vertebat ad occidendum miniſtros, fuit ab altero eorum in defenſionem præventus, & occiſus. Et tunc Eccleſia non violatur; quia homicidium caſu, aut in defenſionem factum non eſt culpabile, nec injurioſum.

582 Nec polluitur Eccleſia, ſi tale homi-

cidium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cidium fuit voluntariè factum, quatenùs Reipublicæ perturbator aliter capi non poterat. Buſen. *lib.* 6. *tr.* 3. *c.* 3. *dub.* 4. *n.* 1.

583 Secundum autem dictum, de *num.* 581. difficulter poteſt habere locum in caſu ſuffocationis; quia dum Miniſtri ita eum capiunt, ut valeant ſuffocare, pariter valeant inermem reddere, ac extra Eccleſiam ducere; adeòque ſi eum intra Eccleſiam ſuffocent, excuſari non poſſunt ex capite propriæ defenſionis.

PLURA DE POLLUTIONE RESOLVUNTUR.

584 Pollutâ unâ Capellâ, aut Altari, polluitur Eccleſia, & è converſo; quia injuria, & pollutio, in quovis loco intra Eccleſiam eveniens, totam Eccleſiam, ejuſque cæmeterium contiguum afficit *vid. num.* 553.

585 Execratis verò Altaribus fixis, non execratur Eccleſia, nec è converſo. Buſen. *lib.* 6. *tr.* 3 *c.* 3. *dub.* 4. *num.* 1. quia inter benedictionem, ac pollutionem ex una parte, & execrationem, ac conſecrationem ex alia, hoc eſt diſcrimen, quòd per benedictionem, & pollutionem benedicitur, & polluitur totum, quod eſt intra Eccleſiam; & ideo pollutis Altaribus polluitur Eccleſia, & è converſo. Conſecratio verò Altarium fixorum, & Eccleſiæ eſt diſtincta, ita ut regulariter detur, quod Altaria fixa ſint conſecrata, non ſic Eccleſia; & ideo juſtum eſt, ut execratis Altaribus fixis, non execretur Eccleſia, nec è converſo.

586 Polluta per homicidium una ſepultura ſubterranea, polluitur Eccleſia; quia eſt pars Eccleſiæ, ac proindè facit unum cùm Eccleſia; nam nomine *Eccleſiæ*, venit *Vas intus continens loca ad ſacros uſus, & ad fidelium corpora humanda.*

587 Si verò ſubtus Eccleſiam cellula adſit ſepulturæ ſimilis, non tamen deſtinata ad fidelium ſepulturam, ſed ad ligna conſervanda, & alia pro uſu Eccleſiæ; talis cellula non erit capax pollutionis; quia non eſt locus ſacer, quantùm ad præſentem effectum, ex *nu.* 554. cùm non ſit locus deſtinatus ad uſus ſacros ſacrificii, aut ſepulturæ fidelium.

588 Item, ſi in aliqua Eccleſia adſint cellulæ intra concavum parietis à parte interna Eccleſiæ, tunc polluta cellula, polluitur Eccleſia; quia eſt pars Eccleſiæ. Si verò ſint diviſæ ab Eccleſia pariete lapideo, ligneo, &c. & ſolùm habeant crates intra parietem Eccleſiæ, ubi Confeſſiones excipiantur, uti eſſe ſolent in Eccleſiis Monialium; tunc talis cellulæ non ſunt capaces violationis, quia quoad effectum pollutionis, ex *n.* 554. non ſunt loca ſacra.

589 Si extet Eccleſia ex pluribus inadæquatis, & propè poſitis conſtructa, qualis eſſet Panormi Eccleſia D. Petri; ſi ejus tres Eccleſiæ inadæquatæ eſſent ſejunctæ, non columnis cementitiis, ſed parietibus, una polluta, non eſſent aliæ pollutæ. Ex *c. unic. de conſecr. in* 6. ubi dicitur; *Non unum, ſed plura cœmeteria eſſe noſcuntur, quæ quamvis ſibi cohærentia, pariete tamen medio ſejunguntur*; adeòque cùm dictæ Eccleſiæ ſint ſejunctæ parietibus mediis, non una, ſed plures Eccleſiæ cenſentur; ac proindè polluta una, non ſequitur, quòd polluantur aliæ. Nec impeditur talium Eccleſiarum pluralitas per hoc, quòd ex una in aliam detur aditus; quia verè ſunt diſtincta vaſa,

590 Idem ſequitur dicendum de Eccleſiis, quarum una eſt ſubtus aliam; ſunt namque ſejunctæ pariete medio, nempè fornice, qui quidem ſecundum faciem ſuperiorem eſt interior uni vaſi, reſpectu cujus habet rationem ſoli, & ſecundùm inferiorem eſt interior alteri vaſi, reſpectu cujus habet rationem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tecti, taliter ut ſit idem materialiter, diverſus formaliter ſecundùm formalem prudentum exiſtimationem in ordine ad conſtituendum diverſa vaſa.

## DE RECONCILIATIONE ECCLESIÆ.

591 Eccleſia polluta eſt reconcilianda. Si ſit benedicta, eam reconciliare poteſt ſimplex Sacerdos aqua à ſe benedicta, utendo formula Ritualis Romani.

592 Si ſit conſecrata [ qualis cenſetur, ſi conſtet ex fama publica, aliqua ſcriptura authentica, vel ſi celebretur feſtum Dedicationis, aut ſi adſint ſigna, ſeu Cruces conſuetæ affigi in Dedicatione ] tunc eſt reconcilianda ab Epiſcopo aqua per ipſum, cum ſale, vino, & cinere benedicta. Qui non poteſt eam facultatem ſimplici Sacerdoti, nec ſuo Vicario, qui non ſit Prælatus, delegare. Ex *cap. Aqua, de conſecr. Eccleſ.*

593 Prælati tamen Regulares, etiam locales, poſſunt proprias Eccleſias conſecratas in caſu pollutionis reconciliare, ex priv. Leonis X. Bulla 6. apud Rodr. Debent tamen adhibere aquam ab Epiſcopo proprio benedictam, ſi ille non diſtet per duas dietas, videlicet per quadraginta milliaria. Si verò ille ſic diſtet, uti poſſunt aqua ab ipſo Prælato regulari benedicta. Si Epiſcopus exiſtat intra diœceſim, diſtet tamen, ut ſuprà, à loco, ubi violatio accidit, cenſetur diſtans, licèt ſit ibi ejus Vicarius; 1. quia Vicarius non poteſt: ex *nu.* 592. 2. quia aliàs nunquam contingere poſſet caſus de uſu privilegii.

594 Eccleſia polluta non reconciliatur per ſacrificium ibi peractum. De Lugo *de Euch. d.* 20. *ſect.* 2. *num.* 62. contra Dianam *par.* 2. *tr.* 14. *reſ.* 69. & Tamb. *in meth. cel. Miſ. l.* 1. *c.* 1. §. 4. *n.* 5. Primò, quia ſi ſacrificium eſſet ſufficiens ad Eccleſiam pollutam conſecrandam, eſſet ſufficiens ad eam non conſecratam conſecrandam. Secundò, quia eſt jure præſcriptum, quòd ſi pollutio contingat incœpto Canone, ſed ante conſecrationem, Sacerdos debeat Miſſam proſequi, & perficere: ut *in tom.* 3. *n.* 320. & tamen Eccleſia non reconciliatur, ut decidunt Sacri Canones, licèt Sacrificium, & conſecratio fit poſt violationem. Tertio, quia in Eccleſia violata poteſt de licentia Epiſcopi in caſu neceſſitatis celebrari; & tamen praxis eſt, ut poſtea reconcilietur.

595 Non obſtat fundamentum opinionis oppoſitæ, quòd per ſacrificium nedum benedicuntur veſtes non benedictæ, ſed conſecrantur patena, & calix non conſecrata, in quibus ſacra unctio requiritur, quatenus ſacrificium æquivalenter, imò eminenter unctionem continet; nam ex ſacrificio non habetur ſacer ille contactus cum Eccleſia, qualis in veſtibus, patena, & calice.

596 Qui celebrat in Eccleſia polluta, antequam reconcilietur, nullam cenſuram, aut irregularitatem incurrit; quia nulla eſt expreſſa in jure.

597 Peccat tamen mortaliter, niſi excuſet neceſſitas; in caſu enim neceſſitatis, putà ſi die feſto non ſuppeteret populo alia Eccleſia, in qua poſſet Miſſam audire; vel ſi mane, quo in aliqua Eccleſia celebratur feſtum ſolemne, homicidium contingeret, tunc poſſet de licentia Epiſcopi ibi celebrari. Imò licentia non eſſet neceſſaria, ſi opportuno tempore ad Epiſcopum recurſus fieri non poſſet. Tamb. *cit. l.* 3. *c.* 6. §. 3. *n.* 1.

## QUÆRES I.

598 *Eccleſia fuit violata per ſepulturam excommunicati vitandi. Quid agendum?*

Dico, ejus corpus eſſe exhumandum, & extra Eccleſiam projiciendum, ſi tamen poſſit diſcerni; aliter eſſe tolerandum, ex c.

*ſacris*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſacris de ſepult.* & locus ipſe eſt reconciliandus, ut ſuprà.

599 Ipſi verò, qui ſcienter, & temerè hujuſmodi excommunicatos in Eccleſia, aut Cœmeterio ſepeliunt, ſunt ipſo facto excommunicati, *in Clem. Eos, qui lib. 3. tit. 7. de ſepultura* minimè ſi id faciant ignoranter, etiam ignorantia culpabili craſſa; quia jus ſcientiam, & præſumptionem expoſcit: *v. tom. 2. n. 473.*

## QUÆRES II.

600 *An hujuſmodi excommunicationem incurrant, nedum eum phyſicè ſepelientes, verum etiam mandantes, conſulentes, aut favorem dantes ad ſepeliendum?*

Negat Cajet. apud Donatum *tom. 4. tr. 9. q. 38. n. 6.* quia jus ſolùm loquitur de ſepelientibus, & cum ſit pœnale, non debet extendi ad caſus non expreſſos.

Reſp. affirmativè. Donatus *cit. n. 7.* Suarez *cum Gloſſa in Clem. 1. de ſepult. 1.* quia nomine ſepelientium, veniunt etiam mandantes, &c. nam cum ſint cauſæ influentes in actum ſepiliitionis, dicuntur ſepelire.

601 Secundò, quia aliàs lex pœnalis eſſet inutilis, & ludibrio expoſita. Eſſet inutilis; quia talis lex eſt edita, ut pœna ſpirituali terreat, & coerceat ab hujuſmodi exceſſu; qui non impediretur, ſi pœna ſolùm afficeret vilem miniſtrum, qui aliud non intendit, niſi mercedem ſui miniſterii, & non principales ipſos, qui id mandant, conſulunt, &c. quique de fulmine legis non curarent; imò illud deriderent, cum non eos feriret, & ità eſſet ludibrio. Unde ratio in oppoſitum eſt vera, quando finis legis non ruit, nec inutilis redditur.

602 Verum tamen eſt, non comprehendi eos, qui tantùm comitantur funus, cantant, luminaria deferunt, & ſimiles, atque illi, qui cadaver ſuis humeris ad Eccleſiam deferunt, ſi non deſerant ſepulturæ, nec operiant terra, aut mandent operire; quia non dicuntur ſepelire.

De ſacrilegio, pollutione, & reconciliatione, agunt Scotus *in 4. diſt. 17. quæſt. unm. lit. N.* Maſtrius *diſ. 11. nu. 35.* Bonac. *tom. 2. p. 225.* Jo. della Crux, *pag. 349. 369.* Tamb. *tom. 1. l. 2. cap. 6. §. 3. lib. 7. cap. 2. §. 1. & in Meth. celeb. Miſſ. lib. 1. & 3.* Buſemb. *lib. 3. tract. 1. cap. 2. d. 2.* Donatus *cit.* Port. Rodr. Miranda, *ſub tit. Benedictio, Eccleſia, Sacrilegium, Clericatus à cap. 26. ad 31.*

## IMMUNITAS ECCLESIASTICA.

603 E*St exemptio ab oneribus ſæcularibus.*
604 Eſt triplex, *Localis*, quæ Eccleſiis, & aliis locis Eccleſiaſticis competit, *Realis*, quæ rebus, ſeu bonis ad Eccleſiam, aut Clericos pertinentibus, & *Perſonalis*, quæ ipſis perſonis Eccleſiaſticis competit.

## IMMUNITAS LOCALIS

605 DUo continet jura. Primum eſt: *Jus immunitatis ab actionibus prophanis, & ſæcularibus, & loci ſanctitati repugnantibus*, quod eſt de jure non ſolùm Canonico, & civili, ſed etiam divino, ex pluribus Sac. Script. locis, maximè Marci 11. ubi Chriſtus: *Cœpit ejicere vendentes, & ementes in templo, &c. dicens eis: Nonnè ſcriptum eſt: quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.*

606 Hac immunitate gaudent Eccleſiæ conſecratæ, benedictæ, cœmeteria, & oratoria in ædibus privatis, aut agris, ab Epiſcopo ad divinum cultum deputata.

607 Actiones, quæ ibi prohibentur ſunt lites, & cauſæ ſæculares, maximè ſanguinis, & pœnæ corporalis, negotiationes, fœda colloquia, publica communitatum laicorum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

corum concilia, & de rebus temporalibus, ludi theatrales, prophani, Comœdiæ, *c. Cum decorem* 12. *de vita, & honeſt Cleric.* Convivia, & ſimilia, *cap. Non oportet* 5. *& cap. Nulli* 6. *diſt.* 42. Hinc, ſi aliquod judicium laicale, criminale, aut civile in Eccleſia agatur, nullum eſt, & invalidum, ex *cap. Decret.* 2. *de Eccl. immunit. in* 6.

Inſuper Eccleſia non debet incaſtellari ad offenſam; poteſt verò ad defenſam, ut boni defendantur à malis. Hinc non peccant, qui tempore hoſtilitatis, non valentes alia via ſe tutos reddere, ad Eccleſias confugiunt, & ibi fortificantur. Alarius *pag.* 201. *num.* 15. *v. num.* 611.

608 Secundum eſt: *Jus aſyli, & refugii*, quo gaudent loca ſacra, ut rei ad ea confugientes, non poſſint per vim extrahi.

## IMMUNITAS ASYLI, ET REFUGII

609 ESt ſolùm de jure humano, Canonico, & civili, maximè ex toto *tit. de his, qui fugiunt ad Eccleſiam.* Eſt enim hic ſermo de Immunitate Eccleſiaſtica, & Canonica, minimè de Politica, & Civili, qua gaudent Palatia Principum, & Oratorum, juxtà conſuetudinem Regionum.

## LOCA, QUÆ GAUDENT

610 SUnt Eccleſiæ omnes, auctoritate Epiſcopi conſtructæ, etiam ſi non ſit ibi Euchariſtia, & ſi non ſint perfectæ, ſed inceptæ, violatæ, interdictæ, dirutæ, ſed cum ſpe reædificationis, Cœmeteria, Monaſteria Religioſorum, & dictorum ſacrorum locorum, Sacriſtiæ, tecta, campanilia, horti, viridaria, infirmariæ, portæ, ſcalæ, & ſimilia loca, locis ſacris contigua: *ut in num.* 554.

611 Gaudent infirmaria Religioſorum ſejunctæ; & granciæ, ſeu hoſpitia, in quibus ſervatur Clauſura; quia ſunt loca religioſa, & veluti parvi Conventus, & Monaſterii membra; Capellæ rurales Religioſorum, Minimè Villæ, quas detinent recreationis cauſa, & domus, in quibus ad tempus morantur, & non ſervatur Clauſura, etiam ſi Eccleſiam vicinam, ubi celebrent, habeant.

Eccleſia tempore belli incaſtellata ad offenſam non gaudet. Alarius. *pag.* 200. *n.* 9.

612 Gaudent Palatia Epiſcoporum, ex Concil. Aurel. *in cap. Id conſtituimus* 17. 4. quæ immunitas eſt conceſſa dignitati Epiſcopali; nam ibi nulla fit diſtinctio de Palatiis ſitis intra, vel extra quadraginta paſſus ab Eccleſia, nec de habentibus Oratorium, nec de Epiſcopis tutelaribus. Quod eſt verum, etiam ſi Epiſcopus ſit mortuus, aut abſens. At de Epiſcopis extra diœceſim, aut Titularibus, attendenda eſt conſuetudo. Quæ extat pro Palatio Archiepiſcopi Montis Regalis Panormi ſito, quod gaudet, & ritè; quia licèt Panormi ſitum, ex pervetuſta conſuetudine ſervat jura Montis Regalis, annexum habet Oratorium publicum, ubi ſacra peragi, & Sacri Ordines conferri ſolent.

613 Maximè attendenda eſt conſuetudo pro Palatio Prælati inferioris, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis; quia dictum caput loquitur de Palatio Epiſcopi. Fagnanus *lib.* 3. *cap. Eccleſiæ, de immun. num.* 45. Qui refert *deciſ. Sac. Congr. Immun.* 6. *Novemb.* 1634. qua ad favorem Archimandritæ Meſſanenſis, tria deciſa fuerunt: 1. *Palatium Archimandritale, etiam conductitium, non fixum, & habens Eccleſiam conjunctam in Civitate Meſſanenſi, gaudere immunitate Eccleſiaſtica, ſtante legitima conſuetudine:* 2. *Familiares Archimandritæ gaudere privilegio fori, ſtante etiam conſuetudine:* 3. *Archimandritam in Civitate Meſſana degentem poſſe Magiſtratus coercere cenſuris ob ſuam juriſdictionem turbatam.* Et die 27. Martii

1645. *eadem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1645. *eadem die S. Congr. Immun. ſtetis. in deciſi.*

614. Palatia Cardinalium extra Urbem gaudent ex ſimilitudine cum Palatiis Epiſcoporum. At non gaudent in Urbe; quia hoc privilegium ab eis abſtulerunt Greg. XIII. & Sixtus V. ſolùm pro Urbe.

615. Gaudent loca habitata per Clericos ſæculares, ad inſtar Religioſorum viventium, uti ſunt Patres Oratorii Sancti Philippi Nerii, Seminaria Clericorum, Eremitoria, Domus Orphanorum, Puellarum reparatarum, Malenuptarum, &c. Et Hoſpitalia. Hæc ſunt loca Religioſa, & ut gaudeant, requirunt, quòd ſint authoritate Epiſcopi fundata.

616 Collegium de propaganda fide gaudet, quia eſt authoritate Pontificiâ erectum.

617 Non gaudent Campanilia ab Eccleſiis ſeparata, niſi ſint intra triginta paſſus. Ex Declar. S. C. 7. Decemb. 1632.

Nec domus Canonicorum, niſi ſint intra Eccleſiæ ſepta, videlicet in ejus atrio, & porta communi clauſa, uti Panormi ſunt domus Parochi in atrio Eccleſiæ S. Antonii, quæ clauduntur porta communi Eccleſiæ. De domibus verò Canonicorum, & Parochorum Eccleſiæ contiguis, & intra triginta paſſus ſitis, gaudere docet Diana *par. 6. tr. 1. reſ. 2.* At Tancredi *tom. 3. tr. 1. lib. 4. q. 3. nu. 19.* ait, ſtandum eſſe conſuetudini, quam (ſubdit) nullibi fortè vigere.

618 Non gaudent Oratoria privata, quæ in domibus nobilium ſolent extare, quamvis in eis celebretur.

619 Gaudent verò Oratoria publica, authoritate Epiſcopi erecta: *Oratorium publicum eſt*, quod januam expoſita pro omnibus habet, & Campanam ſupra tectum, quæ publicè pulſatur, ad convocandum fideles ad divina peragenda, aut ad ſacrum in ea audiendum; hujuſmodi ſunt Oratoria Confraternitatum, & plura Oratoria in agris, quorum plura ſolent eſſe conſtructa parietibus viciniis, ſed aliquantulùm diſſitis à parietibus domorum ſæcularium. At Tamb. *in meth. Miſ. l. 1. c. 6. §. 2. n. 5.* tenet, Oratorium publicum eſſe illud: *In quo eſt janua expoſita, affixa domui alicujus ſecularis, ſi adſit alia janua expoſita pro omnibus.*

620 Parietes quoad ſuperficiem extrinſecam gaudere docet Diana *p. 6. tr. 1. reſ. 3.* ità ut ad Eccleſiam confugientes, gaudeant, ſi parietes Eccleſiæ extrinſecus tangant. At ritè negat Tancredi *cit. à num. 8.* quia ampliatio privilegii non eſt extendenda ultra verborum proprietatem; jura autem requirunt, quòd ſit in Eccleſia, ſeu in loco ſacro, à quo volunt non poſſe extrahi; in Eccleſia verò dicitur eſſe, qui eſt ſupra tectum, at non qui de foris, & extrinſecùs parietes Eccleſiæ tangit.

621 Item in Eccleſia diceretur eſſe, ac proindè immunitate gauderet, qui in tali loco, & ſitu eſſet, ut circumdaretur muris fundamentalibus Eccleſiæ, minimè, qui pedes extra muros fundamentales haberet, quamvis ſub aliqua concavitate extra muros protendentes ſiſteret. In Eccleſia tamen cenſeretur eſſe, & inde gauderet, quia Eccleſiæ portam, aut vectes apprehenderet.

622 Gaudet Sacerdos deferens Oleum Sanctum, aut Euchariſtiam infirmis, & qui cum Cotta, & Stola poſt Crucem ad mortuum ſepeliendum incedit.

623 Gaudet, qui ad Sacerdotem confugit Euchariſtiam deferentem. Qui cum aliis ſe immiſcet, & per viam Sacramentum aſſociat. Qui cubiculum infirmi, ubi eſt Sanctiſſimnm, intrat. Quod Tancredi extendit ad intrantem domum, ubi eſt Sanctiſſimum, licèt non ſit ingreſſus cubiculum. Nam Sanctiſſimum eſt principalis ratio, cur Eccleſiis ſit conceſſa immunitas.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

624 Imò Tancred.*t.3.lib.4.diſp.8.q.4.n.5.* addit: *Audeo dicere, non abſonum videri, quod etiam in caſibus exceptis à Greg. debeat gaudere immunitate reus, qui ad Sacram Eucha-riſtiam immediatus confugeret, ver. gr. illam geſtando, ſi eſſet Sacerdos, vel Sacerdotem geſtantem tenendo; quia non debet Chriſtiana pietas gentilium ſuperſtitioni cedere; cum hi putarint graviſſimum Lucii Syllæ ſcelus extrahentis Ariſtonem reum Læſæ Majeſtatis à Minervæ ſtatua, quò confugerat, & ob id de feliciſſimo infelicem vitam ſemper duxiſſe, ut refert Pauſanias in Acticis. Ratio eſt, quia tantùm jura, & Greg. loquuntur de immunitate Eccleſiarum, non autem hunc caſum exprimunt; ſed reverentia tanto debita Sacramento dictat, cũ rariſſimè contingat caſus.* Et quidem leges diſponere ſolent ſuper iis, quæ regulariter contingunt: *v.n.*643.

625 Denique Palatium Dominorum Inquiſitorum, ubi cauſæ fidei peraguntur, immunitate gaudet, non minùs, imò potiori ratione, quàm Palatia Epiſcoporum, & reliqua loca: *à n.*611.*ad* 615.*relata.*

626 Non obſtat, quòd non ſit expreſſum in Bulla Greg. XIV. Quia Bulla Greg. XIV. *Cum alias* 23. *Maii* 1591. reverà hæc exprimit loca: *Eccleſias, Monaſteria, Sacella, domus regulares, & ſæculares, loca ve ſacra, aut religioſa.*

Loca ſacra dicuntur ea, quæ ſunt deſtinata ad Sacrificium, & uſus ſacros, aut ad ſepulturam fidelium: hujuſmodi ſunt Eccleſiæ, & Cœmeteria, quæq; ad uſus prophanos redire non poſſunt. Loca Religioſa dicuntur ea, quæ ſunt deſtinata ad actus pietatis, & Religionis: ut *in n.*611.*&* 615.

627 Greg. autem dicta exprimens, nil diſponit de locis, ſed ea ſupponit juxtà jus commune, & ſolùm diſponit de caſibus, aſſignando numerum exceptorum, & de modo extrahendi reos, & judicandi in caſibus exceptis; loca verò, perſonas, & alias circumſtantias reliquit conformiter ad jus commune. Tancr. *tom.3.tr.1.lib.4.diſp.*8.*q.*4.

628 Cauſa enim motiva, & finis emanationis Bullæ, [ ut eam perlegenti conſtabit ] fuit extirpare abſurda, & ſcandala, quæ in præjudicium locorum Sacrorum, ac Religioſorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, ſequebantur, ex pluribus indultis à Sixto V. & Pio V. conceſſis quibuſdam Principibus, extrahendi reos ab Eccleſiis, ſuper aliquibus caſibus, eis à jure non permiſſis, ex quibus indultis ſæpè ortum fuit, ( ſunt verba Bullæ )

629 *Ut infimæ interdum conditionis Laici, non modò juris, ſed etiam litterarum penitùs ignari, & imperiti, dum quaſi poteſtates, aut Miniſtri Curiæ ſæcularis in aliquo Caſtro, aut Oppidulo juriſdictionem exercebant, facultatum, & indultorum hujuſmodi limites longè exceſſerint, eaq; ſuo arbitratu in ſenſus minùs rectos, & ab intentione concedentis omninò alienos detorſerint, & illorum prætextu, quidquid ſibi in mentem venit, attentare præſumpſerint, in grave juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ præjudicium, locorum, & perſonarum divino cultui dedicatarum contemptum, ipſius divinæ Majeſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorũ.*

630 Quare numerum caſuum exceptorum præſcribit, inſuper modum tradit extrahendi reos, & judicandi in caſibus exceptis.

631 Quantùm verò ad loca, & perſonas Eccleſiaſticas, nil novi diſponit, & nil loquitur limitando, ſed favendo, ac eorum immunitatem impræjudicatam volens perſeverare, in ſuo robore jus commune relinquendo. Quod ulteriùs conſtat. Primò, quia non exprimit in ſpecie loca ſacra, & Religioſa, ſed utitur particula generali: *loca ſacra aut Religioſa, Perſonæ divino cultui dedicatæ.* Secundò, liquet ex verbis Bullæ, ut ſequitur: *Sicuti etiam prohibemus, ne contra Eccleſiaſticas per-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*perſonas, ſeculares, aut cujuſvis Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Ioannis Hieroſolymitani Regulares, quoquomodò, etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos juris communis per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant.*

632 Quibus præmiſſis, ſic ſolidum [ meo videri ] efformo diſcurſum: Palatium Epiſcopi, Collegium de propaganda fide, [ dicam plus ] Seminarium Clericorum, domus orphanorum, Puellarum reparatarum, item & malè nuptarum, non ſunt expreſſa in Bulla Greg. & tamen ex *n.* 611. *ad* 615. gaudent immunitate, ut docet communis cum citandis Doctoribus, non alia ratione, niſi quia ſunt authoritate Pontificis, aut Epiſcopi erecta, & loca ſacra, aut Religioſa, ad opera pietatis, ac Religionis deſtinata. Ita Palatium Dominorum Inquiſitorum, ubi cauſæ fidei peraguntur, quamvis non ſint expreſſum in Bulla Gregor. immunitate gaudet; quia eſt erectum authoritate Pontificis.

633 Et potiori jure, quia loca recenſita ſunt loca Religioſa, in quantum ſunt deſtinata, ut in eis conſerventur à lapſu puellæ, ut in eis in ſacris, & humanis literis, ac bonis moribus, ad alios inſtruendos exerceantur ſtudentes: Ità à fortiori locus Religioſus quoad effectus refugii erit Dominorum Inquiſitorum Palatium, in quo majora Pietatis, & Religionis opera exercentur: in quo cauſæ fidei, cauſæ Dei adjudicantur, in bonum commune totius chriſtianæ Reipublicæ: In quo errores contra fidem, & bonos mores extirpantur; & Chriſtiana Religio immunis ab omni hæreſis labe ſervatur. Adeóque potiori jure, quàm recenſita loca, immunitate gaudet.

634 Inſuper Greg. loca ſacra, aut Religioſa non expreſſit in ſpecie, ſed per particulam generalem, *loca ſacra, aut Religioſa*; adeóque voluit omnes comprehendere ſpecies, & nullam excludere, & conſequenter comprehendere voluit non ſolùm recenſita loca, verùm etiam Dominorum Inquiſitorum Palatium, ubi cauſæ fidei peraguntur, uti locum ſacrum, & Religioſum, quoniam *ſub genere continentur ſpecies.*

635 Adde, quòd ſicut hoc privilegium Palatiis Epiſcoporum competit ratione dignitatis, etiam ſi Oratoria non habeant: ut *in nu.* 612. Ità competere debet Dominorum Inquiſitorum Palatio, ratione dignitatis quaſi Epiſcopalis, imò quantum ad cauſas fidei majoris, cum ſint delegati Sedis Apoſtolicæ, ordinariam poteſtatem habentes, eam namque habent ad univerſitatem cauſarum. Eò maximè quia eorum Palatium Oratorium publicum habet, in quantum in eo præcepto auditionis ſacri ſatisfaciunt, nedum Sancti Officii Miniſtri, verùm etiam cæteri fideles.

636 His accedit Panormi pervetuſta conſuetudo, qua Rei ab initio fundationis Palatii, ad illud confugientes, refugio lætati ſunt; quia tamen eorum mora non ſolet eſſe opportuna in Palatio, Dominorum Inquiſitorum mos fuit, eos in Palatio refugiatos, in aliquam Eccleſiam, & in manibus Ordinarii remittere, in quantum ad illum ſpectat immunitatis cuſtodia, & judicium, juxta diſpoſitionem Greg. XIV. ex *n.* 690.

637 Et quamvis hæc conſuetudo, ſeptuaginta ab hinc annis videri poſſit aliquando interrupta, interruptio favet; nam licèt Rei, qui ad Palatium confugerunt, fuerint aliquando vi extracti, Domini tamen Inquiſitores reclamaverunt, etiam per monitoria, ac cenſuras, atque etiam Rei fuerunt ad eundem locum, ut ad locum refugii, reſtituti, & ſic reſtitutos idem Domini Inquiſitores (*uti ſuprà num.* 636.) in aliquam Eccleſiam in manibus Ordinarii remiſere.

CASUS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CASUS EXCEPTI,

638 IN quibus non ſuffragatur immunitas Eccleſiaſtica Reis, à Greg. XIV. præſcripti, ſunt ſeptem.

639 Primò, *Publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores inſidiis aggrediuntur.*

Publici latrones ſunt, *qui palam, & publicè furantur, ut ſunt piratæ, qui publicè ſtant in ſtratis, vel qui arcem habent, aut Caſtrum, & dirobant homines tranſeuntes.* Abbas. Tales publicos latrones, & viarum graſſatores, occidere licet ſinè peccato, & pœna, non tamen ſinè irregularitate, niſi pro neceſſaria vitæ defenſione. Ex *cap. Cum homo* 23. *quæſt.* 5. Fagnanus *in lib.* 3. *cap. Inter alia, de immunitate: vid. tom.* 2. *pag.* 12. *num.* 63.

Hic continentur, qui ſæpè, aut pluries furati ſunt, minimè, qui ſemel, aut bis, vel pluries effectu non ſecuto. Comprehenduntur captivantes homines ad eos componendos, ſi id publicè faciant, non ſecretò. Tancredi *cit. quæſt.* 5. *num.* 11. vult eos non gaudere, ſi in aliquo loco, etiam in Eccleſia, ſecretò, ſed ſtudiosè morantes, illuc tranſeuntes, vel dolo adductos componerent; quia æquivalent publicis latronibus, & graſſatoribus, qui publicas ſtratas obſident.

640 Secundò. *Depopulatores agrorum*, Videlicet: Incendiarii ſegetum, aut frugum agrorum. Sufficit, quòd delictum ſit occultum, dummodò conſtet. Unde excluduntur alii incendiarii etiam immaniores, ver. gr. domorum, portarum Eccleſiæ, &c. ex *num.* 661.

641. Tertiò, *Homicidiarii, & Mutilatores in Eccleſia, aut ejus Cœmeterio.* Requiritur effectus ſecutus, puta mors, & abſciſſio membri. Vide *dicta de irregular. ex mutilatione.* Non ſuffragatur, ſi ſit ex ſubita rixa; quia in Bulla non fit hæc exceptio. Tancred. *cit. num.* 15. contra Dianam *par.* 1. *reſ.* 11. & *par.* 6. *reſ.* 7. *de immun. v. num.* 579.

642 Non comprehenduntur in caſu excepto. 1. Qui in Eccleſia vulnerant, ſed non occidunt, nec mutilant. 2. Qui occidit eum, qui extra Eccleſiam peccata ſua confitetur. 3. Qui occidit in porticu, ſcala, tecto, aut ſimili loco Eccleſiæ; quia cum ſimus in odioſis, dicta loca non veniunt nomine Eccleſiæ: ex *num.* 554. Et Bulla per illam particulam, *in Eccleſiis, earumve Cœmeteriis*, expoſcit pro excluſione, quòd delictum ſit commiſſum intùs Eccleſiam. 4. Qui ab Eccleſia ictum emiſit, ſed hominem extra exiſtentem occidit. Comprehenditur autem, qui è contra extra exiſtens ictum intra Eccleſiam emittit, & ibi occidit. 5. Non comprehenditur, qui inimicum ab Eccleſia, vi, aut dolo extrahit, & foris occidit. 6. Mandans, aut conſulens homicidium in Eccleſia. Tancr. *cit. n.* 19. Caſtrop. Bonac. & Diana, apud ipſum, contra alios; quia cum ſimus in odioſis, videlicet contra privilegium immunitatis Eccleſiæ, verba Bullæ excipientis accipienda ſunt in propria ſignificatione; mandans autem, aut conſulens homicidium, non dicitur occidere, niſi ex juris interpetratione: *v. nu.* 650.

643 Eadem ratione, in caſu excepto non comprehendi eum, qui ſe ipſum in Eccleſia mutilat. tenet Tancr. *cit.* quia hic caſus non videtur in Bulla comprehendi; nam lex non attendit ad ea, quæ rarò contingunt: ut *in nu.* 624. Et qui ſe ipſum mutilat, non punitur pœna ordinaria: *v. num.* 661.

644 Quartò. *Qui proditoriè proximum occiderint.* Proditor propriè eſt, qui alium occidit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cidit ſimulata amicitia; per inſidias, nullo præcedente rancore, aut inimicitia, quam occiſus præcavere poterat.

Nomine *proximi*, venit etiam infidelis: ex *n.* 290. quem ex præcepto divino tenemur diligere: *n.* 289. & 405.

645 Qui inimicum incautum, aut à tergo, vel dormientem occidit, non eſt proditor, ſed potiùs traditor; unde non excipitur: *v. n.* 665.

646 Proditor eſt, & inde excipitur, qui ſub ſpecie amicitiæ potum, aut cibum offerens, aut miniſtrans, venenum præbet, & occidit. Ex Decl. S. C. 3. Dec. 1632. apud Dianam *p.* 6. *tr.* 1. *de immunit. reſ.* 12.

647 Proditor eſt, & inde excipitur, qui inimicum per inſidias occidit, poſt fidejuſſionem datam de illo non occidendo, aut poſt reconciliationem factam per oſculum, tactus manuum, per comeſtionem ſimul datâ operâ, per munera, aut litteras familiares ſibi mutuò miſſas, aut per familiaritatem inter ſe habitam; quia ille poſt reconciliationem erat tutus, & præcavere non poterat. Tancr. *cit. n.* 11. contra Dianam *par.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 34. dicentem, quòd inimicus reconciliatus ſemper ſit inimicus; cujus opinio ſuâ probabilitate non caret, maximè cum pro ea ſtet illud Eccleſ. 12. *Non credas inimico tuo in æternum, &c. In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat te in foveam.*

Hi tamen, qui volunt ad proditorium requiri, quòd non præceſſerit rancor, & inimicitia, expoſcunt, quòd rancor talis eſſe debeat, quo quis poſſit prudenter dubitare, quòd alius ſit paratus mortem inferre. Unde docent, à proditorio non excuſare, ſi rancor ſit levis, qualis inter amiciſſimos ſæpe ſolet contingere.

648 Proditor eſt, & inde excipitur, qui puerum munuſculis allicit, & poſteà occidit, & abſolutè, qui aliorum pueros occidit; quia verè occidit hominem omnino incautum, qui præcavere non poterat, quique eſt inimicitiæ incapax.

649 Eadem ratione idem docet Tancr. *cit. n.* 23. de procurante abortum fætûs animati, effectu ſecuto. Contra Dianam *p.* 3. *reſ.* 72.

650 Non excipitur à Greg. mandans, aut conſulens; quia tantùm moraliter, ex juris interpretatione, ſeu hominum exiſtimatione dicitur occidere, minimè phyſicè, & ex natura rei: *v. n.* 642.

651 Non excipiuntur aſſociantes, etiam ſi verbis occidere volentem animoſiorem reddant, dummodo nil phyſicè præſtent, nec impediant, quòd occidendus ſe defendat; quia occiſor eſt potens, & ipſi non faciunt unum cum occiſore.

652 Si verò omnes ex compacto proditoriè aggrediantur, quamvis unus ab aliis ſe elongans occidat, omnes ſunt proditores. Similiter, ſi plures conveniant, & ſub colore amicitiæ occidant, quamvis unus ſolus ictum infligat, & alii excubias faciant, aut defenſorum acceſſum impediant, omnes ſunt proditoriè occiſores, & à Gregor. excipiuntur; quia ſtante compacto omnes aggrediuntur, phyſicè adjuvant, faciunt unum cum occiſore, atque inde verè, & phyſicè, non ſola juris fictione, occiſores dicũtur. Ad differentiam eorum, qui non ex compacto, ſed ex rixa digladiant; tunc namque ſolus, qui ictum dedit, dicitur occiſor, & pœnâ ordinariâ punitur.

Hinc à Gregor. excipitur, qui adjuvat, tenendo occidendum, ei timorem ſtricto gladio incutiendo, aut ne ſe defendat impediendo.

653 Non excipitur autem, ſed gaudet, qui arma præbet volenti proditoriè occidere; quia valde remotè concurrit. Tancr. *cit. num.* 25.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

654 Quintò, *Aſſaſſini*. Aſſaſſinus eſt, qui aliquem pecuniâ, aut alio pretio æſtimabili conducit ad alium occidendum, & qui ſic conductus alium incautum occidit. Unde aſſaſſinus eſt non ſolùm mandans, ſed etiam mandatarius. Com. contra aliquos. Sufficit, quòd pretium ſit acceptatum, licèt non datum. Requiritur autem, quòd ſit datum pro occiſione; ſecus, ſi pro expenſis itineris, armorum, &c. Et quòd mors ſit ſequuta.

Aſſaſſinium eſt, ſi mandans promittat mandatario officium aliquod intercedere, ſi adſit moralis certitudo conſecutionis. Tancr. *cit. num.* 36. contra Dianam; quia parum refert, quòd pendeat ab alterius voluntate, dum eſt res pretio æſtimabilis.

655 Aſſaſſini ſunt adjuvantes principalem aſſaſſinum, etiam ſi mercedem non acceperint; quia faciunt unum cum illo: *ut in num.* 652.

656 Aſſaſſinus non erit, qui alium incautum occidit, ex precibus, aut ſolo alterius mandato, nullo intercedente pretio: Vel ut ei gratum faciat, aut ſpe lucri.

Mediator non eſt aſſaſſinus.

657 Sextò, *Hæreſis rei*, ſunt hæretici formales, aut vehementer ſuſpecti de hæreſi, Hi tamen, ſi ob alia delicta non excepta ad Eccleſiam confugiant, immunitate gaudent quantùm ad illa: ex *num.* 661.

Qui furatur pixidem cum particulis conſecratis, non gaudet immunitate; quia hoc delictum ſapit ſpeciem hæreſis: *v. n.* 672.

658 Septimò, *Læſæ Majeſtatis in perſonam Principis rei.* Nomine Principis veniunt Principes Supremi, putà Reges, & alii, qui in temporalibus alium ſuperiorem non agnoſcunt, ut plures Italiæ Principes; minimè purè titulati.

659 Peregrinus apud Dianam vult venire Cardinales; quia computantur inter Reges contra Farinacium.

660 Non veniunt Proreges, fratres, & uxores Regum, niſi ſint Reginæ in capite, puta ex morte Regis, ſeu ſucceſſione.

661 Hi ſunt caſus excepti. Quamvis autem per jus civile alii ſint excepti, puta homicidæ, adulteri, raptores virginum, &c. de illis non eſt curandum; quia jus civile eſt correctum per Jus Canonicum; unde ſolùm ſtandum eſt caſibus per ſacros Canones exceptis, qui ſunt taxati ſeptem, quos Greg. XIV. in ſua Bulla exprimere voluit, ad excluſionem caſuum à jure civili, vel conſuetudine, & quovis uſu in contrarium exceptorum; expreſsè prohibens, ut non poſſit fieri extenſio ad alios excipiendos caſus, *ex identitate, aut majoritate rationis.* Exceptio autem firmat regulam in contrarium. Unde Bulla Gregor. tollit omnem conſuetudinem etiam immemorabilem contra formam ab ipſo præſcriptam.

662 Hinc immunitate gaudent Exules, Proſcripti, ſeu banniti, etiam capitaliter, niſi ſint banniti ob delictum exceptum, Monetarii. Negantes tributa Regi. Ejus oratores occidentes. Ejuſdem ſtatuas evertentes. Qui ſe Regem facit. Appellantes ad futurum Concilium contra Papam. Qui Rebellionem parat contra ſtatum, ſeu Provinciam ſui Regis. Hi námque, quamvis ſint rebelles, & committant enorme crimen Læſæ Majeſtatis, adeóque puniantur morte, non committunt caſum exceptum quoad immunitatem.

Quia enim crimen Læſæ Majeſtatis antea non erat à Jure Canonico exceptum, ac proinde juxta illud omnes gaudebant, Gregor. XIV. illud moderari volens, immunitate privat eos, qui immediatè, & directè Principem offendunt, & injuriâ afficiunt, ut eſſet ejus perſonam occidendo, & verberando, aut alia actione

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

actione poſitiva lædendo; minimè eos, qui mediatè, & indirectè, quatenus ſcilicet offendunt, & injuriâ afficiunt ea, quæ ad Principem ſpectant. Hinc ſtudioſè Gregor. caſum rebellionis expreſſit non ſub his verbis: *Læſa Majeſtatis in Principem rei*; ſed ſub aliis: *Læſa Majeſtatis in perſonam Princeps rei.* Ità Diana *par.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 18. Tancr. *tom.* 3. *tr.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 8. *n.* 42.

663 Qui *num.* 42. ait, probabile eſſe, tractantem de eligendo Rege, & expellendo præſentem legitimum, non gaudere immunitate; quia poteſt propriè dici committere crimen Læſæ Majeſtatis directè in perſonam ipſius Principis; licèt enim perſonam non offendat, illum occidendo, mutilando; offendit tamen immediatè in ſe ipſa, è ſolio dejiciendo; & ſic tutum eſt, hunc poſſe immunitate privari. Denique Tancredi *cit. n.* 43. Diana *par.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 7. *& com.* volunt, Reum Læſæ Majeſtatis debere eſſe ſubditum ratione originis, vel domicilii.

664 Gaudet, qui è carcere, triremibus, aut è manibus ſatellitum, etiam poſt ſententiam, & dum ad mortem ducitur, vi, arte, dolo, aut quovis modo fugit, & ad Eccleſiam, aut Cœmeterium confugit, ſi non ſit damnatus ob aliquod delictum exceptum; quia talis caſus fugæ non eſt de exceptis. Nec iſte hodie dicitur ſervus pœnæ: *Ex auth. ſed hodie, C. de donat.*

Quod eſt verum, etiam ſi juſtè detentus in carcere licentiam exeundi obtinuerit, ſub juramento de redeundo; quia fides data privilegium immunitatis non tollit. Diana *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 26. Tancr. *cit. nu.* 58. contra Silveſtrum, *ver. Carcer.* Fenech. *de immunit. num.* 32. Alarium, *pag.* 200. *num.* 10. *& alios.*

665 Gaudet, qui alium occidit per inſidias, & appoſtatè, niſi concurrant circumſtantiæ proditionis, aut aſſaſſinii: *de n.* 644. *ad* 647. *& à n.* 654. *ad* 656.

666 Dices illud Exodi 21. 14. *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias: ab Altari meo evelles eum, ut moriatur.* Idem habetur Deut. 19. 11. igitur.

667 Pro reſponſione doctiſſimè præmittit Tancredi *cit. à n.* 32. Jus Divinum, ſeu legem veterem continere præcepta triplicis generis, Moralia, Cœremonialia, & Judicialia, ex Deut. 6. *Hæc ſunt præcepta, & cæremoniæ, atque judicia.*

668 Moralia, ſunt præcepta Decalogi, quæ ſpectant ad legem naturalem, quæ proinde remanſerunt in lege Evangelica.

669 Cœremonialia, continent ea, quæ proximè ad Dei cultum ſpectant, ut præcepta ſacrificiorum, & modi ſacrificandi. Judicialia, quæ ad regimen Reipublicæ, & juſtitiam inter proximos ſervandam edita fuerant.

670 De fide autem eſt, legem veterem per mortem Chriſti mortuam eſſe, & ceſſâſſe non ſolùm quoad Cœremonialia (ſecundum quæ ulterius eſt mortifera, cum mortale ſit illis uti) verùm etiam quoad Judicialia, ex illo Pauli ad Hæbr. 7. *Tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat.*

671 Relatum verò præceptum Exodi, non eſt morale; quia non eſt per ſe malum, & jure naturæ prohibitum, in tali caſu extrahere Reum ab Altari; alioquin eſſet immutabile, & Jus Canonicum non poſſet non habere pro excepto: Nec poſſet Pontifex ad petitionem Regum concedere gratiam immunitatis appoſtatè occidenti.

Conſtat ex ipſo textu; nam Exodi 20. dedit primo loco Deus Moyſi præcepta moralia; ibidem, ſed ſecundo loco, cœremonialia; denique tertio loco, *cap.* 21. *cit.* præcepta judicialia, unde initium, *cap.* 21. eſt: *Hæc ſunt judicia, quæ propones eis*; quorum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

unum eſt relatum de inſidioſè, ſeu appoſtatè occidente.

Concluditur, dictum præceptum nunc non obligare, ut divinum, & legis veteris, quod eſt de fide. Nec ex Evangelio; quia in Evangelio Chriſtus ſolùm dedit præcepta poſitiva fidei, & Sacramentorum, non alia. Nec ex Jure Canoncio, quia jus Canonicum potiùs illud excludit: ex *n.* 661. Adeóq; nullo modo obligare.

672 Vulnerantes, & offendentes Miniſtros S. Officii, gaudent immunitate, ſi id faciant non in odium fidei, ſeu ut faveant hæreſi, cujus ſunt Rei, ſed ob aliam cauſam, puta ad evadendam pœnam, ratione inimicitiæ cùm miniſtro, ratione conſanguinitatis, aut amicitiæ cum perſona hæretica, vel alterius privati finis; quia talis caſus non eſt hæreſis, ac proindè non eſt à Greg. exceptus, juxta dicta *n.* 661.

Quòd ſi comprehendantur, id feciſſe in odium fidei, hoc eſt ob hæreſim, cujus ſint Rei; tunc non gaudent, non quidem ob delictum vulnerationis, quia vulneratio non eſt hæreſis, ac proinde non eſt de exceptis, ſed ob ipſam hæreſim, cujus comprehenduntur Rei, quæ eſt de exceptis.

673 Gaudent negotiantes falliti; quia tales Decoctores, licèt à B. Pio. V. publicis latronibus æquiparentur, quatenùs ex pecuniis, & rebus alienis negotiantes, & opipare viventes, tandem decocti ad Eccleſiam confugientes, creditores omnes fallunt cùm maximo Reipublicæ damno; non ſunt tamen propriè publici latrones; ac proindè non ſunt immunitate privandi; quia pœnæ non ſunt extendendæ ad delicta ſimilia, maximè in caſu, ob dicta *n.* 661.

674 Et univerſaliter gaudent, qui ad Eccleſiam confugiunt pro debito civili; quia hi non ſunt excepti. Diana *p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 17. Tancred. *cit. q.* 1. qui tamen addunt, quòd debitores fraudulenti, non debent diù intra Eccleſiam tollerari, ſed ab ea ſunt ejiciendi: in S. Congr. in una Barenſi, 12. Martii 1600. Et ſuper S. Congr. Epiſc. decrevit, quòd bona ab eis ad Eccleſias in præjudicium creditorum tranſportata, ſint conſignanda Judici ſæculari, ut ea creditoribus tradant.

675 Eadem ratione gaudent perſonæ, quæ tributa, aut gabellas Principis defraudaverunt, quantùm ad delictum defraudationis; ſed non gaudent ipſa bona defraudata, ſeu Principi, fiſco, aut gabellario debita.

676 Deniq; non erit abs re referre, quod advertit Tancr. *cit. n.* 81.

*Adverto, non eſſe negandum, poſſe caſum evenire, in quo videtur jure defenſionis naturalis, eſſe licitum, Reum, aliàs per Greg. gaudentem immunitate, capere in Eccleſia, & punire, ſi ita bono communi expediret; nec eſſet alia via evadendi, & non eſſet recurſus ad Pontificem; ſed talis caſus magnâ indiget diſcuſſione, an talis reverà ſit: ſubditi tamen, quando videns Principes timoratæ conſcientiæ, & pios ſic procedere, debent exiſtimare magnâ diſcuſſione id facere, nec temerè eos judicare: v. num.* 789.

677 Inſuper, Reos, ſi dum in Eccleſia morantur, ibi ſtantes aliquod delictum, etiam non exceptum, ver. gr. furtum, aut ſtuprum, committerent, ab Epiſcopo carcerari poſſe, & puniri, docet *Clericatus cap.* 32. *n.* 41.

### PERSONÆ, QUÆ GAUDENT IMMUNITATE REFUGII.

678 SUnt omnes fideles, etiam excommunicati, ſuſpenſi, aut ab ingreſſu Eccleſiæ interdicti. Diana *p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 26. contra Felinum; quia (ut ritè ait Diana) *Cenſura interdicti non inducit privationem hujus privilegii*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſiæ, nec privat ab ingreſſu materialis Eccleſiæ, ſed formalis: videlicet ab ingreſſu in ordine ad audienda divina Officia.*

679 Item, gaudent Infideles omnes, hæretici (licèt non ob hæreſim: ut *in n.* 657.) Judæi, Pagani, &c. quia privilegium immunitatis non eſt conceſſum intuitu perſonarum, ſed locorum ſacrorum, ob reverentiam, & honorem, qui divino cultui debetur, ex quo fit, ut non poſſit Reus privilegio immunitatis renunciare.

680 Servus, ſi fugiat à domino ad Eccleſiam, non defenditur ab Eccleſia, cum ejus poſſeſſio, dominium ſit penes dominum; ſed eſt reddendus domino, præſtito ab eo juramento, ſeu cautione de impunitate, *C. Id Conſtituimus* 17. *quæſt.* 4. *&c. Inter alia de Imm.* Si verò fugiat à Judice ob aliquod patratum delictum non exceptum, gaudet, uti cæteri liberi.

681 Clerici gaudent, ita ut non poſſint per Judicem proprium vi ab Eccleſia extrahi, niſi in caſibus exceptis, *ex Decl. S. Congr. Epiſc. in una Tropienſi* 29. Jan. 1617. qua declaratum fuit, gauderet immunitate Clericos, qui poſt delicta patrata ad Eccleſias confugiunt.

Item S. Congr. 17. Auguſti 1618, decrevit non poſſe Clericos ab Eccleſia extrahi, præterquam in caſibus degradatione dignis; ſi ſecus fiat, reſtituantur. Unde non eſt amplius tenenda opinio contraria Abbatis: ita Diana *p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 26. *q.* 10.

Denique Pignatelli *tom.* 1. *Conſult.* 176. *n.* 5. teſtatur ſic fuiſſe à S. Congr. deciſum, in una Maceratenſi Immunitatis, die 25. Maji 1655.

Ratio eſt; quia privilegium immunitatis quoad refugium, ex *num.* 678. eſt conceſſum directè locis ſacris, aut religioſis, adeóque ſuffragatur cuilibet in loco ſacro, aut religioſo exiſtenti, ſive Clericus ſit, ſive laicus. Et aliàs Clerici pejores eſſent conditionis, quàm pagani, & Judæi. Inſuper locus ſacer injuriâ afficitur, ſive Eccleſiaſticus, ſive ſæcularis ab illo extrahatur.

682 Religioſi pariter, ſi delinquant extrâ, aut in proprio Monaſterio, gaudent, ſi confugiant ad Eccleſias, tam aliorum, quàm proprias, & ad Monaſteria aliorum Regularium; non gaudent autem intra propria Monaſteria, Diana *p.* 10. *tr.* 14. *reſ.* 30. Bord. *reſ.* 1. *n.* 18. Pelliz. *de Monial. c.* 8. *n.* 11. qui idem docent de Monialibus, & puellis educandis, nimirùm, quòd gaudeant immunitate in propria Eccleſia, non ſic intra ſuum Monaſterium. Hinc gaudet Religioſus, ſi è carcere fugiens, ad propriam Eccleſiam, aut ad exterorum Monaſteria confugiat. Idem docet Bord. *de Religioſis* Apoſtatis. Item Diana *p.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 24.

683 Ratio primi eſt eadem, quæ de Clericis. Ratio ſecundi eſt, ne Religioſorum delicta impunita remaneant; ſi enim ſuorum Monaſteriorum immunitate gauderent, numquam poſſent capi, carceribus mancipari, & puniri, cùm Monaſterium ſit eorum perpetuum domicilium; quod eſt fundamentum opinionis Abbatis negantis Clericis, & Religioſis immunitatem; quod abſurdum vitatur immunitatem concedendo intra proprias, & aliorum Eccleſias, atq; etiam intra exterorum Monaſteria.

Sic namq; ex una parte ſervatur immunitas loci ſacri quoad Clericos, & Religioſos, & ex alia datur locus Prælatis Regularibus ſine violatione immunitatis puniendi ſubditos delinquentes in proprio Monaſterio, inſuper de uno ad aliud arctius ad pœnam luendam transferendi. Eò maximè quia hoc permittit Canon *Cap. qui peccat.* 23. *q.* 4.

684 Pariter abſque violatione immunitatis poteſt Epiſcopus Clericos ſibi ſubditos



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tos, in eodem ſuo Palatio, ad quod adducti, aut ſponte acceſſerunt, atq; etiam in eodem loco, qui eſt eorum domicilium, carcerare, punire, &c.

Quantùm autem ad Religioſos Aboſtatas attendenda eſt praxis, & conſuetudo communis, qua videmus, Superiores eos capere in aliorum Eccleſiis, non minùs ac domini ſervos fugitivos; nec inde ipſi capti reclamant ſuper immunitate, nec Curia Romana Superiores punit. Tancr. *tom. 3. tr. 1. lib. 4. q. 2. n. 5.* Diana *in ſumma ver. Immunitas n. 16.*

Hoc autem pro certo tenendum dico de Religioſo fugiente à Superiore, non ut à Judice ob delictum, ſed ut à Patre ob ſalutarem mortificationem; hic námque, ſi ad Eccleſiam exterorum confugerit, eſt ſuo Superiori pariter tamquam Patri reddendus, non minùs quàm miles, qui à ſuo Duce ad Eccleſiam, non ob delictum, confugit, eſt reddendus ſuo Duci. Et ſervus ſuo domino, juxta dicta *n.* 689.

## EFFECTUS IMMUNITATIS REFUGII

685 SUnt quinque. Primus. Ut qui ad Eccleſiam confugit, non poſſit ex ea vi, dolo, aut malâ arte extrahi; & ſic extractus reſtitui debeat Eccleſiæ, eidem, vel alteri. Inſuper ſic extrahentes teneantur ad omne intereſſe, & damnum inde allatum.

686 Secundus. Ut Reus, dum eſt in Eccleſia, non poſſit vinculis conſtringi, aut aliâ violentia affligi. *Ex Cap. Definivit* 33. *q.* 4.

687 Tertius. Ut dum eſt in Eccleſia, non poſſit contra eum ferri ſententia mortis, aut alterius pœnæ corporalis, triremium, exilii, &c. *C. Inter alia 6. de Immum.*

988 Quartus. Ut Reo exiſtenti in Eccleſia negari non poſſit neceſſarius victus, & veſtitus, aut impediri, ne ad illum deferatur, *l. præſenti 6. C. de his, qui ad Eccl. Confug.* quia ſic videretur cogi ad exeundum. Poteſt tamen, dum in Eccleſia moratur, à laica poteſtate cuſtodiri, ne fugiat, aut tradatur Eccleſiaſticæ perſonæ, donec declaretur, an gaudere debeat.

689 Quintus. Ut dum eſt in Eccleſia, non poſſit ſpoliari rebus, & bonis ſuis, quæ ſecum ad Eccleſiam attulit, *ex cit. C. definivit.* Niſi talia bona, & res ſint alteri obligata, *ex n.* 674. & 975. Poteſt Miniſter ſæcularis ab eo arma, & alia à lege prohibita, in Eccleſia auferre, Alarius *n,* 14. Pirhing. *in comp. lib. 3. tit. 31. ſect. 2. §. 3.*

## MODUS EXTRAHENDI IN CASIBUS EXCEPTIS

690 ESt, ut ſequitur. Non poteſt extrahi Reus ab Eccleſia in caſibus exceptis à Curia ſæculari auctoritate propriâ, ſed omninò requiritur licentia expreſſa Epiſcopi loci (aut vicinioris, ſi locus ſit nullius Diœceſis) quam ſolus Epiſcopus, aut ejus Vicarius Generalis dare poteſt. Inſuper pro executione requiritur interventus perſonæ Eccleſiaſticæ ab Epiſcopo deputatæ. Et ad ſolùm Epiſcopum, aut ejus Vicarium Generalem ſpectat cognoſcere, an Reus, ſive laicus ſit, ſive Regularis, gaudeant immunitate Eccleſiæ, ad quam confugit. Liquet ex verbis Bullæ: *In nullo ex caſibus prædictis* (ſuppletur, exceptis) *ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel ejus officialis, ab eo auctoritatem habentis, & cum interventu perſonæ Eccleſiaſticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores, &c. prædictam licentiam dandi facultas pertineat.*

691 Quam licentiam Epiſcopus dare non poteſt, niſi priùs probato, & conſtito, quod delictum ſit de exceptis, & inde Reus non gaudeat; quia Epiſcopus nedum eſt Judex, verùm

verùm etiam cuſtos Immunitatis, adeóq; tenetur illam defendere.

692 Quo conſtito, Reus eſt conſignandus ut ſupra n. 690. Curiæ ſæculari, ita ut non detur appellatio, nec ex parte Rei, nec ex parte fiſci, ut liquet ex verbis Bullæ Greg. XIV. *Tumque demum de mandato Epiſcopi per Judicem Eccleſiaſticum curiæ ſæculari, quacumq; appellatione poſtpoſitâ, conſignentur.*

693 Quod ſi Epiſcopus requiſitus tunc conſignare, aut aſſiſtere, culpabiliter, ſeu injuſtè recuſaverit, in hoc ſolùm caſu poterit Curia ſæcularis curare per ſuos miniſtros *extrahere minori, quo ad fieri poterit, cum tumultu, & ſcandalo.*

694 Dum cauſa, an gaudeat, agitatur, poterit Reus in Eccleſia exiſtens à Curia ſæculari per ſuos miniſtros extra Eccleſiam vigiles cuſtodiri, aut ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ loco cuſtodiæ reponi. Hæc omnia per ſuam Bullam Greg. XIV. diſponit.

POENA MALE EXTRAHENTIUM

695 Nempe vi, aut dolo in caſibus non exceptis, vel ſine licentia Epiſcopi, & contra formam Greg. in caſibus exceptis, ultra culpam ſacrilegii, eſt pœna reſtitutionis, *ut in num.* 685.

696 Inſuper eſt pœna excommunicationis majoris latæ ſententiæ, quæ ipſo facto incurritur, etiam effectu non ſecuto, ſed ſcienter attentato; liquet ex verbis Bullæ Greg. *Attentare præſumpſerit.* Quam incurrunt tam Judex mandans, quàm ſatellites, aut alii extrahentes. Quæ cenſura licèt non fuerit reſervata à Greg. fuit reſervata à Clem. VIII. extra Urbem, & intra Italiam, ut infra de Reſervatis.

697 Deniq; actus omnes, & judiciales, & ſententia poſt talem violentam extractionem contra Reum lata, ſunt irrita, & nulla, ut expreſsè declarat Greg.

698 Hinc homicida vi extractûs ab Eccleſia à parentibus occiſi, ſi à ſuperveniente Curia ſæculari capiatur, gaudet, & eſt reſtituendus Eccleſiæ. Dian. *tr.* 7. *p.* 9. *reſ.* 6. contra Sanfelicium; quia talis extractio eſt violenta, adeóq; nulla *ex n.* 685. & inde præjudicare non poteſt.

699 Pariter, ſi ſubdolis verbis, & arte miniſtrorum extrahatur, & ex hac injuſta extractione committat delictum, adhuc reſtitui debet Eccleſiæ. Privitera *num.* 5. cum Bonac.

700 Immunitas non ſolùm violatur per violentam extractionem perſonarum verùm etiam rerum, & bonorum. Ea tamen extrahentes non incurrunt cenſuras à Greg. latas; quia Bulla loquitur de extrahentibus perſonas: ſunt tamen excommunicandi, niſi reſtituant *C. ſicut antiquitus* 17. *q.* 4.

701 Rectè autem Fagnanus *in lib.* 3. *C. Eccleſiæ de Immun. n.* 103. advertit, quòd, ſi bonorum abſtractio fieret auctoritativè per Miniſtros Curiæ, vel de mandato Judicis, ſeu Magiſtratûs ſæcularis, tunc tam extrahentes, quàm mandantes, licèt non inciderent in cenſuras Greg. inciderent in rigidiorem cenſuram, nempe in excommunicationem Bullæ cœnæ, §. 17. latam contra *Uſurpantes juriſdictiones ad Sedem Apoſtolicam, vel quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum pertinentes.*

702 Hinc fit, ut extractio bonorum in Eccleſia refugiatorum, in caſibus, in quibus alteri debentur, non poteſt fieri de mandato, & auctoritate Judicis ſæcularis, ſed Judicis Eccleſiaſtici, & cum interventu perſonæ Eccleſiaſticæ ad id deputatæ, juxta dicta *num.* 690.

703 Eâdem ratione, ſi extractio perſonarum fieret auctoritativè per Miniſtros ſæculares, *ut in num.* 701. tunc tam extrahentes, quàm

quàm mandantes, ultra Cenſuras Greg. & excommunicationem Clem. VIII. incurrerent excommunicationem Cœnæ relatam; quòd apertè innuit Greg. XIV. in ſua Bulla per illa verba: *Declaramus, eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, Juris, & Immunitatis Eccleſiarum Violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, Noſtrorumque prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ.* Requirit autem præſumptionem juxta *num. 696.*

## IMMUNITAS REALIS

704 Competit ipſis bonis, *ut in nu. 604.* Onera ſunt triplicis generis. 1. *Merè Realia*, quæ ipſis rebus, ſeu bonis imponuntur ſinè reſpectu ad qualitatem perſonæ. Et hæc durant, quandiu bona durant. 2. *Merè Perſonalia*, quæ perſonis ſubditis imponuntur ſinè reſpectu ad bona patrimonialia, quæ fortè nulla habent, ut eſt exactio capitationis. 3. *Mixta*, quæ perſonis ſubditis imponuntur cum reſpectu ad eorum bona, itâ ut immediatè ſint tributa impoſita perſonis, mediatè bonis. Ita Pirhing *in Com. lib. 3. tit. 31. §. 1. v. num. 721.*

705 Bona Eccleſiaſtica ſunt etiam triplicis generis. Primi generis ſunt bona conſecrata, benedicta, aut ad divinum cultum tanquam ejus inſtrumenta legitimè deputata. Hujuſmodi ſunt Eccleſiæ, Cœmeteria, vaſa ſacra, veſtes, &c. Hæc eſſe immunia ab omnibus ſæcularibus oneribus, & tributis eſt certum, *ex cap. Non minus 4. de Immun. Eccleſ.*

706 Secundi generis ſunt bona, quæ licèt conſecrata, aut benedicta non ſint, &c. ad Eccleſiam tamen ſpectant. Talia ſunt prædia, & alia ſimilia bona Eccleſiæ mobilia, aut immobilia. Et hæc pariter ſunt ab omni reali onere laicali immunia, *ex c. Sancitum 1. de Cenſibus.*

707 Hoc tamen pacto: Si bona ſint data Eccleſiæ in fundationem, aut dotem de conſenſu dominorum, cui erant tributalia, ſunt prorſus immunia ab omnibus oneribus, & tributis laicalibus, tam publicis, & regiis, quàm privatis, & antea impoſitis, ex pluribus juribus apud Fagnanum *lib. 3. cap. Non minus de Immun. num.* 8. ob ſpecialem Eccleſiæ favorem, & ſanctitatem editis, itâ ut in hoc caſu ob ſpeciales rationes non habeat locum regula illa: *quòd res cum ſuo onere tranſeat.*

Et ſolùm præfata bona ſunt ſubjecta oneribus, quæ ratione naturali ipſis rebus incumbunt. Et ſic ad Eccleſiam ſpectat ſuam reparare domum, & pro rata parietem medium domui Eccleſiæ, & laici. Item pro rata ſolvere expenſas pro purgatione putei Eccleſiæ, & toti vicinæ neceſſarium. Non tenentur autem ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ ad ſordida munera, nempè ad terram fodiendam, ad foſſata conſtruenda, ad calces coquendas, &c. ex pluribus juribus (apud Fagnanum *lib. 3. cap. Non minus, de Imm. num. 13. v. nu. 721.*

708 Si bona Eccleſiæ provenerint, non titulo fundationis, aut dotis, ſed aliis cauſis, vel titulis; tunc ad eam tranſeunt cum oneribus realibus, veris tamen, & certis, quibus antea erant gravata, & ex vi dominii propriè dicti bonis impoſita propter bona. Unde ſi Eccleſiæ proveniat titulo hæreditatis, legati, donationis, &c. prædium ſubjectum ſubjugationibus, cenſibus, legatis ſolvendis, & aliis perpetuis realibus oneribus, ea ſolvere tenetur Eccleſia; quia res cum ſuo onere tranſit. Et in favorem cauſæ piæ non debet ordo juſtitiæ inverti, nec alter ſuo jure privari, *ex Cap. Tributum 22. 23. quæſt. 8.* & Sacra Rota in Brundusina Gabellæ 13. Februarii 1604.

709 Poſtquam autem recenſita bona ſint ſub dominio Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticorum, non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non poſſunt à Magiſtratu ſæculari aliis novis oneribus realibus gravari.

Imò addit Pirhing *Com. lib. 3. tit.* 31. §. 1. eſſe etiam exempta ab oneribus priùs à Principe impoſitis, non vi dominii propriè dicti, ſed ex poteſtate juriſdictionis ſupremæ; quia talia onera non ſunt merè realia, ſed mixta, nempe impoſita cum reſpectu ad perſonas ſubjectas; & quia perſona Eccleſiaſtica non eſt Magiſtratui ſæculari ſubjecta, ita nec ejus bona, quoniam per mutationem perſonæ, mutatur etiam qualitas, & conditio rei adhærentis perſonæ: *v. n.* 755.

710 Nec Princeps ſtatuere poteſt, ut bona laicalia ſuorum vaſſallorum ſint ita ipſi tributaria, ut poſtquam ad Eccleſiam pervenerint, ſint ſubjecta oneribus realibus, ſeu collectis novis poſteà imponendis. Fagnanus *cit. n.* 10.

711 Tertii generis ſunt bona, quæ ſpectant ad ipſas particulares perſonas Eccleſiaſticas, ſive ſint bona ex titulo ſpirituali acquiſita, ut redditus beneficiorum, diſtributiones pro horis, &c. ſive ſint titulo temporali acquiſita, puta ex ſucceſſione, teſtamento, donatione, &c. quæ bona patrimonialia dicuntur.

712 Præmiſſa omnia bona ſunt immunia ab omnibus ſæcularibus exactionibus, & oneribus, modo dicto, *ex cit. C. Non minus. Ex C. Quamquam 4. de cenſibus in 6.* Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 20. & noviſſimè ex Bulla Urb. VIII. Romanus Pontifex, 5. Junii 1641. ubi moleſtias omnes damnat, & reprobat Pontifex, inter quas damnat *Collectas, militum hoſpitationes, & alia onera ſuper Eccleſiis, & locis piis, ac perſonis Eccleſiaſticis, earumq; bonis, ſive fructibus per laicos, vel alios quoſcumque ſine Apoſtolica auctoritate impoſita, & exacta non ſponte contrahentibus. v. n.* 805.

713 Immunitas namq; Eccleſiaſtica, tam perſonarum, quàm eorum bonorum, etiam tertii generis, nedum eſt de jure civile, & Canonico ex citatis, & aliis juribus; verùm etiam de jure divino. Conſtat *Geneſis* 47. *Accipite ſemina, & ſerite agros, ut fruges habere poſſitis: quintam partem Regi dabitis, &c. ex eo tempore uſq; in præſentem diem in universa terra Ægypti Regibus quinta pars ſolvitur, & factum eſt quaſi in legem, abſq; terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.*

Primo Eſdræ 7. Artaxerxes Rex gentilis ad favorem Sacerdotum, & Miniſtroum Templi Dei Iſrael, Decretum immunitatis edidit: *Vobis quoque* (ſupple tu, Cuſtodibus, & gubernatoribus) *notum facimus de univerſis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathineis, & Miniſtris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.*

Deniq; ex verbis Chriſti, Matth. 17. *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum: à filiis ſuis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit ille Jeſus: Ergo liberi ſunt filii. Ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore ejus invenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me, & te.*

714 Demum, Violantes immunitatem Eccleſiaſticam realem contra bona ſecundi, aut primi generis, incidunt in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, §. 17. latam; contra verò bona ſecundi, aut tertii generis, in excommunicationem Cœnæ, §. 18. & 15. latam, *v. n.* 705. *ad* 711.

## IMMUNITATE REALI

715 Gaudent Clerici in Sacris, licèt excommunicati, ſuſpenſi, interdicti irregulares, aut verbaliter degradati; quia ſicut per has cenſuras Clericatum non amit-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunt, ita nec privilegium immunitatis annexum.

716 Clerici in Minoribus, aut in prima tonſura conſtituti, certum eſt, quòd gaudeant, ſi habeant conditiones, Trid. *de num.* 732. De aliis verò, qui eas non habent, quamvis plures negent, probabilius eſt, quòd gaudeant; quia (ut ritè advertit Pirhing *lib. 3. tit.* 49. §. *6.*) Trid. eas conditiones requirit pro privilegio fori.

717 Conjugati verò in noſtra Eccleſia latina non gaudent, *C. unico de Cler. Conjug. in 9. ut in n.* 734.

718 De Colonis, & Emphyteutis, ſic rectè diſcurrit Pirhing *cit.*

„ Ad colonos quod attinet, & emphyteutas Laicos, qui Eccleſiarum agros elocatos „ colunt, utrum immunes ſint à tributis, & „ gabellis per Principes ſæculares impoſitis; „ de emphyteutis quidem dicendum eſt, qui „ Eccleſiæ fundos, & prædia in emphyteuſim „ ab Eccleſia obtinent, quòd ad ſolvenda one„ra, quæ ratione talium fructuum impo„nuntur, obligentur; cùm enim dominium „ utile talium fundorum, ratione cujus one„ra talia imponuntur, totum ad illos per„tineat, ac perſona emphyteutæ ſubjecta „ ſit juriſdictioni imponentis tributa, conſe„quenter ad hæc obligabuntur. Inter co„lonos verò diſtinguendum eſt, utrùm ſint „ hi ſcilicet coloni adſcriptitii, quia terræ „ tali colendæ in perpetuum ſunt adſcripti, „ ita ut recedere non poſſint; vel utrùm ſint „ coloni partiarii, ita ut certa pars fructuum „ ad illos, & certa alia ad Eccleſiam perti„neat: prioris caſus coloni immunes ſunt à „ ſolvendis talibus oneribus ex fundis Eccle„ſiæ, quos colunt, cùm omne dominium „ utile ad Eccleſiam, vel Clericos, pertineat, „ certá tantùm penſione colonis talibus in la„boris mercedem ſolutá: poſterioris caſus „ coloni, quoad partem quidem, quæ tota „ Eccleſiæ eſt, immunes ſunt ab oneribus ta„libus, ne Eccleſia onerari videatur; non „ tamen immunes ſunt quoad eam partem, „ quæ ipſorum propria eſt; cùm enim perſo„næ tales ſint Laicæ, Laicæ juriſdictioni ſub„jectæ, & totum dominium partis talis ad „ illas pertineat, nec Eccleſia hujuſmodi tri„butis gravetur, non videtur, ex quo capite, „ aut jure ab oneribus Laicalibus videantur „ immunes.

IMMUNITAS PERSONALIS.

719 Eſt, qua Clerici ſunt exempti à poteſtate laicali, ex pluribus juribus, maximè *ex c. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *de Conſtitut.* & Trid. *ſeſſ.* 25. *de Reform. c.* 20. *v. n.* 604. & 714.

720 Hæc immunitas tres parit effectus.

721 Primus eſt, quòd Clerici ſunt exempti à tributo Capitationis, videlicet à tributo reali, quod imponitur ſuper capite; & ſic obligari non poſſunt ad ſolvendas exactiones, quæ à Principe ſæculari imponuntur ſuis ſubditis. Habetur ex juribus *n.* 716. *relatis.*

722 Secundus, quòd Clerici ſint exempti ab onere munerum perſonalium, *ex cap. Eccleſiarum* 68. 12. *q.* 2. Munera perſonalia; alia ſunt ſordida, ut mundare cloacas, &c. Ad hæc non poſſunt obligari, nec acceptare debent, cùm ſint indecentia ſtatui. Alia ſunt honorifica, ut regere Urbem, aut indifferentia, ut munus tutoris, &c. & hæc acceptare poſſunt, ſi velint; at non poſſunt cogi, ut acceptent.

723 Et ſic obligari non poſſunt ad fodiendam terram, &c. Ad pugnandum perſonaliter contra hoſtes. Ad murorum cuſtodiam (niſi magna neceſſitas defendendi Urbem contra hoſtes infideles urgeret, *ex cap Perve-*

*nit*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tit. 1. de Immun.* Nec obligari poſſunt ad hoſpitandos milites in ſuis domibus, etiam patrimonialibus. Pirhing. *in Comp. lib. 3. tit. 49. §. 5. n. 712.*

724 Poſſunt tamen in ſe ſuſcipere munera civilia, honeſta, & pia, puta tutelas, aut curateles Conſanguineorum, vel miſerabilium perſonarum. Et tunc ſicut laicus ratione adminiſtrationis Eccleſiaſticæ debet rationes ſui officii reddere coram Judice Eccleſiaſtico; ita Clericus ratione ſui officii temporalis, quod nomine laici gerit, poteſt nomine illius conveniri, puta curator nomine minoris, &c. & coram Judice ſæculari reſpondere. Pirhing. *in Comp. lib. 2. tit. 2. de foro compet.*

725 Violantes immunitatem perſonalem quoad duos priores effectus incidunt in excommunicationem Cœnæ, §. 18. & 15. *latam*

726 Tertius effectus eſt, quòd Clerici ſint exempti à juriſdictione Judicis, ſæcularis, in cauſis tam civilibus, quàm criminalibus. Et Immunitas ſub hoc reſpectu appellatur privilegium fori, quod eſt conceſſum in favorem totius ordinis Eccleſiaſtici, *ex cap. Si diligenti 12. de foro Compet.* adeóque à perſona privata renunciari non poteſt, ex eodem *c. v. n. 757.*

727 Violantes immunitatem perſonalem quoad hunc tertium effectum incidunt in excommunicationem Cœnæ, §. 15. *latam.*

728 Hoc tamen eſt intelligendum, quando Clericus eſt Reus, tunc, inquam, non niſi coram Judice Eccleſiaſtico poteſt ſuam cauſam dicere.

729 Si autem ſit Actor contra laicum in cauſa purè temporali, tunc adire debet ſæculare tribunal, ex regula illa: *Actor ſequi debet forum Rei. C. Si Clericus 5. & c. cum ſit generale 8. de foro Compt.*

730 Quod ſi tam Clericus, quàm laicus ſint ſimul Rei, tunc, ſi cauſa eſt ſeparabilis, quilibet eſt in ſuo foro conveniendus, Clericus in Eccleſiaſtico, laicus in ſæculari; quia in cauſa ſeparabili ſocius delicti non gaudet privilegio ſui ſocii, *l. Si quis, 53. §. 1. ff. de furtis.* Si verò cauſa ſit inſeparabilis, tunc uterq; eſt coram Judice Eccleſiaſtico conveniendus; quia minùs dignus potiùs trahi debet à magis digno, quàm è converſo. Ita Phœbeus *lib. 2. tit. 11. de Immun. n. 28.*

## PRIVILEGIO FORI GAUDENT

731 Clerici Sacris ordinibus inſigniti.

732 Non gaudet Clericus prima tonſura initiatus, aut etiam in Minoribus Conſtitutus: *Niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum, tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Univerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad majores Ordines ſuſcipiendos verſetur.* Ita Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de ref. c. 6*

733 Super quo Concilii Decreto duo ſunt advertenda. Primum, quòd Clericus in minoribus carens habitu Clericali, & tonſura tempore delicti, aut capturæ gaudet privilegio fori, ſi aliàs ſolitus erat deferre. Diana *part. 4. tract. 1. reſolut. 18. & par 1. tract. 2. reſ. 33. Ex Decl. S. Congr.* apud Bonac. *de legibus diſ. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 4. num. 14.* Quia non præſumitur dimiſiſſe habitum animo deferendi, ſed commodiùs delictum patrandi.

Secundùm, Privilegio fori gaudere Clericum in minoribus, incedentem in habitu, & tonſura, qui in Synodo diœceſana obedientiam præſtitit Ordinario, & per paucas vices in Choro interfuis, & Proceſſionibus, attentis circumſtantiis, quamvis alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non inſerviat, vel beneficium Eccle-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiaſticum non habeat. Ita Diana *part. 4. tr. 1. reſ. 18. ex Decl.* S. Congr. *Conc.* 28. Martii 1628.

734 Clericis inminoribus conjugatis eſt plus reſtricta immunitas. Solùm námque ſunt exempti à judice ſæculari quoad cauſas criminales, ſive criminaliter, ſive civiliter agitatas; idque non niſi cum unicis, & virginibus contraxerint, *cap. Cler. 1. de Cler. Conjugatis*, & inſuper, *modò hi Clerici alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſerviant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura utantur.* Trid. *cit.* Quantum autem ad reliqua, etiam præmiſſis ſervatis conditionibus, immunitate perſonali, & reali non gaudent; Unde nõ ſunt exempti à poteſtate ſæculari quoad cauſas civiles, nec ab onere ſolvendi tributa, ſed quoad hos effectus tanquam laici reputantur.

735 Sunt etiam plures caſus, in quibus Clericus conſtitutus in Sacris, ex jure Canonico non gaudet immunitate exemptionis à poteſtate fori ſæcularis, & ab onere ſolvendi tributa.

Et primò. Clericus negotiator, ſi tertio monitus non reſipiſcat, ſed prætermiſſis divinis officiis, ad negotiationes incumbat, privatus manet exemptione à tributis, & tanquam laicus in hac parte relatè ad res per negotiationes acquiſitas, eſt reputandus, *cap. fin. de vita, & honeſt. Cleric.* Vide *de contract. ver. Negotiatio.*

736 Secundò. Clericus Feudatarius in cauſa feudali, ſive de proprietate agatur, ſive de ejus poſſeſſione, conveniri debet coram domino feudi, etiam ſi iſte ſit laicus, *c. Verum 7. & cap. Ex tranſmiſſa 6. de foro Compet.*

737 Tertiò. Si Clericus aliquod ex iis delictis committat, quibus à jure Canonico eſt ſtatuta privatio immunitatis à foro ſæculari. Tale eſt (ait Phœbeus) *ſi Clericus, nec tamen do tonſura, nec in veſtimentorum forma, nec in qualitate negotiorum de Clericatu quidquam oſtendat, & tertiò monitus ab Epiſcopo emendationem contemnat*, *ex cap Concil. 45. de ſentent. excom. Item. Si Clericus joculatoriam artem per annum exercuerit, ipſo jure: Si autem tempore breviori, & tertiò monitus non reſipiſcit, privatur omni privilegio Clericali ex cap. unic. de vita, & honeſt. Cler. in 6. & Clement. 1. de vita, & honeſt. Cler. c. Cum non ab homine 10. de Judiciis.*

738 Clericus quamvis nunquam propria auctoritate capi, aut incarcerari poſſit à Miniſtro laico: poteſt tamen authoritate, & nomine Eccleſiæ, ſemper ex commiſſione expreſſa, & aliquando ex præſumpta, & tacita ſui Superioris Eccleſiaſtici; tales namque poſſunt contingere caſus, ut prudenter Miniſter laicus, & rationabiliter præſumat de commiſſione Superioris Eccleſiaſtici; & tunc talis captio, & carceratio, ſeu cuſtodia, eſt licita, quia non eſt ſæcularis, ſed Eccleſiaſtica, cum ſit facta authoritate, & nomine Eccleſiæ.

739 Hoc pacto Miniſter laicus Clericum capere poteſt. Primò; poſt delictum commiſſum ad effectum eum præſentandi ſuo Superiori. Quatuor autem requiruntur conditiones, 1. Quòd delictum ſit notorium. 2. Quòd Clericus ſit ſuſpectus de fuga. 3. Quòd Superior Eccleſiaſticus conſuli non poſſit, aut ab eo accipitur capiendi mandatum; quibus ſeclusis conditionibus, captura erit illicita, utpotè nomine laici facta, quia tunc Superior non cenſetur conſentire. 4. Ut ſtatim ad ſuum Superiorem ducatur, ſi fieri poteſt; aut quamprimùm fieri poteſt. Non poteſt laicus in ſuis carceribus ultra viginti quatuor horas, imò nec breviori tempore Clericum detinere, ſi poſſit ſtatim, aut priùs illum ad ſuum Superiorem remittere.

740 Secundò.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

740 Secundò. Si Clericus fuerit à Judice laico, imò à privato repertus in flaganti crimine. Quia tunc cenſetur cuilibet data poteſtas ex l. *Raptores*, C. de Epiſcop. & Cleric. Debent tamen allatæ conditiones concurrere.

741 Tertiò. Si Clericus ſit debitor, & ſolvere potens, non velit. Semper tamen debent præmiſſæ conditiones concurrere. Quia tunc talis captura, aut detentio, non eſt actus juriſdictionis, ſed juſtæ defenſionis, quæ etiam à quolibet privato poteſt præſtari.

742 Quartò. Si delictum ſit in fieri contra tertiam perſonam, & prædictæ conditiones concurrant; quia cuilibet, nedum Judici, ſed etiam privato, competit jus, & onus juſtitiæ, aut charitatis innocentem defendendi, & injuriam propulſandi.

743 Quintò. Quoties Clericus poteſt impunè occidi, aut verberari; quia tunc captura eſt ei minus malum, Caſtropal. *p. 2. tr. 11. diſ. un. punct. 6. ex cap. 3. de ſent. excom.*

744 Sextò. Clericus, ſi die, aut noctu reperiatur à miniſtris ſæcularibus ſinè tonſura, & habitu, cum armis prohibitis, aut delictum patraturus; quamvìs cognoſcatur à Miniſtris, quòd ſit Clericus, poteſt capi, aut detineri, præmiſſis concurrentibus conditionibus. Semper tamen attendendo *dicta num. 732. & 733.*

Quòd ſi Miniſtri laici non dignoſcant perſonam ſic deprehenſam eſſe Clericum, & dicunt ejus de ſtatu Clericali, ſic ipſis ſuſpectum de falſitate, & fine declinandi forum, ad fugiendum; tunc quamvìs ab eiſdem detineatur captus, & cuſtoditus; debent tamen ſtatim ad Superiorem, ſeu Judicem Eccleſiaſticum, pro recognitione recurrere; quia ad ipſum ſpectat cognitio, *ut nu. 766.* an captus ſit Clericus, necne. Et etiam, an ſit fraudulentus in aſſumendo, aut reaſſumendo ſtatu Clericali. Et veritate de ſtatu Clericali comperta, eſt ſtatim ſuo Superiori Eccleſiaſtico remittendus.

745 Inſuper privilegio fori gaudent Monachi, & Regulares utriuſque ſexus, laici Converſi, & Oblati, ſeu Tertiarii ſub Religioſorum tecto viventes.

746 Religioſi Equitum Militarium S. Joannis gaudent; quia ſunt veri Religioſi, ut dicimus de voto.

Pro Religioſis Ordinum Militarium S. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Monteſæ, S. Stephani, & S. Lazari, attendenda eſt conſuetudo; quia dubium eſt, an ſint veræ Religiones, ut infra de Voto, ver. *De praxi commutationis.* De Equitibus aurei velleris, S. Michaelis, Annunciationis, Delabanda, & aliorum Ordinum Militarium, certum eſt, quòd non gaudeant: quia nec ſunt Ordines approbati à Pontifice, nec veræ Religiones.

747 Item gaudent Eremitæ, qui tria ſubſtantialia vota emiſerunt, vel ſi hæc non emiſerunt, vivunt in communitate in Congregatione aliqua auctoritate Epiſcopi approbata. Vel ſi ſolitarii vivant, deferunt habitum, & tonſuram, & ab Epiſcopo ad ſervitium alicujus Eccleſiæ ſunt deputati.

748 Item Tertiariæ D. Franciſci in ſuis domibus viventes, etiam ſi ſint viduæ, quæ tamen Tertiariarum Regulam ſervant, & vitam cælibem ducunt ex voto Caſtitatis de Ordinarii licentia emiſſo. *Ex conſt. 22. Dum intra, Edita in Conc. Later. ſeſſ. 11.* à Leone X. 1. Martii 1518. §. 21.

749 Item Uxor Clerici. Diana *p. 3. tract. 1. reſ. 45. & p. 4. tr. 1. reſ. 41.* contra Bonac. quia uxor ſequitur forum mariti, *l. fin. C. de Incol.* etiam poſt mortem mariti, viduitate durante. Filii legitimi Clericorum, etiam ante Clericatum ſuſcepti, Sac. Congregat. 18.

 Martii

Martii 1631. Servi, & Mancipia Clericorum, *v. num.* 733.

750 Item laici familiares Epiſcoporum; qui habere poſſunt familiam armatam ad capiendum, carcerandum, ad terminandum judicium ſinè recurſu ad brachium ſæculare, & ad pœnas corporis inflictivas citra ſanguinem infligendum. Inſuper Officiales, & Miniſtri Curiæ Epiſcopi.

751 Laici familiares, & pariter Officiales, & Miniſtri Curiæ Inquiſitorum, qui pariter habere poſſunt familiam armatam, imò punire impedientes delationem armorum, tanquam perturbatores Officii S. Inquiſitionis. *v. num.* 613.

752 Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſ.* 55. & in Summa ver. Inquiſitorum Juriſdictio *nu.* 26. habet, ut ſequitur:

,, In cauſis criminalibus ſuorum familia-
,, rium Inquiſitores Hiſpaniæ habent juriſdi-
,, ctionem, exceptis certis criminibus, de
,, quibus Joannes de Hevia, Curia Philippi,
,, *p.* 3. §. 1. *nu.* 19. *& alii.* In cauſis civilibus
,, Ferdinandus de Caſtro *tomo* 1. *tr.* 4. *diſ.* 8.
,, *punct.* 12. §. 2. *num.* 9. tenet, habere juriſ-
,, dictionem ſolùm reſpectu officialium, qui
,, ſunt à ſecretis, non autem reſpectu aliorum
,, externorum. Sed hæc opinio non placet
,, quoad Regnum Valentiæ, & Siciliæ, ubi
,, (ait Rojas *p.* 2. *n.* 422.) ex concordia inter
,, Regiam Majeſtatem, & Inquiſitionem, In-
,, quiſitores cognoſcunt in cauſis civilibus o-
,, mnium familiarium. Quòd etiam, ait Para-
,, mus *de orig. Inquiſ. l.* 3. *q.* 6. *nu.* 27. ex jure
,, municipali Regni Siciliæ, ex juris Pontificii
,, deciſionibus, privilegiis, & conſuetudine
,, immemorabili. Narbona *recompil. lib.* 4. *tit.*
,, 1, *leg.* 20. *gloſ.* 14. *& gloſ.* 6. *num.* 2. te-
,, ſtatur, id ſervari etiam in Catalonia, & in
,, Regno Aragoniæ, & Majoricatu. Et ex
,, Paramo obſervat, quòd in hoc Regno Si-
,, ciliæ non ſolùm familiares, ſed etiam eo-
,, rum uxores, adhuc viduæ, quamdiu viduæ
,, fuerint, gaudent privilegio fori, *p.* 4. *tract.*
,, 8. *reſ.* 55.

753 Inſuper gaudent Hoſpitalarii, dummodò inſerviant hoſpitali auctoritate Epiſcopi erecto. Diana *p.* 3. *tr.* 2. *reſ.* 66. *contra Abbatem.*

※ Verum tamen eſt, circa plura hactenus à n. 746. dicta, attendendam eſſe conſuetudinem ut advertit Pirhing. *in Comp. tit.* 2, *de for. comp.* §. 3. *in fine.*

Denique dicta omnia de Immunitate Eccleſiaſtica, tam reali, quàm perſonali, ſunt ſervata proportione intelligenda etiam de Religioſis utriuſque ſexûs, de Novitiis, & laicis Religionum, quia omnes eâ gaudent,

## QUÆRES I.

754 *An laicus factus Clericus judicari, & puniri poſſit pro obligationibus contractis, aut delictis commiſſis ante Clericatum?*

PLura adducit Fagnanus 1. *lib. Decr. C. Magnus, De Obligat. ad ratiocin.* Sed breviter reſolutionem deſumo ex mente S. Cong. Conc. apud ipſum *à num.* 64.

Dictus ergo laicus, ſi Clericatum, videlicet primam tonſuram, aſſumpſit abſq; ulla fraude, in quantum non fuit apud Judicem laicum accuſatus, nec ab eo citatus, & præventus, pro certo gaudet privilegio fori, ita ut non poſſit factus Clericus à Judice ſæculari judicari, aut puniri; quia privilegium ſuperveniens eximit à juriſdictione primi Judicis. Et privilegium eſt à jure Canonico conceſſum ſtatui Clericali abſolutè, abſque ulla reſtrictione ad delicta poſtea, aut ante illum commiſſa, *v. num.* 709.

Si Clericatum aſſumpſit cum fraude, fraude conſiſtente in hoc, quòd aſſumpſerit non

animo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animo retinendi, ſed forum ſæculare declinandi, & poſtea ſtatum deſerendi; non gaudet foro, & ſic poteſt à Judice ſæculari judicari, & puniri, juxta dicta *à num. 758. & num. 733. Quia fraudem committentes beneficio legis ſunt indigni, Cap. penult. de Collus. tegen. Et in omni diſpoſitione fraus ſemper intelligitur excepta l. Imperialem, §. 1. de Probibit. feud. alienam. v. num. 758.*

755 Si Clericatum aſſumpſit cum fraude, fraude conſiſtente in hoc, quòd ſuppoſitâ præventione apud Judicem ſæcularem, in quantum fuit accuſatus, citatus, &c. ſtatum Clericalem aſſumpſit, animo forum ſæculare declinandi, ſed in ſtatu perſeverandi; tunc gaudet privilegio fori quoad perſonam, ita ut non poſſit à Judice ſæculari corporaliter puniri, perſonaliter adſtringi, aut carcerari; quia hæc non eſt fraus propriè dicta, ut conſtat n. 760. Et hoc maximè, ſi poſt dictam præventionem, antequam finiretur cauſa, fuerit ordinatus Sacerdos, aut in ſacris, *ex cit. num.* 760. Non gaudet autem privilegio fori quoad bona, ſed quoad bona ſubeſt juriſdictioni Judicis ſæcularis, à quo poteſt puniri pœnâ pecuniariâ, & confiſcatione bonorum, ſuppoſitâ cauſæ præventione, uti ſupra; ſecus ea non ſuppoſita. Ex mente S. C. Conc. *cit. num.* 754.

Non poteſt autem Judex ſæcularis, qui prævenit, contra recenſiti Clerici bona procedere, niſi prius per Judicem Eccleſiaſticum fuerit cognita præventio, & declaratum, ac pronunciatum fuerit, eum Clericatum aſſumpſiſſe in fraudem Curiæ ſæcularis, *ut in hoc n. 755. juxta dicta n.* 766.

Fagnanus *cit. n.* 77. docet, eodem modo eſſe diſcurrendum de laico poſt delicta, aut ſtatim facto profeſſo, cum hoc ſolo diſcrimine, quòd defenſio cauſæ ſpectet ad Monaſterium.

## QUÆRES II.

*756 Clericus in Minoribus conſtitutus habitum dimiſit, amplius non reaſſumpturus; inde delicta commiſit. An poſſit habitum reaſſumere, ut privilegio fori gaudeat?*

RESP. poſſe, & gaudere. Caſtropal. *p. 2. diſ. unic. tr. 12. punct.* 3. Quia privilegium fori abſolutè, & abſque exceptione à Trid. conceditur conſtitutis in minoribus, beneficium habentibus, vel tonſuram, & habitum geſtantibus, alicui Eccleſiæ inſerviant de mandato Epiſcopi, *ut in num.* 732. Et quamvis delicta tempore dimiſſionis habitus uti ſupra commiſſa fuerint, tunc juriſdictionis laicalis nunc ſunt Eccleſiaſticæ, ſicut eſt perſona. Tum quia in tantum tunc delicta commiſſa erant juriſdictionis laicalis, quia deficiebat conditio à Trid. requiſita pro gaudio fori; unde per locum ab oppoſito, ea appoſita, privilegium reviviſcit.

757 Dices; dimiſſionem illam habitus eſſe quamdam privilegii renunciationem.

Reſp. Caſtropal. *cit.* quòd privilegium ſtatui Clericali competens, nemini licet renunciare, *ex cap. ſi diligens de foro comp.* Et refert ex Barboſa caſum de Clerico, qui volens nubere, beneficium, & Clericatum renunciavit; at quia poſtea voluntate mutatâ habitum reaſſumpſit, & aliud beneficium obtinuit, dubitatum fuit, an gauderet privilegio fori? Et Sac. Congr. 11. Junii 1587. *cenſuit, gaudere; quia privilegio Clericali renunciari non poteſt.* Hinc Clericus privilegio fori gaudet, ſi ſervet conditiones à jure Canonico pro gaudio requiſitas: *v. n.* 722.

QUÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES III.

758 *Quid dicendum ſi recenſitus Clericus Minoribus initiatus, fuit captus, aut citatus à Judice ſæculari tempore dimiſſionis habitus, & habitum non ante, ſed poſt capturam, aut citationem reaſſumat?*

RESpondet Caſtropal. *citat. n.* 3. ut ſequitur:

*Reſpondeo, privilegio carere debere: quia illa habitus reaſſumptio videtur facta in fraudem juriſdictionis ſæcularis, ac proinde non debet prodeſſe: ſic tenet* Farinac. *d. q. 8. n.* 66. & 110. Barboſa 2. *p. alleg.* 12. *n.* 29. & in remiſſ. Concilii, decreto 6. *ſeſſ.* 23. *de reformat. circa finem. Quia generaliter, quotieſcumque aſſumptio clericatus, beneficii, habitus, & tonſuræ fit in fraudem juriſdictionis ſæcularis, ceſſat clericale privilegium, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari. Aliàs immunitas Eccleſiaſtica fomentum eſſet delictorum:* ſic Gutier. *pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *quæſt.* 76. *n.* 35. Julius Clarus *lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 36. *n.* 43. Farinaci *q.* 8. *n.* 66. & 104. Barboſa in remiſſion. Concilii circa finem, decreto 6. *ſeſſ.* 23. Zenedo *ad decr. collect.* 23. *n.* 1. & *alii.*

759 Qui addit, fraudem præſumi, & *conſiſtere in eo, quòd clericalem habitum, vel ordinem aſſumas, ut medium tantùm ad vitandam juriſdictionem ſæcularem, non ex animo perſeverandi in illa. Quod poteſt contingere in aſſumptione minorum ordinum poſt delictum, vel in aſſumptione habitus clericalis dimiſſi: præſumitur enim te velle illis ordinibus, & habitu clericali uti, non in perpetuum, ſed ad tempus, & quatenus neceſſarium medium fuerit ad vitandam laicalem juriſdictionem; quæ intentio mala eſt, & fraudulenta, ac proinde digna privatione clericalis privilegii: v. n.* 733.

760 Ritè autem ſubdit, quòd ſi talis Clericus ad declinandum forum ſæculare ordinem ſacrum ſuſcipiat, gaudet. Quia non eſt fraus, licèt ſit ſuſceptum intentione eum declinandi, nam utitur jure ſuo, aſſumendo medium ab Eccleſia inſtitutum, cui competit privilegium fori; qua ratione fraus non eſt, ſi poſt delictum ad Eccleſiam confugias, eſto ea intentione confugias: fraus autem, & dolus eſſet, ſi aſſumeretur ordo, non animo perſeverandi in illo, ſed relinquendi; quod non poteſt præſumi in ordine ſacro, cùm hic liget votis: *v. n.* 754.

761 Item Clericus, qui tempore Clericatus, aut Novitius, qui tempore Novitiatus delictum commiſit, gaudet privilegio fori, ita ut pro eo non poſſit à Judice ſæculari puniri. Gamm. *deciſ.* 10. *n.* 3. Bonac. 8. *Præc. Dec. diſ.* 10. *p.* 1. §. 2. *n.* 5.

## QUÆRES IV.

762 *Quid agendum in dubio, An gaudere debeat?*

DUbium poteſt eſſe duplex; Juris, aut facti. *Juris* eſt, ſi ſuppoſita veritate facti, dubitetur. An perſonæ ſuffragetur jus privilegii. *Facti,* ſi dubitetur de facto, videlicet; An perſona ſit Clericus. Et ſi Clericus, An habeat conditiones requiſitas pro gaudio. Hoc præmiſſo.

763 Reſpondeo cùm diſtinctione. Vel delinquens fuit captus in habitu, & tonſura Clericali. Et tunc remittendus eſt Judici Eccleſiaſtico, *ex cap. Si judex laicus, de ſent. excom. in* 6. Quia delatio habitus, & tonſuræ longo tempore, licèt non probet Clericatum, eſt tamen grave indicium, & efficax conjectura, dum contrarium non probetur; unde facit ſtare pro quaſi poſſeſſione Clericatus, & transfert onus probandi in adverſarium; quia poſſeſſio ſtat pro Eccleſia. Ita Caſtropal. At Covar. & Salzedo apud ipſum referunt, receptam

ceptam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceptam conſuetudinem Hiſpaniæ eſſe, non remittendum reum Judici Eccleſiaſtico, donec ſententia definitiva de Clericatu pronuncietur.

764 Vel delinquens fuit captus abſq; tonſura, & habitu. Et tunc non tenetur Judex laicus illum remittere Judici Eccleſiaſtico, niſi donec pro certo conſtet, & fuerit plenè probatum, eum eſſe Clericum, & qualitates à jure Canonico pro gaudio requiſitas habere; quia Judex laicus tunc è converſò per capturam quaſi poſſeſſionem delinquentis acquiſivit, adeóq; poſſeſſio ſtat pro Judice laico, & transfert onus probandi in ipſum delinquentem, qua poſſeſſione ſpoliari non poteſt, niſi dubium vincatur.

765 Clericatus probatur, 1. Per ſcripturam, nempe per litteras teſtimoniales Ordinationis, aut per litteras commendatitias Ordinarii teſtantes de Clericatu. 2. Per duos teſtes omni exceptione majores. Non ſufficit unus, niſi ſit adminiculatus; quia hic agitur de præjudicio tertii, nēpè fori ſæcularis; idq; colligitur *ex c. Tuæ de Cler. peregrin.* ubi habetur, *Clericatum probari per ſcripturam, vel per teſtes* & non dicitur *per teſtem.* Unus autem teſtis [ut notat Caſtropal.] ſolū ſufficit quando de nullius præjudicio agitur; ut cùm petitur licentia ad celebrandum, ad prædicandum, &c. 3. Per probationem tituli, v. gr. ſi probetur poſſidere beneficium, Abbatiam, &c. 4. Per famam publicam.

766 Cognitio autem hujus cauſæ, An delinquens gaudeat privilegio Clericatûs, certū eſt, quòd ſpectet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſi dubium ſit juris; quia decidere controverſias juris Canonici, eſt quid ſpirituale, & ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectat decidere cauſas ſpirituales, *ex C. Quanto, C. Decernimus de Judiciis C. Tuam de ordine cognit.*

767 Idem dico, ſi dubium ſit facti, quia eſt de facto ſpirituali. Caſtropal. *cit punct. 4. n. 7.* contra Clarum, & alios, quibus non videtur cognitio rei ſpiritualis, ſed temporalis. Illis adhærent Scaccia, & Farin. apud Caſtropal. *cit. dicentes: Judicem ſæcularem cognoſcere poſſe de Clericatu delinquentis, non ad effectum declarandi illum gaudere, vel non gaudere privilegio fori, ſed ad effectum remittendi illum Judici Eccleſiaſtico, ſi facta ſummariâ informatione cognoverit Clericum eſſe.*

## CASUS FIGURATUR.

768 VIr perditus è Regione longinqua acceſſit ſeditionem allaturus: hinc delictum rebellionis patravit, attentando variis artibus, & fraudibus ſeducere cives, ut legitimo excluſo Principe, alium proclamarent. Fuit à Curia ſæculari captus, & carceribus mancipatus rebellis, qui dixit Miniſtris ſe eſſe Clericum; ipſe tamen ſine tonſura, & ſine habitu Clericali incedebat, & ſic fuit inventus, & captus. Non ſunt ab eo allatæ, nec illius domi repertæ litteræ teſtimoniales Ordinationis, nec commendatitiæ teſtantes de Clericatu. Non ſunt teſtes, qui eum cognoſcant; nec fama publica, quæ talem dicat. Solùm ſint reperta domi veſtis parva, & collare, quod ſolent geſtare Clerici, & inſuper litteræ ſub altero nomine ab eo, quo dicit ſe vocari, quæ tamen videntur ad ipſum directæ, quibus datur ei ſpes beneficium obtinendi. Delictum eſt certum, & ſupponitur tale, ut ſit morte dignum. Diligentia de Clericatu ob loci diſtantiam eſt difficilis, non tuta, expoſita fraudibus, & periculoſa. Punitio quibuſdam circumſtantiis exiſtentibus imminet ad aliorum exemplum, ut qui malè ſentiunt, ſe coerceant, & zizania non creſcat. His (ut figurantur) ſuppoſitis,

## QUÆRES V.

769 *An Curia ſæcularis poſſit præmiſſum Reum in ſuis carceribus detinere. Juridicè contra eum procedere. Et deinde punire.*

770 CErtum eſt, 1. quòd ſi Reus diceret, aut conſtaret, non poſſidere beneficium, vel alicui Eccleſiæ non deſervire cum habitu de mandato Epiſcopi, immunitate non gauderet, ut conſtat ex Conc. Trid. *n.* 732. relato, *&* *n.* 733.

771 Certum, 2. poſſe licitè Curiam ſæcularem Reum in ſuis carceribus detinere, juxt. *dicta n.* 764.

772 Certum eſt, 3. quòd (ſecluſis circumſtantiis ſuppoſitis, & figuratis, maximè de diligentia, & probatione difficili, ac moraliter impoſſibili) teneretur Curia Sæcularis aſſignare Reo tempus competens ad probandum. Vel Curia ipſa (opportunis interrogationibus præmiſſis de Patria, & Ordinario proprio domicilii, & Ordinationis) diligentias adhibere in partibus ad litteras teſtimoniales authenticas à ſuo Ordinario obtinendas, ſuper ordinatione, titulo beneficii, &c. & ſuper qualitatibus à Trid. requiſitis pro gaudio fori, *ut in n.* 732. *&* 733.

773 Quòd ſi prædictæ litteræ, & probationes accederent, eorum cognitio facienda eſſet ab Ordinario loci, ubi carceratus exiſtit; juxta *dicta. n.* 766. Quia Reus eſt ei factus ſubditus ratione delicti, *ut in to.* 2. *n.* 207. *Vide nn.* 788.

774 Suppoſitis circumſtantiis expoſitis, & diligentia ad probandum difficili, ac moraliter impoſſibili,

Dico, Judicem ſæcularem licitè poſſe contra Reum juridicè procedere, informationes capiendo, interrogando, & alia de jure præſtanda peragendo; ac tandem pœna, qua dignus eſt, puniendo.

775 Ratio eſt; quia Judex ſæcularis perceptuiram, ac detentionem dicti delinquentis, per defectum probationum in contrarium, habet jus certum in delinquentem, eſt enim in ejus poſſeſſione; & jus certum habet ſuper delicto certo enormi, imò enormiſſimo, cujusmodi eſt, poſt hæreſim, delictũ rebellionis in Principem, aut perduellionis in Patriam, delictum quippè viſcoſum, & quod ſerpere ſolet ut cancer.

776 Dubium de Clericatu, & gaudio fori, eſt leve, imò leviſſimum aut nullum; quia ſolùm pendet ex dicto Rei, qui illud non probat. Collare, & veſtis parva inſufficientem, ac non niſi levem conjecturam præbent, quia ſunt indifferentia, & æquivoca; ſolent enim etiam veſtes longæ deferri à laicis, maximè à medicis, præſertim in pluribus Italiæ Provinciis, quiq; vulgò *Abbates* vocari ſolent, non quia verè tales ſint, ſed ob meram veſtem longam.

777 Adde, indicia efficacia, & præſumptiones vehementes ſtare contra Reum, ejuſq; dictum. Et Primò. Ex repertis litteris compertus eſt fraudulentus, & mendax in fictione nominis; *qui autem in uno falſus deprehenditur, in omnibus ut falſus habendus eſt.* Melphi *in pract. crim. ver. Teſtes ex can.* 12 q. 5. Can. Parvuli, 14. & pluribus juribus. Adeóq; cùm fuerit repertus ſine tonſura, & habitu, immixtus enormibus, præſumendum eſt, collare, & veſtem parvam domi detinuiſſe ad qualitatem perſonæ pro delictorum, circumſtantiarum opportunitate fingendam, aut variandam: cujuſq; dictum eſſe doloſum, & fraudulentum, ad forum ſæculare, in cujus repertus manibus, declinandum; nam ex Regula 8. Juris in 6. *Semel malus, ſēper præſumitur malus.*

778 Secundò. Cùm in litteris, quæ præſumuntur ad ipſum directis, detur ei ſpes beneficium obtinendi, ritè præſumitur eum beneficium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ficium non poſſidere, adeòque habetur præſumptio contra titulum à Trid. *ſeſſ. 21. de reform. c. 2.* pro Clericatu requiſitum, *ut in tom. 3. n. 48.* Inſuper, cùm conſtet, eum minimè per paucos dies, ſed plus temporis, quo in loco delicti commoratus eſt, nulli Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiſſe, ac ſine tonſura, & habitu inceſſiſſe, delictum molientem rebellionis, atq; ſeditionis, quod ex ſui natura longum tempus expoſcit, vehementer præſumitur non habere qualitates in Clerico à Concilio Tridentino requiſitas pro gaudio fori, *ut in n. 731.*

779 Hinc breviter ſic rationem reſtringo. Nemo ſpoliari poteſt jure, quod certò poſſidet, per ſuperveniens dubium, maximè per dubium leve, quod moraliter vinci non poteſt, ex dictis *à num.* 40. Judex ſæcularis certò poſſidet jus contra expoſitum delinquentem, & ſuper delicto enormiſſimo certo; Jus verò delinquentis de gaudio fori eſt dubium, dubio levi, imò leviſſimo, quod [ ut ſupponitur ] moraliter vinci non poteſt. Igitur non poteſt Judex ſæcularis jure, quod certò poſſidet in delinquentem, ſpoliari, per ſuperveniens dubium jam recenſitum. Et conſequenter poteſt contra eum juridicè procedere, & de jure punire, *ut in nu.* 774. *Recole dicta in qu. ſequ.*

780 Denique pro hujuſmodi caſibus irreparabilibus, & extraordinariis recurrit proportione ſervatâ, doctrina Patris Tancredi relata *num*, 663. *&* 676. & Caſtrop. *num.* 789.

## QUÆRES VI.

781 *Quando, & quomodo Clericus tradi poſſit puniendus Curiæ ſæculari?*

Reſpondeo, tunc tradi poſſe, quando ſe immiſcet enormibus, *c. Contingit*, *& c. Perpendemus de ſent. Excom.* Caſtrop. *part. 2. diſ. un. tr. 12. punct. 6.*

782 Enorme dicitur delictum illud, quod in malitia, & fœditate ſupra modum exuberat, ac excedit. Quod prudentiæ probi viri dignoſcendum remittitur. Enormia, ſeu immania, ſunt primo loco Hæreſis, quæ eſt Rebellio contra Majeſtatem ſupremi Regum Regis. Inde Rebellio, & crimen Læſæ Majeſtatis in Principem, Perduellio, falſificatio Monetæ, Latrocinium, Homicidium, Adulterium, Raptus, & ſimilia, quæ numerantur, & explicantur *in tom. 2. n. 62. ad 65.*

783 Spectato autem jure communi, ob nullum crimen quantumvis enorme Clericus eſt Curiæ ſæculari tradendus, niſi fuerit incorrigibilis. Caſtropal. *cit. nu.* 4. *ex c. Cum non ab homine, c. Clerici de Exceſſibus Prælatorum in 6. c.* Fælicis de Pœnis *in 6. c. tuæ de pœnis*, ubi Pontifex injungit Prælatis Eccleſiaſticis, Clericos in enormiſſimis ſceleribus 1. Sodomiæ, 2. Occiſionis Cardinalis, 3. Latrocinii, & ſimilibus deprehenſos, punire, 1. depoſitione, & detruſione in Monaſterium, 2. ita ut vita ſit illi mors, puta immuratione, perpetua recluſione in ergaſtulo; 3. Degradatione à ſuis ordinibus, & detruſione in arcta Monaſteria. Non injungit autem, ut Curiæ ſæculari tradantur, adeòq; apertè colligitur, ad tradendum Clericum Curiæ ſæculari ex jure communi requiri repetitionem delictorum, & incorrigibilitatem.

784 Incorrigibilis dicitur Clericus ex jure communi, ſi ter monitus, 1. Sub depoſitione, 2. Sub Excommunicatione, 3. Sub Anathemate. *Ex cap. cum non ab homine*, *de Judiciis*; ex conſuetudine verò, ſi ter monitus ſub excommunicatione, adhuc contumax perſeverat.

785 Ab hoc autem requiſito incorrigibilitatis, & trinæ monitionis, excipitur primo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aſſaſſinium, *ex cap.* 1. *de homicidio in* 6. Debet verò priùs conſtare de delicto, & talis à Judice Eccleſiaſtico declarari. Et tunc eo ipſo, quo Clericus per declarationem authenticam fuerit à Judice Eccleſiaſtico declaratus aſſaſſinius, ſtatim juriſdictionis eſt ſæcularis, & ab ea juridicè puniendus.

786 Secundò. Excipitur Hæreſis, hoc pacto, quòd ad hoc ut pro crimine hæreſis Clericus Curiæ ſæculari tradatur, non requiratur incorrigibilitas modo recenſito, quæ triplicem monitionem ſupponat, *ut in num.* 784. & qualis pro aliis delictis expoſcitur; ſed requiratur, & ſufficiat Relapſia, nempe hæreſis repetita poſt ſententiam, *ex cap. Ad abolendam, de Hæreticis, cap. Super eo*, *& cap. Accuſatus de Hæreticis in* 6. Tunc námque à jure incorrigibilis judicatur. Et ſic ut quis pro hæreſi Curiæ ſæculari tradatur, adhuc requiritur incorrigibilitas, quæ unicam monitionem authenticam per ſententiam ſupponat.

787 Tertiò. Excipitur caſus, quo Clericus ſine habitu, & tonſura enormibus ſe immiſceat; Canones enim, qui incorrigibilitatem, & trinam monitionem expoſcunt, loquuntur de Clerico, qui cum habitu, & tonſura enormibus ſe immiſcet, qui privilegium Clericale non amittit, *ex c.* 1. *de Apoſtatis*, *C. ex parte* 2. *de Privilegiis*, *& C. Contingit de ſent. excomm.* Unde qui ſinè habitu, & tonſura enormibus ſe immiſcet, poteſt Curiæ ſæculari tradi, abſque eo, quòd præcedat trina monitio; quia eo ipſo privilegium Clericale amittit, maximè ex jure novo Conc. Trid. Caſtrop. *cit. n.* 5. Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 33. *v. nu.* 733.

788 Qui ritè ſubdit: *Requiritur tamen, ut per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici notum ſit, Clericum enormibus ſe immiſcere, & ſinè habitu, & tonſura incedere; aut cum habitu, & tonſura incedentem monitum ter eſſe, ne enormia committat; aliàs Judex ſæcularis judicare, & punire illum non poterit. Quia qualitas tribuens juriſdictionem, prius probanda eſt. l. Si quis aliena, ff. de Judiciis. Quæ probatio non à Judice ſæculari, ſed ab Eccleſiaſtico, cui Clericus ſubjicitur, facienda eſt.* Eò maximè quia Clericus regulariter Curiæ ſæculari non traditur, niſi prævia degradatione ab Ordinibus; Degradatio autem fieri non poteſt niſi à Judice Eccleſiaſtico, & ex prævia probatione, & ſententia declaratoria delicti: *ver. Degradatio.*

789 Denique Caſtropal. *cit. nu.* 6. addit: *Dixi*: ſpectato jure communi: *ob nullum crimen Clericum tradendum eſſe ſæculari Judici puniendum, niſi incorrigibilis fuerit; ut tacitè indicarem, ex recepta conſuetudine, ſæpe tradi nulla incorrigibilitate expectatâ, ſi delictum nimis atrox ſit, & ſcandaloſum, ac à viris piis, & prudentibus judicatur, Reipublicæ convenire tale committentem è gremio Eccleſiaſticarum perſonarum pelli, & ultimo ſupplicio affici, ut de facto ſæpe ità judicatum eſt. Ergo alienum eſſet à ratione hanc pœnam executioni non mandari. Neque enim privilegium Eccleſiaſticæ immunitatis, in favorem, & honorem ſtatus Clericalis introductum, in illius indecorem convertendum eſt: ſic Covarr. & c.* Farinac. &c. Et quidem practicatum videmus, Clericos Rebelles Curiæ ſæculari tradi, & ultimo ſupplicio affici, nullâ monitione præviâ, nullâque incorrigibilitate expectatâ: *v. n.* 676.

790 Denique Urb. III. per Bullam *In ſuprema* editam 1627. nullam mentionem faciens de incorrigibilitate, abſolutè ſtatuit, perſona Eccleſiaſticas, ſive ſæculares, ſive Regulares in locis duntaxat Italiæ exiſtentes, quæ aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare præſumpſerint, præviâ degradatione eſſe Curiæ ſæculari tradendas, ultimo ſupplicio puniendas. Præfata autem Bulla non comprehendit Siciliam,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

liam, quia non exprimit inſulas coadjacentes, quæ in odioſis non veniunt nomine Italiæ, niſi exprimantur.

De Immunitate agunt Diana *p. 1. tr. 1. &* 2. *p.* 3. 4. 5. *&* 6. *tr.* 1. Caſtropal. *part.* 2. *diſp.* unic. Bordonus *reſ.* 2. Tancredi *tom.* 3. *tr.* 1. *lib.* 4. Alarius *lib.* 2. *ver. Imm.* Fagnanus *lib.* 3. *tit. de Immun. lib.* 1. *C. Conſuetudines de conſuetudine, ibid. cap. Magnus de Obligat. ad ratioc.*

## GABELLA

791 Eſt *actio publica, à Principe impoſita ſubditis ad ſuæ domus ſuſtentationem & Regni conſervationem*, putà ad præſidia retinenda, ad bella gerenda, ad Pontium, Mœniorum, ac Navium conſervationem, & ad alia pro Regni cuſtodia neceſſaria providendi: *v. num.* 800.

Ut gabella ſit juſta, requiritur juſtitia ex parte quatuor Cauſarum, efficientis, materialis, formalis, & finalis. Ità ut ſi gabellæ ſint injuſtæ, ſeu ſint impoſitæ, aut auctæ, præterquam in caſibus à jure, ſeu ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, tam imponentes, aut augentes, quàm imponi, aut augere exigentes, incidant in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, §. 5. *latam*.

792 Ex parte *efficientis*, pro juſtitia requiritur, ut, qui imponit, ſit Princeps ſupremus alium Superiorem in temporalibus non agnoſcens, vel inferior de mandato ſupremi. Unde gabellas imponere non poteſt Provincia, Civitas, &c. niſi ex conſuetudine legitima, aut privilegio; quo gaudet Urbs Barcinonenſis. Mendo *ver. Gabella*.

793 Poteſt Princeps aliquem ſibi, & communicati benemeritum, etiam cum ſuis deſcendentibus à ſolutione alicujus gabellæ eximere, ut infra dicemus de Monte Pietatis.

794 Ex parte *Cauſæ materialis, Jus civile* in *Univerſ. Cod. de vectigal. in leg. omnium ibid.* decernit, ut gabellæ imponantur ſolùm in rebus mercimonii, & negotiationis cauſa de una in aliam Provinciam, aut Urbem aſportatis, tam ingrediendo, quàm exeundo. Unde ex præfato Jure non ſunt licitæ gabellæ impoſitæ ſuper victualibus frumento, pane, vino, oleo, carnibus, &c. Toletus *lib. 5. c. 74.* Cajet. *ver. Vectigal.* quia proportionem non ſervant, cum æquè gravent pauperes, ac divites.

795 Suarez tamen *de leg. lib. 5. c. 16.* & Dian. *p. 2. tract. 17. reſ.* 28. tenent, gabellas ſuper victualibus impoſitas non eſſe injuſtas, ſi conſuetudo adſit; quia lex civilis poteſt per conſuetudinem abrogari. Et illa oppreſſio pauperum, in quantum æquè gravantur, ac divites, compenſatur per hoc, quòd cum tales gabellæ minutim, & quaſi inſenſibiliter ſolvantur, minora patiuntur incommoda pauperes, quàm ſi cenſu capitis, aut patrimonii gravarentur.

Certum tamen eſt, eas eſſe juſtas, ſi conſuetudo legitimè præſcripta vigeat, & publica neceſſitas adſit, ac gabellæ ſuper mercibus non ſufficiant.

796 Sub nomine gabellæ comprehenditur, Primò *Tallia*, quæ imponitur ſubditis ſolvenda proportione habita ad eorum bona, quæ etiam vocatur *Impoſitio, & Collecta*, quæ ſolet imponi aliqua communi, & publicà neceſſitate urgente; ut titulo matrimonii à Principe contracti, veluti ad ornatum uxoris, & ad ſponſalitii ſplendorem, juxta Regionis conſuetudinem.

797 Secundò venit tributum, & penſio de ſolvenda annata, aut media annata ſuper officiis, & muneribus conceſſis à Principe.

798 Angaria autem, & Perangaria non ſunt reputanda inter gabellas, quia ſunt injuſta; ſunt enim *Coactio injuſta ad onus merè perſonale, aut mixtum ex labore perſonali, & mu-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*munere aliquo perſolvendum.* Angaria eſt onus merè perſonale, Perangaria onus mixtum,

799 Ex parte *Cauſa formalis* pro juſtitia requiritur, ut ſervetur proportio tam vaſſallorum inter ſe, *ut in n.* 794. quàm ad vires Regni; nam ſi vires Regni non ſufficiunt, injuſta eſt gabella; & ſi vaſſalli ſint plus æquo gravati, tenetur in conſcientia Princeps gabellas minuere.

800 *Ex parte cauſa finalis* requiritur juſta cauſa, nimirum publica neceſſitas, & communis utilitas, *ut in n.* 790. Sinè juſta cauſa non poteſt Princeps gabellas imponere, aliàs peccat, & ad reſtitutionem tenetur.

801 Si gabella ſit impoſita ob determinatum finem, eo ceſſante continuari non poteſt, niſi inſtet alia æqualis neceſſitas; quia tunc commutatur materia. Mendo *cit. num.* 7. *v. n.* 822.

802 Pro quantitate gabellæ non poteſt certa regula tradi, ſed eſt remittenda arbitrio boni, & periti viri, qui attendere debet neceſſitatem, & proportionem, juxta ſuperiùs dicta; adeóque Principes non debent gabellas imponere ſinè maturo timoratorum, & peritorum Theologorum, ac Juriſperitorum conſilio.

803 Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 132. tenet non eſſe injuſtam gabellam, ſi excedat octavam partem valoris rei, dummodo cæteræ conditiones concurrant.

Ritè autem de juſtitia gabellæ dubitat Corſettus cum aliis apud Dianam *cit.* ſi excedat octavam partem valoris rei, eſt námque excedens. Cui favet *lex de Præſtatione, C. de vectigalibus*, talem exceſſum prohibens.

Et quamvis dicta lex valeat pro Regnis Imperio ſubjectis [ut ait Diana] poteſt aliis inſervire pro exemplo.

Et quidem in noſtra Urbe Panormi praxis eſt, & præfixio, ut pro gabella ſolvatur decima pars, & aliquantò minus valoris currentis rei, putà mercium; pro qualibet namque uncia valoris currentis rei ſolvuntur pro gabella tareni duo, grana decem, & novem, & duæ partes grani, videlicet, tarenus unus, & quatuor partes grani pro ratione Regiæ Capitis grana decem, & octo, & quatuor partes grani, pro ratione Regiæ Doganæ; & tarenus unus pro gabella novi impoſiti.

Hoc pacto ut plurium locorum cives ſunt immunes à portione gabellæ granorum decem, & octo, & quatuor partium grani ſpectantis ad Regiam Doganam, tales ſunt Cives Urbis Panormi, & quamplurium locorum, qui ſolùm alias duas portiones tarenorum duorum, & quatuor partium grani ſolvere tenentur pro qualibet uncia valoris mercis. Aliorum verò locorum cives ſolvere tenentur omnes tres portiones ad ſummam tarenorum duorum, granorum decem, & novem cum duabus partibus grani; unde illi vocari ſolent vulgo *Franchi*, iſti *Rendabili*.

804 Si juſtitia gabellæ non ſit certa, ſed ſub opinione; Princeps non poteſt ſequi opinionem probabilem, relictâ probabiliori; ſequitur ex dictis *nu.* 74. *& à n.* 108. quia agitur de juſtitia commutativa, & de ſpolianda ſubditos bonis, quæ poſſident. Mendo *ver. Gabellæ n.* 2.

## GABELLAS SOLVERE NON TENENTUR

805 Eccleſiæ, loca pia, & Eccleſiaſtici ſive Clerici, ſive Religioſi utriuſque ſexûs, *ut n.* 755. *& à num.* 704. *ad* 715. Qui non poſſunt directè, aut indirectè gravari gabellis, tributis, & aliis oneribus, neque ſuper bonis patrimonialibus, ſive illis, ad quorum titulum ſunt ordinati, ſive aliis quomodolibet eis provenientibus, v.gr. titulo hære-

ditatis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ditatis, donationis, &c. quia jura *n.*712. relata indiſtinctè loquuntur.

Indirectè gravarentur Clerici, ſi gabella ſuper re imponeretur, non principaliter in gravamen Clericorum, ſed generaliter in gravamen omnium, ità ut Clerici illam emerent ſub eo gravamine.

806 Non eximuntur à gabellis Clerici, 1. Si habitum Clericalem aſſumant in fraudem gabellarum abſque intentione in eo ſtatu permanendi: ſequitur *ex num.* 758. *&* 759. *quia fraus nemini patrocinatur.* 2. In bonis eis donatis, v. gr. à parentibus donatione apparenti, in fraudem gabellarum, ut nimirum Clericorum ſcuto non ſint ſubjecta gabellis, *v. n.* 715. 734. 735. 736. Denique ex rebus, & fructibus, quos Eccleſiaſtici vendunt, ſolvi debet gabella. Mendo *ver. Gabella n.* 13.

QUÆRES

807 *An poſſit Princeps ob publicam neceſſitatem gabellam imponere ſolvendam nedum à laicis, verùm etiam ab Eccleſiaſticis?*

RESP. poſſe, quinque concurrentibus conditionibus.

Prima eſt. *Ut Neceſſitas, vel utilitas ſit magna, & evidens, ex cap. Non minus, 4 de Immunit.*

808 Secunda. *Ut facultates laicorum non ſufficiant, ex cit. cap.*

Tunc autem non ſufficere dicuntur, quando ex una parte facultates communitatum deficiunt, & ex alia cives (ſi Eccleſiaſtici excluderentur) cogerentur ſe privare illis, quæ ſunt neceſſaria ad vivendum ſecundùm convenientiam ſui ſtatûs. Si verò facultates communitatis ad neceſſitatem ſublevandam ſufficerent, neque laici particulares poſſent gravari, *ut ex n.* 800. Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 133.

809 Tertia. *Ut neceſſitas, vel utilitas ſit ſaltem communis laicis, & Clericis, ex cit. cap.*

810 Quarta. *Ut Epiſcopus, & Clerus deliberent, & conſentiant; ex cit. cap.* Nomine Cleri non venit ſolùm Capitulum Cathedralis, ut tenent plures, ſed omnia Capitula Urbis, & Vicarii foranei Diœceſis; quia omnes gravantur, & ſic omnes cognoſcere debent qualitatem neceſſitatis, ut deliberent, an, & quantum debeant concurrere. Item veniunt etiam Capitula Religionum, ſi Religioſi ſint comprehendi, Diana *p.* 5. *tr.* 1. *reſ.* 11.

811 Quinta. *Ut prius de tali contributione conſulatur Summus Pontifex, & ejus habeatur licentia, & cap. Adverſus de Immunit.* ità ut ſolus conſenſus Epiſcopi, & Cleri non ſufficiat, niſi periculum eſſet in mora: quo caſu, ſi duratio gabellæ non eſſet modica, facta impoſitione de ſolo conſenſu Epiſcopi, & Cleri, conſulendus ſtatim eſſet Summus Pontifex pro approbatione. Cùm autem hujuſmodi licentiæ impetrantur, ſunt prius ab Epiſcopo audienda capitula Clericorum, & eorum, de quorum intereſſe agitur.

812 Gabella denique his concurrentibus conditionibus jam impoſita, exactio non poteſt fieri à Judice laico, ſed per perſonas Eccleſiaſticas ab Epiſcopo deputatas. Conſtat ex Bulla Urb. VIII. pro Ducatu Mediolanenſi.

813 Publica neceſſitas, vel utilitas eſt: Reparatio pontium, fontium, murorum Civitatis, viarum publicarum, alluvionum ex fluminibus cum damno agrorum, aut Urbium. Annona. Famis. Bellum. Peſtis, &c. At ſuper nulla ex his, aut aliis neceſſitatibus poſſunt ab Eccleſiaſticis contributiones expoſci, niſi recenſitis quinque concurrentibus conditionibus; ſed omnino communibus contributionibus ſunt exempti.

814 Nec dicas, Eccleſiaſticos obligari ex beneficio à laicis accepto, quod eſt commune. Quia (ut optimè diſcurrit Caſtropal. *p.* 2. *diſp. unica tr.* 12. *punct.* 9. *n.* 4.) *Eſto beneficium commune*

*commune ſit Clericis, & laicis, ſumptus non debent eſſe communes: dignitas enim clericalis petit, ut aliquo privilegio ſpeciali fruantur; ſicut enim privilegium militiæ, & regiminis eximere ſolet militem, & magiſtratum ab iis contributionibus communibus, tametſi de beneficio communi æquanimiter participent: ſic dignitas clericatus eximere poterit Clericum ab his oneribus. Adde Clericos hoc beneficium à laicis acceptum aliis beneficiis compenſare: ipſi enim Clerici ſpecialiter concurrunt ad ſubventiones pauperum, reparationem templorum, & illorum ornatum, & cultum: quæ omnia in utilitatem cedunt laicorum. Ergo hoc ſumptu ſufficienter compenſant ſumptus laicorum.*

815 Inſuper publicâ neceſſitate ſuppoſitâ, quinque conditionibus concurrentibus, & licentiâ Summi Pontificis obtentâ, quæ Eccleſiaſticos omnes, etiam Regulares, comprehendat; adhuc ab omni onere, & contributione excipiuntur, & eximuntur Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia S. P. Franciſci, Reformati ejuſdem, & Capucini; quia nil proprii poſſident, ſed vivunt de puris eleemoſynis manualibus, aut à pietate fidelium legatis, quarum nullum dominium habent, aut proprietatem; ut meminit Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de refor. c. 3.* & liquet infrà *ver. Legata Minorum.*

Hinc, Cum Alex. VII. pro urgentiſſima neceſſitate contra Turcas Germaniam, & Inſulam Cretæ invadentes, per Bullam *Cum Divina* 1660. editam indixiſſet ſex Decimas per decennium in ſubſidium ſolvendas ſuper fructibus omnium Eccleſiaſticorum, etiam Regularibus comprehenſis, per totam Italiam, & inſulas coadjacentes: fuit declaratum per Epiſtolam Theſaurarii Gen. ſub die 20. Maii 1662. Subcollectoribus miſſam, Fratres Minores Obſervantes S. Franciſci non teneri ad dictam contributionem, & injunctum, ne iiſdem ſuper hoc moleſtiam inferrent. Lantuſca *ver. Gabella nu. 3. v. n. 821.*

Qui *nu. 6.* refert etiam aliam Deciſ. Theſ. Gen. & Congr. Prælatorum Cameræ, quibus injungitur conductoribus publicis laniariorum, ut non poſſint adſtringere Fratres Minores Obſervantes ad carnem in ſuis laniariis ſumendam, ſed quòd poſſint in aliis locis propinquis ſumere, ubi valet minori pretio habere.

816 Ab excommunicatione non excuſantur, qui exigunt, aut exigi mandant gabellas ab Eccleſiaſticis, cum animo eas reſtituendi in fine anni, quamvìs dicant, id facere ad vitandas fraudes officialium gabellas exigentium. Duardus, & alii apud Dianam *p. 1. tr. 1. reſ. 44.* quia cogunt antea ad ſolvendum, quod eſt onus, & incommodum Clericis.

Subdit tamen Diana *cit.* in noſtra Urbe Panormi ſinè Scrupulo obſervari conſuetudinem hanc ſolvendi Clericis in fine anni (ut vulgo dicitur) lo ſcaſciato, pro gabellis per eos antea ſolutis; quia hoc fit, ipſis Clericis [non quidem privilegium renunciantibus] ſed conſentientibus, & de licentia Summi Pontificis.

## MONITUM

817 SI aliquando vides onera imponi, & aliter fieri. Si tuam vis ſervare Conſcientiam, Deum, ejuſque Judicium reformidas; non ad facta, ſed ad ea, quæ de jure fieri debent, attendas. Et interim Sacrum Canonem Concilii Lateranenſis *cap. 4.* præ oculis habeas, qui eſt, ut ſequitur.

„ 818 Non minus, &c. In diverſis mun-
„ di partibus Conſules Civitatum, & Recto-
„ res, necnon & alii, qui poteſtatem habere
„ videntur, tot onera frequenter imponunt
„ Eccleſiis, ut deterioris conditionis fa-
ctum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ctum ſub eis Sacerdotium videatur , „quàm ſub Pharaone fuerit, qui legis divi„næ notitiam non habebat. Ille quidem „omnibus aliis ſervituti ſubactis, Sacerdo„tes & poſſeſſiones eorum, in priſtina liber„tate dimiſit, & eis alimoniam de publico „adminiſtravit: Iſti verò onera ſua ferè uni„verſa imponunt Eccleſiis, & tot angariis eas „affligunt, ut eis, quod Jeremias deplorat, „competere videatur: Princeps Provincia„rum facta eſt ſub tributo. Sive quidem foſ„ſata, ſive expeditiones, ſeu alia quælibet „ſibi arbitrentur agenda, de bonis Eccleſia„rum, & Clericorum, & pauperum Chriſti „uſibus deputatis volunt ferè cuncta com„pleri. Jurisdictionem etiam, & auctoritatem „Prælatorum ità evacuant, ut nihil poteſta„tis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſ„ſe. Quocirca ſub anathematis diſtrictione „fieri de cætero talia prohibemus: niſi Epi„ſcopus, & Clerus tantam neceſſitatem, vel „utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exa„ctione ad relevandas communes utilitates, „vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppe„tunt facultates, ſubdia per Eccleſias exi ſti„ment conferenda. Si autem Conſules, aut „alii de cætero iſta commiſerint, &c. vide *n.* 714 & 791: *Erudimini, qui judicatis terram*, Pſal. 2.

Vide infra de Jure patronatûs, *ver. Quæ*ro, caſum de onere ſuper penſione, & de fundatione gabellæ, *ver. Quid reſtituendum.*

De Gabellis agunt Diana *p.* 1. *tr.* 2. *à reſ.* 35. *ad* 49. *reſ.* 132. & 133. Caſtropal. *p.* 2. *diſ.* unica *tr.* 12. *punct.* 9. Fagnanus *lib.* 3. *c. Epiſcopus de Prebendis à n.* 30. & *c. Non minus, de* Immun. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 31. *ſect.* Mendo *in* Ampl. *ver. Gabella*, Ant. à Spir. Sanct. *de* Cenſuris *tr.* 12. *diſ.* 3. *ſect.* 5. Alarius *lib.* 4. *verb.* Gabella, *Clericatus c.* 32.

PARLAMENTUM REGNI SICILIÆ, ET NEAPOLIS

819 ESt Conventus Procerum Regni pro cauſa publica congregatorum.

In Sicilia ad illud concurrunt tria Regni brachia, Eccleſiaſticum, Demaniale, & Militare. *Eccleſiaſticum* componitur ex Archiepiſcopis, quibuſdam Abbatibus & Prioribus. *Demaniale* ex Procuratoribus Civitatum, & Caſtrorum immediatè Regi ſubjectorum. *Militare* ex Baronibus obligatis ratione feudi ad ſervitium militare.

820 Et quia ut plurimum congregatur pro donativo Regi præbendo, pro juſtitia requiritur juſta cauſa, puta neceſſitas ex parte Regis petentis, & ſufficientia virium ex parte Vaſſallorum. Super qua Regis neceſſitate credendum eſt à Parlamentarius ipſi Regi, quia eſt neceſſitas in facto proprio Regis. in quo ſemper præſumi debet juſtitia cauſæ, niſi conſtet de injuſtitia. Maximè attendenda eſt cauſa formalis, & finalis, ut in gabellis, *n.* 799. & 800.

821 Hinc monentur Proreges piiſſimi, & timorati Parlamentarii, ut ſolerter juſtitiam donativi, atque vaſſalorum, & univerſitatum vires conſiderent, ne in extraordinariis donativis, quæ præſcribunt, Regno onus imponant, quod ſuſtinere non valet. Adeóq; conſulere debent peritos ſimul, & timoratos Theologos illos, quos à pernicioſo adulationis vitio, & à rerum temporalium deſideriis maximè alienos eſſe cognoverint, eóſq; etiam contradicentes, gratanter, ac benignè recipere.

822 Notat Diana *cit qu.* 22. *in fine: Eccleſiaſticos, qui intrant in Parlamento, non teneri ad donativum, niſi ſponte offerant, & in Brevi Apoſtolico ita in ſpie determinatum eſt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

823 Et etiam tunc Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, atque etiam Reformatorum, & Capucinorum, ad donativum non tenentur, nec obligari poſſunt: conſtat ex dictis *n.* 815. Et ita ſervatur in praxi.

### QUANTUM AD NUMERUM SUFFRAGIORUM.

824 SI Parlamentum ſit pro donativo Regis, ſufficit major pars. In Regno autem Siciliæ requiritur, ut concurrat brachium Eccleſiaſticum, ita ut non ſufficiat, ſi major pars brachii Demanialis, & Militaris concurrant, niſi etiam brachium Eccleſiaſticum concurrat, in quantùm ſupponitur Eccleſiaſticos loqui liberiùs, & ſine metu.

825 Si Parlamentum ſit pro dando donativo Pro-Regi, omninò priùs ad valorem requiritur licentia Regis, & non ſufficit major pars, ſed ſuffragia omnia concurrere debent; quia hoc donativum eſt omninò liberum, & perfectè voluntarium, adeóque omnes conſentire debent, Ad differentiam de donativo Regis, quo quidem (ut ritè notat Diana) nomine eſt donativum, & revera eſt ſervitium, quod Regi præſtatur, ad eum à neceſſitatibus ſublevandum; & maximè, ſi neceſſitas ſit pro eodem Regno.

Item omnia ſuffragia requiruntur, ſi in Parlamento (utì etiam ſolent) agatur de admittendo aliquem exterum in Regnicolam. In qua re attendi debet, an ſit ſpes, quòd talis acceptatio ſit futura utilis Regno, minimè obnoxia, qualis ſortiretur, ſi exter admiſſus, officiis, aut beneficiis obtentis, occaſione [quæ iſtis eſt facilis] capta, recederet officiis, aut beneficiis commutatis, & penſionibus impoſitis pro ſe retentis; quod utiq; cederet in Eccleſiæ, ac officiorum perniciem, & in præjudicium Nationalium.

826 In Parlamento, in quo omnia ſuffragia ſunt neceſſaria, ſi agatur de re injuſta, non poteſt Parlamentarius ſe abſentare; quia per ſuum votum negativum poteſt injuſtam concluſionem impedire, adeòque permittendo peccat. Nec poteſt majori parti ſe ſubſcribere, ſi ei certò conſtet injuſtitia concluſionis. In dubio autem; ſi major pars, aut ſanior certò, aut probabiliùs judicet de juſtitia, poteſt dubium deponere, & majori, aut ſaniori parti ſe conformare. Donatus *tom.* 1 *p.* 2. *qu.* 16. Eadem ratione Procurator univerſitatis, licèt ſit conſtitutus cùm facultate ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere alium, quem prævidet faciliter in concluſionem injuſtam condeſcenſurum.

827 In Parlamento, ubi ſufficit major pars, ut de donativo Regis; ſi concluſio eſt injuſta, tunc intrat peccatum, & onus reſtitutionis.

828 Quantum ad peccatum, omnes peccant mortaliter, etiamſi major pars jam ſuffragara ſit; quia omnes poſitivè ad rem peccaminoſam poſitivè concurrunt. Hinc Exodi 23. ſcriptum reperitur: *Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à vero devies.*

829 Quantum verò ad reſtitutionem, ſolùm priores, qui majorem partem conſtituunt, ad reſtitutionem tenentur; minimè poſteriores, quia ſolùm priores ſunt cauſa efficax ſubſtantiæ damni, ſeu concluſionis injuſtæ; poſteriores autem ſolùm concurrunt (ut ita dicam) ad modum actûs, nempe ad majorem plenitudinem ſuffragiorum. Qua ratione peccat, at non tenetur ad reſtitutionem, qui concurrit efficaciter non ad ſubſtantiam actûs furti, ſed ſolum ad circumſtantiam, aut ad modum actûs *ut infra ver. Qui reſtituere teneantur.*

830 Unde dictum illud, *quod minor pars*

*poſſit,*

*poſſit, imò teneatur ſe ſubſcribere majori parti, & approbare, quod eſt à majori parte concluſum, à ſumptum ex l. Quod major pars, & l. Aliud, §. refertur, de Regulis juris*, eſt verum de eo, quod præſumitur juſtum, & melius; aut in dubio; ſi enim minor pars de juſtitia dubitet, & major pars, maximè ſit ſanior, pro certo, aut probabiliùs ſtat pro juſtitia, tunc quidem poteſt, aut tenetur minor pars dubium deponere, & majori, maximè ſaniori, parti ſubſcribere, & approbare concluſum.

831 *Hi ergo* [ait Diana in Summa] *benefacient, ſi à Parlamento pro ea die ſe abſentent, dum abſq; magna ſingularitatis, & protervia nota pro juſtitia loqui, & ſuam conſcientiam exonerare non poſſunt; nam id in tali caſu fieri poſſe concedit Valerius ver. Suffragium, diff. 2. in fine*, & Ledeſma *tom. 2. tr. 7. c. 2. Concl. 24. quia nimis grave videtur aliquem, ut cum tanto incommodo, & periculo reſiſtat Parlamentariorum torrenti.*

832 Recenſiti, qui reſtituere tenentur, tenentur ſinguli in ſolidum, quia ſinguli ſunt cauſa totalis, minimè totalitate cauſæ, ſed totalitate effectùs: ità Com. *ut infra ver. Poſſeſſor malæ fidei.*

833 Stroverſdorff, apud Dianam *par. 4. tr. 4. reſ. 79.* tenet, ſingulos eſſe cauſas partiales, quia ſingulorum concurſus non eſt ſufficiens ſed ex omnibus ſimul fit unus concurſus ſufficiens, & efficax. Adducit exemplum de pluribus navim trahentibus, qui ob dictam rationem ſunt cauſæ partiales, ac proinde non debetur ſingulis tota merces; adeóque, ſicut quando proſunt, non debetur ſingulis tota merces, ſed debent illam inter ſe dividere; ita quando obſunt, non debent ſinguli ſuam reparare partem. Item tenet de pluribus ad eandem injuſtitiam concurrentibus, quoties ſingulorum concurſus ſine aliorum concurſu non fuiſſet efficax.

834 At non eſt à communi recedendum; quia ex hoc, quòd ſinguli non ſufficiant, ſolùm ſequitur, quòd ſint cauſæ partiales partialitate cauſæ, & influxûs; minimè quòd non ſint ſinguli cauſa totalis totalitate effectûs, nã ex quo ſine ſingulis injuſtitia non fieret, tota injuſtitia ſingulis attribuitur.

835 Id verum eſt, quod in dubio, an tuum ſuffragium fuerit de primis, & efficacibus, an verò de ſequentibus, peccâſti quidem, ſed non teneris ad reſtitutionem; quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis.

## PRAXIS PARLAMENTI.

836 PArlamenta Generalia, ſingulis tribus annis in hoc Siciliæ Regno congregari ſolita, differri ſolent ad ſex, aut plures annos.

837 In his Excell. Pro-Rex ex parte, & nomine Suæ Majeſtatis cunctis parlamentariis proponit Primò Regis neceſſitatem, de confirmatione, & continuationem ſeptem veterum annualium donativorum, videlicet: Pro Regia Curia, pro Triremibus, pro Palatiis, pro Munitionibus, pro Ædificiis, pro Regni Deputatione, pro Pontibus, Turribus, & Regentibus. Hoc dicitur Donativum Ordinarium, quod continuari ſolet per tres annos: ut *in num.* 841. Cujus Donativi Brachium Eccleſiaſticum ſolvere ſolet annuatim ſextam partem.

838 Inſuper Sua Excellentia proponere ſolet ex parte Suæ Majeſtatis peculiarem aliam Regis neceſſitatem, ſive in miniſterium proprium ipſius Regis, ſive ob bella ſuſtinenda, ſive ob ejuſdem Regni neceſſitatem, & utilitatem, ut contigit in elapſo Parlamento, de anno 1698. ad reficiendum defectum monetæ veteris jam adulteratæ, ac mutilatæ, cùm moneta nova ejuſdem

valoris, ad Regis rationem cum antiqua commutanda, ad Monetariorum fraudes Regno pernicioſas eliminandas. Ob quam peculiarem neceſſitatem aliud donativum à priori diſtinctum expoſcit, & hoc vocatur donativum extraordinarium, quod ſolùm primo anno, & pro unica tantùm vice ſolvitur, quodque ſolet eſſe duocentum millia ſcuta, cujus donativi Brachium Eccleſiaſticum pariter ſextam partem ſolvere ſolet.

839 His uti ſupra propoſitis, Caput totius Parlamenti, qui ſolet eſſe Archiepiſcopus Panormitanus, ut pote Brachii Eccleſiaſtici Caput, pro cunctis reſpondet: *Quod, quando conſilia inter tria Parlamenti Generalis brachia habebuntur, attendentur, quæ attendenda erunt, & reſponſum dabitur.* Inde.

840 In prima ſeſſione Brachium Eccleſiaſticum, ante omnia, Actum proteſtatorium emittit, quòd cuncta Eccleſiaſticorum Parlamentariorum ſuffragia intelligantur ſub hac conditione lata, nimirum, quòd ſi donativa, quæ concludentur, non venirent confirmata à Summo Pontifice, tunc emiſſa ſuffragia intelligantur irrita, ac nulla, ac ſi non fuiſſent emiſſa.

841 In ſeſſionibus ſequentibus attentè conſideratis, atque perpenſis dictis: *à n.* 819. *ad* 835. ſi juſtitia reperiatur, fit Primò Concluſio, & Oblatio Regi ſuper ſeptem Donativis antiquis annualibus per tres continuos annos: ut *in n.* 837.

842 Et quia tribus elapſis annis, ſolet recenſiti donativi ordinarii exactio continuari titulo commodati, uſque ad novum Parlamentum futurum; omnino attendendum eſt ad talem exactionem, & ſolutionem, elapſis jam tribus annis donativi, non poſſe ſub recenſito, aut alio titulo adſtringi Eccleſiaſticos; quia jam pro iis finem habuit licentiam Summi Pontificis. Et ſicut concluſione donativi facta, non poteſt exactio, & ſolutio e[illegible] re incipi, & executioni mandari quantum ad Eccleſiaſticos, niſi prius accedat licentia, & aſſenſus Summi Pontificis, qui proinde non poſſunt adſtringi; ità ea licentia terminata non poteſt exactio ex jure quantum ad illos continuari, ità ut non poſſint adſtringi, ut conſtat ex dictis de immunitate reali, & gabellis: *v. n.* 811. & 866.

843 Verum tamen eſt, quòd in novo Parlamento proponitur, non ſolùm continuatio ſeptem donativorum ordinariorum ad alios tres annos, ſed etiam confirmatio eorumdem ſeptem donativorum ordinariorum titulo commodati exactorum per annos intermedios ab elapſo triennio Parlamenti præteriti, uſque ad præſens novum; & utraque, videlicet tam confirmatio, quàm innovatio, concluditur, & quantum ad Eccleſiaſticos, pro utraque petitur aſſenſus Summi Pontificis.

844 Poſtea fit concluſio, & oblatio Regi de donativo extraordinario: ut *in n.* 838.

845 Inde in præmiſſorum donativorum oblationem, ſolet Parlamentùm concludere petitionem trium gratiarum apud Regem faciendam in beneficium Regni.

Denique Parlamento concluſo, accedunt ad Excell. Proregem, tria bracchiorum capita; cui concluſa referunt, & tres gratias petunt.

De Parlamento, agit Diana *par.* 1. *tr.* 3.

## ALIENATIO RERUM, ET BONORUM ECCLESIASTICORUM

846 Eſt prohibita ad favorem Eccleſiæ. Et quidem quoad bona ſtabilia Eccleſiæ, ex utroque Jure Divino, & Canonico; nam bonorum Eccleſiæ Clerici, & Monachi non ſunt domini, ſed uſuarii; & Prælati ſunt miniſtri, & coloni. Unde Le-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Levit. 25. dicitur: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos advenæ, & coloni mei eſtis.* Et *in cap. cum ex parte, de eleſſ. in 6.* dicuntur patrimonia Chriſti; adeóque ad Chriſtum, ſeu ejus Vicarium ſpectat de illis diſponere.

847 Alienatio igitur, cum ſit favorabilis Eccleſiæ, hic non accipitur propriè, & ſtrictè, prout eſt translatio dominii directi; ſed impropriè, & largè, prout *eſt translatio cujuslibet dominii tam directi, quàm utilis, aut juris iurr.* De quibus infrà: *verb. Dominium.*

848 Hinc prohibetur venditio, donatio, permutatio, &c. in quibus dominium directum transfertur. Item infeudatio, hypotheca, emphyteuſis, locatio, & conductio ultra triennium: Et oppignoratio, in quibus transfertur dominium utile, ſeu jus in re.

849 Nomine Eccleſiæ, veniunt ipſæ Eccleſiæ propriè dictæ, Monaſteria Regularium utriuſque ſexûs. Inſuper Confraternitates, Hoſpitales, Eremitoria, & Pia loca, authoritate tamen Epiſcopi fundata, de quibus n. 615. nam cenſentur loca Religioſa, & Eccleſiaſtica: minimè Collegia, Confraternitates, & ſæcularium communitates, authoritate Epiſcopi non fundatæ. Illis igitur, non his alienatio interdicitur.

850 Res, quæ alienari prohibentur, ſunt bona immobilia, & mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt.

Mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, ſunt vaſa aurea, argentea, veſtes, ornamenta, gemmæ, & generaliter omnia illi, quæ fructificant, & triennio durant.

Vota argentea, quæ ſeorſim, aut ſimul dictum valorem excedunt, non cadere ſub prohibitione, probabilius putat Donat. *to. 1. par. 2. q. 45. cum Peregrino*; quia hæc vota Eccleſiæ à vovente redduntur, ut ſuo voto ſatisfaciant, & non ordinantur in aliquem uſum Eccleſiæ, ſed otioſa manent in teſtimonium gratiæ acceptæ: ſubdit tamen, quòd tutius ſit aſſenſum Apoſt. petere. Certum tamen eſt reliquas oblationes, & vota, putà ceræ, eleemoſynam, &c. poſſe alienari ſine aſſenſu Apoſt. uti cætera mobilia non pretioſa, quæ ſervando ſervari non poſſunt. Donat. *cit. v. n. 934.*

851 Mobilia, ut pretioſa dicantur, debere eſſe valoris centum aureorum, tenet Caſtropal. *par. 2. diſp. un. pun. 15. §. 1. n. 2.* Sed rectiùs cum com. dico, ſufficere, & requiri, quòd excedant valorem viginti quinque aureorum; & ità declaraſſe S. Congr. dicunt Naldus, & alii apud Donatum *to. 1. p. 2. tr. 14. q. 48.*

852 Scutum aureum, licèt creſcere ſoleat, aut decreſcere, regulariter conſtituitur ex Juliis tredecim cum dimidio. Donatus *cit. q. 37.* Unde ſecundùm hanc computationem conſtituunt Scuta trigintaquatuor argentea monetæ Romanæ, & ferè trigintaſex monetæ Siculæ.

853 Mobilia igitur, quæ non excedunt valorem vigintiquinque aureorum, aut quæ non durant triennio, ſed uſu conſumuntur, ut ſunt vinum, triticum, oleum, lana, & ſimilia, non cadunt ſub prohibitione, de qua loquimur; adeóque alienari poſſunt.

## ALIENATIO RERUM PRÆDICTARUM PROHIBITA EST

854 JUre Canonico, ex pluribus juribus, maximè à Paulo 2. *in Extrav. Ambitioſæ cupiditati*, communiter dicta Paulina Concil. Trid. *ſeſſ. 22. de reform. cap. 11.* Urb VIII. *Per Conſt. de bonis Regularium non alienandis*, & à Decr. Sac: Congr. Conc. ejuſdem Urb. VIII. juſſu edito; apud Donatum *cit. q. 2.* In quibus prohibetur alienatio ſupra explicata, ſub pluribus pœnis, niſi in certis caſibus, & ſub quibuſdam ſolemnitatibus.

855 Caſus, in quibus alienatio permittitur, ſunt illi, in quibus adeſt Eccleſiæ neceſſitas, evidens utilitas, incommoditas, aut pietas. Mendo *ver. Alienatio num.* 1.

856 Inſuper, ut in prædictis caſibus, & cauſis: *de n.* 447. alienatio fiat, ex recenſitis juribus requiruntur ſolemnitates quædam, videlicet. 1. Licentia, & auctoritas Prælati. 2. Tractatus, & conſenſus Capituli, ſeu communitatis, & ſubſcriptio ſingulorum, ſaltem per Notarium. 3. Approbatio, & licentia Summi Pontificis, ſeu Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium. Prædicti namq; caſus, puta evidens utilitas, &c. ſolùm ſunt motiva ad licentiam impetrandam; & conſenſus Apoſtolicus ſe habet, ut forma actûs.

857 Patres Theatini habent privilegium alienandi bona immobilia de licentia ſui Generalis, ſinè S. Cõngr. conſenſu. Mendo *cit. num.* 10.

858 Pœnæ contra alienantes extra caſus prædictos: *n.* 847. aut ſinè recenſitis ſolemnitatibus, ſunt quatuor. 1. Nullitas contractus. 2. Excommunicatio latæ ſententiæ, tam contra alienantes, quàm contra recipientes, quæ non eſt reſervata. 3. Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ quoad Epiſcopos, & Abbates, & poſt ſex menſes addita eſt ſuſpenſio, à regimine, & adminiſtratione. 4. Privatio ipſo facto Prælaturæ illius Eccleſiæ, cujus bona alienârunt; quæ pœna eſt pro Prælatis inferioribus, puta Commendatariis, Rectoribus, &c.

859 Dictæ pœnæ non incurruntur à ſubditis; quia *Extravagans* loquitur de Prælatis, beneficiariis, & aliis adminiſtrationem habentibus. Inſuper conſtat ex verbis Decreti Urb. VIII. juſſu editi: *At proinde operæ pretium putans illorum facilitatem aliqua ratione compeſcere; Speciali S.D.N. juſſu, Generalibus, & Provincialibus, Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, & quibuſcumque aliis Superioribus Regularibus, cujuſvis Ordinis, &c.*

860 Nec incurruntur ab ignorante, qu… Bulla præſumptionem expoſcit: *v. n.* 695. … *tom.* 2. *num.* 379. exceptâ nullitate contractûs: *ex num.* 155.

861 Cajet. *in ſumm. ver. Excomm. cap.* … in fine ait: *Quod hac Decretalis non eſt ubique recepta, & alicubi videtur recepta non totaliter, ſed quoad aliquid*; ità alii apud Donat. … 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 3. Item Barb. Bonac. & alii apud eumdem dicunt: *Extravagantem hanc receptam eſſe quoad nullitatem contractûs, non verò quoad excommunicationem, & alias pœnas.*

Et innuunt, *quòd ſicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, ità lex in una ſola parte recepta, quoad illam ſolam obligat.* Unde volunt praxim eſſe conſulendam.

862 Inſuper Mendo *in epit. cit. n.* 1. 2…, pœnas in Extravaganti contentas in Hiſpania non eſſe receptas.

863 Quaranta, & alii apud Donatum … dicunt, Extravagantem ubique, & quoad omnes ſui partes eſſe receptam; ſolùm volunt privationem beneficii non incurri ante ſententiam declaratoriam delicti.

864 Id certum eſt, recenſitam Paulinam fuiſſe pluries confirmatam; maximè per Sac. Congr. Conc. Decreta: *ut in n.* 845. Et præſertim in Italia obſervatam video.

865 Addit Donatus *cit. n* 12 *Bene verum eſt, quòd ſi Princeps ſcit, legem à ſe latam, & ſufficienter publicatam, ab initio non fuiſſe …receptam, nec obſervatam, & per decennium tacet, ſibi præjudicat, & cenſetur ſuam legem abrogare, quia iſta taciturnitas, & diſſimulatio eſt revocatio ſaltem virtualis* Covarru. &c. Quaranta *ubi ſup. v. n.* 197. 244. 245. & 255.

866 Conſenſus Apoſtolicus poteſt ſubſe-

qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui concluſionem, ſeu contractum alienationis, dummodo tamen non tradatur antea poſſeſſio; quæ ſi antea tradatur, pœnæ incurruntur. Ex Declar. Clem. VIII. de anno 1599. Donatus *cit. q.* 26. Qui ritè advertit, non obſtare conditionem in contractu appoſitam, *dummodò conſenſus Apoſtolicus impetretur*, *ſeu obtineatur*; quia proteſtatio erit illuſoria, & contraria facto: *vid. num.* 842.

867 Tres poſſunt contingere caſus, in quibus poſſit alienatio fieri abſque conſenſu Apoſtolico. Primò. Si res ſit exigui valoris. Ex *cap. Terrulas* 12. *q.* 2. Idem dicitur, ſi res ſtabiles ſint minùs utiles, ſteriles, oneroſæ, & plus incommoditatis afferant, quàm utilitatis & ſi utilitatem afferunt, eſt modica, hoc eſt, non excedit ſummam vigintiquinque aureorum, uti ſuprà.

868 Secunda. Si bona ſint incognita, incerta, aut difficillimæ recreationis. Clericatus *cap.* 33. *num.* 16. ex Rota *par.* 2. *recent. dec.* 631. *v. num.* 852.

Quod ſi talis res inculta, aut ſterilis, poſt alienationem, ver. gr. poſt emphyteuſim, ſit facta fructifera, & reducta ad culturam, tunc, ſi redeat ad Eccleſiam, non poteſt de novo ultra triennium locari.

869 Tertia. Si urgeat ſumma neceſſitas, Papa conſuli, & adiri non poſſit, & periculum ſit in mora; vel ſi tranſiret occaſio utilitatis, ſi expectaretur Papæ conſenſus. Delbene *tom.* 2. *c.* 17. *dub.* 23. *num.* 2. Ant. à Spir. S. *de priv. regul. tract.* 2. *diſp.* 1. *nu.* 162. Quia neceſſitas non habet legem, *in l.* 1. *ff. de off. Proconſul.* Hinc Donatus *cit. q.* 21. *n.* 5. ait, Regulares, indigentes victu, ſi non reperiant, qui credito illis tribuat, nec poſſint expectare Papæ conſenſum, poſſe alienare, pignorare, aut pecuniam ad cambium recipere: *v. n.* 894.

870 Eâdem ratione, ſi grex pecudum, boum, &c. ſit in aliquo periculo vitæ, aut deſtructionis, poteſt ſinè conſenſu Pontificis, de conſenſu tamen Capituli, alienari, ità tamen, ut gregis pretium conſervetur ad alium emendum, tranſacto periculo; aliàs alienatio erit nulla: *v. num.* 884.

Pariter poſſe Prælatum ex juſta cauſa, & utiliùs unam rem in aliam ejuſdem Eccleſiæ tranſmutare, puta ex calice vetuſto, & Eccleſiæ non neceſſario, facere Crucem neceſſariam; vel ex Oliveto, aut ſylva ferè inutili facere vineam fructiferam, & è converſo; docet Ant. à Spir. S. *de priv. regul. tract.* 2. *diſp.* 1. *num.* 165. Delbene *tom.* 2. *c.* 17. *dub.* 23. *n.* 11. *cum aliis: v. num.* 932.

871 Alienatio ſinè ſolemnitatibus facta reſcindi poteſt tam ab Eccleſia, quàm ab emptore.

872 Qua reſciſſione facta ſunt ab emptore reſtituendi fructus, utpotè nulliter percepti, & omnia reduci debent in priſtinum.

873 Prælati, aut alii, qui aſſumptione officii juramentum emittunt de non alienandis rebus Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, illud non violant, ſi cum debita cauſa, & ſolemnitatibus alienent; quia ad alienationes indebitas, & illicitas extendi intelligitur. Mendo *cit. num.* 7.

## LOCATIO, ET CONDUCTIO ULTRA TRIENNIUM

874 Eſt prohibita. Hoc autem intelligi debet de terris, ſeu prædictis, quæ quotannis fructificant, ſeu ſuum juſtum ferunt fructum. Ita Donatus *cit. q.* 39.

Qui proindè ait, in Luſitania, ubi Oliveta non quolibet anno, ſed uno biennio juſtum ferunt fructum, locari ad ſex annos, ut ſic conductores, tres poſſint percipere fructus. Et ità poterit ad novem annos locari prædium, ſi ſingulis trienniis fructificet; quia tunc unum triennium unico æquivalet anno,

&

& *Extravagans*, reſpicit fructus triennales, minimè temporis ſpatium ſine fructu. Ita Donatus.

875 Locatio rei fructificantis ſingulis annis, ſi fiat eidem per novem annos, eſt valida, & inde ſuſtinetur per primum triennium; eſt autem invalida, & inde ſuſtineri non poteſt per ſequentes annos; quia lex irritativa ſolùm quoad poſteriores ſex annos tali contractui reſiſtit, minimè quoad tres priores.

876 Quòd ſi locatio fiat eodem tempore tribus perſonis, ſingulis per diſtinctum triennium, purà cùm clauſula, ut unius triennio finito, habeat locum locatio alterius: illicita, & nulla, uti ſuprà; quia eſt in fraudem legis, & reverà eſt per novennium.

877 Locatio facta per triennium, non poteſt prorogari durante primo triennio, niſi conductor augeat mercedem; quia tunc ratione mercedis auctæ de novo, eſt nova, & diverſa locatio. Elapſo verò triennio, renovari poteſt; quia tunc eſt relocatio, ſeu diſtincta, & diverſa locatio ad triennium.

878 Quod dicitur de re ſtabili, dicendum etiam venit de redditibus, & fructibus ad beneficia, aut ad Eccleſias ſpectantes; quia lex prohibet omnem actum, per quem transfertur jus in re. Hinc non poteſt Beneficiarius concedere in emphyteuſim fructus beneficii vita durante: Et ſi ultrà triennium locet, non tenetur ſucceſſor ſtare locationi.

879 *Bene verum eſt* (ſubdit Donatus *cit. q.44.n.2.*) *quòd Clericus beneficiarius poteſt uſumfructum rei Eccleſiaſticæ concedere, cum ſola obligatione dandi ſcilicet commoditatem, & utilitatem capiendi fructus, vita ſua durante; per hanc enim conceſſionē non transfertur aliquod jus in re, ſed beneficiatus tenetur ſolū exhibere uſufructuario commoditatē percipiendi fructus.* Quaranta *ver. Alienatio, &c.*

880 Illud certum eſt, conceſſionem rerum ultra triennium, & in emphyteuſim, non prohiberi, ſed fieri poſſe abſque aſſenſu Apoſtolico, tribus concurrentibus conditionibus, ut conſtat per excluſionem, quæ in ipſa prohibitione ab *Extravagante* fit his verbis: *Præterquam in caſibus à jure permiſſis, ac rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & cum Eccleſiarum evidenti utilitate.*

881 Unde ritè colligitur, licitam eſſe locationem ultrà triennium, ubi adſit conſuetudo præſcripta. Mendo *cit. n. 2.*

882 PLURA DE ALIENATIONE RESOLVUNTUR.

883 CErtum eſt, quòd loquendo de bonis patrimonialibus, etiam de illis, ad quorum titulum Clericus eſt ordinatus, poſtquam ſit Beneficiarius, aut Clericus, nedum ea ultrà triennium locare, verùm etiam alienare, vendendo, donando, &c. ſi aliundè habeat, unde vivat; quia prohibitio cadit ſupra bona communia Eccleſiæ. Et conſtat ex Trid. relato *in tom. 3. n. 48. & 62.* Diana *p. 8. tr. 8. reſ. 23.* Mendo *n. 2.*

884 Greges ovium, caprarum, &c. alienari non poſſunt ſine cauſis, & ſolemnitatibus præſcriptis; quia computantur inter mobilia pretioſa, quæque immobilibus comparantur; quoniam ſervando ſervari poſſunt, & ex eorum fructibus, quos quidem licitè vendit, Eccleſia, ſeu Monaſterium conſervatur: *v. n. 870.*

885 Libri, qui in Monaſteriis conſervantur, ſi excedant ſummam 25. aureorum, alienari non poſſunt ſine licentia S. Congr.

886 *Quæ tamen concluſio* (ait Donatus *cit. q. 50.*) limitatur: *Primò, ut non procedat, quando libri paulatim venduntur, & in meliores, & utiliores commutantur*, &c. ſine exceptione

ceſſione 12. q. 2. *Secundò, quando libri ſucceſſivè venduntur, & inter unam, & aliam venditionem interponitur magna temporis mora: ſicut enim furta minima in tali caſu non cenſentur continuari, ità nec hujuſmodi venditiones.* Vide verb. *Plura minuta furta.* Item *n.* 895. & 934.

887 Annui cenſus alienari non poſſunt abſque aſſenſu Pontificis; quia inter immobilia computantur; nam ſunt conſtituti ſuper rebus immobilibus, qui ſingulis annis fructificant.

888 Hinc annui cenſus, & redditus diminui non poſſunt, ſi contractus in ſuo robore maneat, & non fuit reſciſſus; quia diminutio eſt ſpecies alienationis.

889 Si verò contractus fuit reſciſſus, & capitale fuit depoſitatum, & reſtitutum; tunc, ſi Monaſterium pro inveſtitione non inveniat fundum, tot reddens redditus, quot primum, ſed minores, puta ſeptem, aut quinque pro centum, quando primum reddebat decem; tunc licitè poteſt inveſtitio fieri pro minori; quia res tanti valet, quanti vendi poteſt, *leg. pretia rerum ff. ad legem falcidiam.* Idem dic, ſi tunc duo reperiantur fundi, unus reddens totidem, nempe decem, ſed periculoſa, alius reddens ſeptem, aut quinque, ſed ſecura, & tu inveſtias ſuper minori; quia geris utilius rem Eccleſiæ, & legantis; nam plus valent quinque, aut ſeptem certa, quàm decem periculoſa, utì experientia comprobat.

890 Prælatus, ſi repudiet legatum, aut hæreditatem Monaſterio relictam, non jam tamen adeptam, & acquiſitam, non dicitur alienare; nec inde incurrit pœnas *Extravagantis*, licèt poſſit ex alio titulo peccare, ſi ſine juſta cauſa Monaſterium iis bonis acquirendis privet.

891 Ratio eſt, quia illa bona prohibentur alienari, quæ ſunt Eccleſiæ, ſeu Monaſterio incorporata, & actu ab eo poſſidentur; nam à recenſitis juribus prohibentur alienari bona Eccleſiæ: at antequam ſint incorporata non dicuntur bona Eccleſiæ, ſed dicuntur bona acquirenda, ſeu proximè acquiſibilia, non acquiſita: *v. n.* 1018.

892 Quare recolenda ſunt dicta infrà, *de jure, & dominio.* Jus námque eſt duplex: *Ad rem, & in re.* Jus ad rem eſt diſpoſitio ad rem acquirendam, unde eſt jus imperfectum, quod non tribuit dominium rei. Jus autem in re eſt jus quæſitum, ratione cujus illud habens dicitur acquiſiviſſe dominium rei; & hoc dicitur adeptum, & incorporatum. Tunc autem quis dicitur habere jus in re, quando quis per aliquem actum ad dominium requiſitum rem fecit ſuam, puta per inſtrumentum adeptionis, per rei traditionem, per hæreditatis aditionem, aut per acceptationem donationis, & legati, ut diſtinctiùs, *ut in ver. Dominii proprietatis acquiſitio.*

Cùm igitur ante acceptationem bona donata, aut legata non ſint incorporata, ſequitur, quòd Prælatus illa repudians, non dicitur alienare bona Monaſterii, aut Eccleſiæ.

893 Pariter, ſi quis Calicem pretioſum legaſſet, non poſſet Prælatus, aut Rector Eccleſiæ pro eo pecuniam accipere poſt Calicis acceptationem, bene verò antea. Idem dic de tranſactionibus, ceſſione litis, concordiis, &c.

894 Regulares (caſu conſuetudinis legitimè præſcriptæ, aut extremæ neceſſitatis excepto: de quo in *num.* 869.) nec poſſunt ſuper bonis ad eorum Monaſteria ſpectantibus cenſus imponere, nec pecunias ad cambium, vel mutuò accipere cum ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis. Ex Decr. S. Congr. Juſſu Urb. VIII. die 21. Maji 1629. apud Donatum *cit. q.* 68. quia ſunt ſpecies

cies alienationis, & modi eludendi mentem S. Congr. Unde vult, tranſgreſſores incurrere pœnas alienantium.

In qua re, Pelliz. *de Monialib. c. 6. nu. 29.* inquit.

„ Addo, quòd ſi Monialis ex mutuo reci-
„ piat mille aureos cum pacto ſolvendi quin-
„ quaginta mutuanti, quotannis ex annuis
„ redditibus ipſi Moniali ad vitam conceſſis,
„ & hoc, uſque dum reſtituantur dicti mille,
„ & ex titulo lucri ceſſantis; verè non dicitur
„ alienare, nec incurrit pœnas latas contra
„ alienantes bona Eccleſiaſtica; & ratio eſt,
„ quòd quando Sacra Congr. prohibuit, ne
„ Regulares recipiant mutuo pecunias cum
„ ſolutione lucri ceſſantis, vel damni emer-
„ gentis, loquitur ſolùm in caſu, quo fundus,
„ unde colligi debent annui redditus, oblige-
„ tur, & ipſe fundus ſit Monaſterii. Unde fit,
„ ut quamvis in caſu propoſito de licentia do-
„ mini obligaretur fundus à conſanguineo
„ Monialis ei aſſignatus ad ſolutionem præ-
„ fatorum redditum; non ideo interveniret
„ propria alienatio, nec incurrerentur pœnæ
„ latæ contra alienantes bona eccleſiaſtica.
Ita Baldellus, Naldus, Bordonus, & alii docti
„ viri à me conſulti.

895 Religioſus autem, qui de licentia ſui Superioris ſummam pecuniæ mutuam accepit ad imprimendum ſuum librum cum onere ſolvendi poſtea Capitale, & lucrum ceſſans ex pretio librorum poſt impreſſionem vendendorum (idem dic de Superiore, id faciente de licentia, & aſſenſu Monaſterii) non dicitur alienans, nec inde incurrit pœnas. 1. Quia nec tales libri, nec eorum pretium ſunt incorporata Monaſterio; non jam enim ſunt in re, ſed in ſpe remota.

2. Quia hi libri, poſtquam erunt impreſſi, non ſunt conſervandi, ſed vendendi; ſunt enim ex natura ſua merces venales, ſicut alii ſimiles libri; adeóque non ſunt de genere rerum immobilium, aut mobilium pretioſarum, quæ ſervando ſervari poſſunt, ex quibus loquitur Extravagans. 3. Quia eorum pretium eſt pecunia, quæ non eſt prohibita diſtrahi, juxta dicta *in n. 906. v. num. 885.*

896 Si teſtator bona ſtabilia Monaſterio reliquit cum onere ea in totum, aut parte alienandi, vendendi, &c. ad ſatisfaciendum ſuis creditoribus, ad legata exteris ſolvenda, &c. non incurrit pœnas Prælatus alienans, nec peccat; imò alienare tenetur maximè ad ſatisfaciendum debito juſtitiæ, quod teſtatorem ligabat; Quia ex una parte ultima voluntas teſtatoris eſt omnibus modis ſervanda, *cap. ult. 4. 13. q. 2.* Nec jura promiſſa ſunt edita contra teſtatorem; Et quilibet in traditione rei, etiam Eccleſiæ facta, poteſt adjicere pacta, quæ vult, *cap. Verùm, de cond. appoſit.* Ex alia parte res ad legatarium aut hæredem tranſit cum ſuo onere, quod ſuper illa teſtator habebat. Unde recenſitæ alienationes non ſunt voluntariæ, ſed neceſſariæ; præfata autem jura ſolùm alienationes voluntarias comprehendunt, minimè neceſſarias.

Hac ratione non prohibetur alienatio, quæ eſt debita, ſi res injuſtè detineatur. Item, ſi res ſit ſimul, indiviſim tamen, ſub dominio Monaſterii, & alicujus ſæcularis, qui illam vendere vult; quia tunc alienatio eſt neceſſaria Monaſterio, non voluntaria.

897 Res Monaſterio relicta ſub conditione, quòd non poſſit alienari, & in caſu alienationis, pertineat ad aliud Monaſterium, aut ad tertiam perſonam, non poteſt alienari, quin ad aliud Monaſterium deſignatum pertineat: ſequitur ex dictis; ità Donatus cas. q. 82.

898 Qui tamen addit, quòd mobile pretioſum relictum Monaſterio ad certum finem, cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum ſola obligatione non alienandi, alienari poteſt (cauſa exiſtente, & ſolemnitate ) ut ejus pretium applicetur in emptionem rei utilioris, aut ſi ceſſet finis, pro quo fuit relictum; quia ceſſante fine, ceſſat lex, *cap. cum ceſſante, de appell.* Ità Donatus *q.* 82.

899 Moniales non poſſunt ſinè cauſa, & ſolemnitate, alienare bona Monaſterii, nec ipſarum dotes; quia dotes inter immobilia numerantur; & debent in emptionem ſtabilium applicari. Ex dec. S. Congr. Donatus *tom.* 1. *par.* 2. *q.* 51. *n.* 9. *Verùm video* ( ait Mendo *nu.* 8.) *conſuetudine inductum in pluribus Monaſteriis, quod inſumantur in ſolvendis debitis, & in ſuſtentationem illorum.*

900 Item nec poſſunt alienare etiam de licentia Superioris annuum uſum privatæ Moniali conceſſum de bonis Monaſterii; quia jus percipiendi ſingulis annis certam ſummam pecuniæ, eſt uſus juris, qui inter immobilia computatur. Si autem Monialis non concedat alicui annuum uſum talis boni, ſed ſibi ſe retineat, ſingulis tamen annis præcisè remittat illi fructus, non erit alienatio, ſed potius eleemoſyna, ſi ille erit conſanguineus pauper; quia hoc pacto non transfert uſum juris, ſed uſum facti, qui ab uſu juris diſtinguitur. Ex *Clem. Exivi, de verb. ſignific.* & inter mobilia computatur: In priori autem caſu (ut doctè ponderat Bord. *reſ.* 126. *n.* 40.) fit unica remiſſio pro futuris annis, quæ eſt ceſſio ſui juris, & ideo alienatio.

901 Bona immobilia relicta Monaſterio incapaci, cujuſmodi ſunt Monaſteria Ordinis Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci, Reformatorum, Capucinorum, & Clericorum Regularium, qui quidem neque in communi poſſident, non comprehenduntur ſub Extravaganti, & Decretis; ſed poſſunt, imò debent ea vendere, aut cum hæredibus ſe componere, eorum pretium ſemel ſolvendum accipiendo, & in neceſſitatem, ac utilitatem Monaſterii expendendo.

902 Conſtat ex Bulla Clem. VII. nuper 23. Novembris 1526. quæ id concedit noſtro Ordini de Obſervantia.

903 Et ex Decr. Sac. Congr. Conc. Pro Clericis Regularibus apud Donatum *cit. q.* 67. Hi námque expoſuerunt, qualiter Panormi quoddam Prædium ſtabile, vulgò dictum *Li Ficarazzi*, ipſis relictum, non jam alienatum fuerit, ac inde petierunt declarari, illud non comprehendi ſub prohibitione de non alienandis rebus Monaſterii, proteſtantes ſe velle proprium obſervare inſtitutum, quod prohibet bona immobilia poſſidere animo ea retinendi. Quâ expoſitâ ſupplicatione.

*Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Triden. Interpretum cenſuit, Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiu inſtitutum ſuperiùs propoſitum retineat, quoad bona immobilia, non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Coſmas Card. de Torres. Proſper Fagnanus. Sac. Congr. Secr.

904 Ratio eſt ( ut doctè ait Donatus *cit.*) quia hæc bona non ſunt Monaſterio incorporata ob incapacitatem ejuſdem. Ex *Clem. Exivi, de verb. ſignif. v. num.* 891.

905 Eorum autem mobilia pretioſa, ut Calices, Vaſa ſacra, &c. ſub dictis prohibitionibus cadunt; quia hæc cenſentur incorporata, & Divino Cultui applicata.

## PECUNIA

906 Eſt mobilis, ſed non mobile pretioſum; unde in quavis quantitate ſit quantum eſt ex ſe, non eſt prohibita alienari.

Mobile námque, ut pretioſum dicatur tria debet habere. 1. Ut valeat ultra viginti quinque aureos. 2. Ut ſervando ſervari poſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſit, 3. Ut ſit fructifera, Pretioſum námque dicitur, quod ſervando ſervari poteſt cum fructu; & quidem pretioſum magis dicitur ex fructu, & utilitate, quam affert, quàm ex ſola perſiſtentia.

907 Pecunia verò, licèt poſſit habere primum, non habet reliqua duo; nam non poteſt commodè conſervari; imò ex ſui natura non habet conſervari, ſed diſtrahi; (rectè ait Donat *cit. q.* 51.) Non enim datur, & accipitur, ut conſervetur, ſed ut in aliud commutetur; etenim fuit inventa ad commutationes rerum faciendas. Unde uſus nō diſtinguitur à pecunia, ſed eſt conſtitutivum formale pecuniæ; argentum verò, aut aurum eſt purum materiale. Hinc D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. ait: *Quod ſicut uſus vini eſt bibi, ita & uſus pecuniæ eſt alienatio, ſeu diſtractio; & ſicut vinum conſumitur per ejuſdem uſus, nempè per ly bibi, ita & pecunia per ly alienari.*

908 Deniq; non eſt fructifera, ut conſtat ex dicendis de uſura; nam *nummus non parit nummum, c. Ejiciens, diſt.* 83. *in fine.* Et hæc eſt ratio, cur, ſi ex pecunia mutuo data aliquid accipiatur, uſura committitur.

909 Ex dictis concluditur cùm Donato *cit.* Primò, quod ſi fructus beneficii conſiſtant in pecunia numerata, poteſt illam Beneficiarius expendere abſque eo, quòd incurrat pœnas extravagantis.

910 Secundò, quòd pecuniæ ex bonis Monaſterii exactæ poſſunt expendi, aut inveſtiri, & alienari per emptionem alicujus ſtabilis fructiferi ſine licentia Papæ. Imò poſſunt mutuò tradi, aut eleemoſynaliter elargiri, expendi, & conſumi; quia ſunt fructus; & ſic Eccleſia poteſt de illis diſponere, ſicut de aliis fructibus. Tertiò, quòd legatum omnium bonorum mobilium domus comprehendit pecunias exiſtentes in capſa domûs ipſius legantis Ita Donat. *cit.*

## QUÆRES I.

911 *An aſſenſus Apoſtolicus ex lapſu longiſſimi temporis præſumatur interfuiſſe alienatione?*

LApſus decem annorum dicitur longi temporis, lapſus verò triginta, aut quadraginta annorum, dicitur longiſſimi temporis *in* 16. *q.* 3. *Cod. jubemus, l. fin. Cod. de præſcriptione longi temporis.* Donatus *tom.* 1. *p.* 1. *q. n.* 2. Hoc præmiſſo.

912 Reſp. cùm diſtinctione: Vel enim in inſtrumento alienationis nulla fit mentio de aſſenſu Apoſtolico. Et tunc ex lapſu longiſſimi temporis, putà triginta, aut quadraginta annorum, præſumitur. Donatus *tom.* 1. *par. q.* 28. *ex c. pervenit* 4. *de empt. & vend.* Ubi habetur: *Quòd triginta annis conſtante illorum matrimonio, domum ipſam bona fide, pacificoq; juſto poſſedit.* Et ita in ſimilibus ſemper Rot. Rom. judicaſſe, ait Quaranta apud Donatum *cit.* Idem dicendum eſt de ſimilibus ſolemnitatibus intrinſecis, aut extrinſecis.

913 Semper autem requiritur bona fides: *Quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio juvat aliquem malæ fidei poſſeſſorem.* Ita *in c. vigilanti, de præſcript.*

914 Vel in inſtrumento alienationis apparet facta mentio de aſſenſu Apoſtolico impetrando, putà ſi dicatur: *Salvo aſſenſu Apoſtolico impetrando.*

Et tunc Novar. Capyc. Gramm. & alii Doctores apud Donatum *cit. q.* 19. docent præſumi, *ex c. cum ſicut* 16. *de ſent. & re judicata,* ubi dicitur: *Præſumi debent omnia legitimè præceſſiſſe.*

915 At Matthæus de Afflictis apud eundem tenet, ſolemnitates extrinſecas præſumi, ſi earum defectus nunquam fuit allegatus; ſi autem fuit allegatus, non præſumi, ſed debere plenè probari.

916 Hoc

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

916 Hoc autem docet expreſsè in caſu, quo agitur de præjudicio tertii. Cum igitur ex recenſita clauſula conſtet, non interveniſſe in confectione contractus aſſenſum Apoſtolicum, ſimus in cauſa de præjudicio Eccleſiæ, & pars altera neget aſſenſum interveniſſe; ſequitur, quòd debeat plenè probari.

917 Donatus *cit. n. 3.* refert ex Vilagut; ita fuiſſe deciſum in Sacro Conc. Neapol. in duabus cauſis, in quibus ex recenſita clauſula: *Salvo aſſenſu impetrando,* conſtabat, in contractu non interveniſſe aſſenſum, non obſtante quòd in una elapſum erat à die contractûs tempus 48. annorum, & in alia annorum 52. cùm adducta præſumptione, quòd deperdita fuerit ſcriptura de aſſenſu, ob improviſam emptoris mortem, & ex eo, quod fuiſſent furto ablatæ, quamplures ſcripturæ, hoc, inquam non obſtante fuerunt reſciſſi contractus alienationis, & reſtituta bona.

Recole dicta dé Præſcriptione.

## QUÆRES II.

918 *An pecunia Monaſterii poſſit alienari ſine aſſenſu Apoſtolico?*

Pecunia poteſt pluribus modis figurari. Ita varia erit reſolutio.

919 Primò. Si pecunia magna ſumma [ut ſupponitur] eſt relicta cùm poteſtate diſtrahendi, poteſt alienari, & conſumi ſine aſſenſu Apoſtolico, ut conſtat ex dictis *n.* 906. & 896.

920 Secundò. Si eſt relicta cum obligatione emendi rem ſtabilem, aut eam inveſtiendi ſuper re ſtabili ad cenſum annuum percipiendum, ſeu ad fructificandum, alienari ſeu conſumi non poteſt; quia quamvis pecunia ex ſe, nec immobilis ſit, nec mobile pretioſum: ex dictis *à num.* 906. ut deſtinata tamen ad emptionem rei immobilis, immobilis cenſetur; & pariter deſtinata ad emptionem mobilis pretioſi, mobile pretioſum reputatur; ac proinde non poteſt alienari, & conſumi ſinè aſſenſu Apoſtolico.

921 Tertiò. Si pecunia ſit recepta ex venditione alicujus ſtabilis Monaſterii, debet in emptionem alterius rei ſtabilis applicari.

922 Quartò. Si pecunia ſit collocata in Montibus, data ad cenſum, ad cambia, &c. non poteſt alienari, & conſumi; quia eſt fructifera, & inter immobilia computatur; nam pecunia ſic applicata parit jus exigendi quotannis certam pecuniæ ſummam, quod jus rei immobili comparatur. Donatus *cit. q. 52. n. 5.* Bonac. & alii apud ipſum.

923 Ex quo fit, quòd pecunia deſtinata ad emendum annuum cenſum ſuper re ſtabili, ſi debitis diligentiis adhibitis, non appareat ſpes de proximo eam ſic inveſtiendi, poſſit dari ad cambia, aut alium contractum licitum, uſquequò opportunitas ſic inveſtiendi reperiatur; ita tamen, ut quotannis fructificet, pecunia capitali ſemper aſſecurata. Huic meæ ſententiæ potiori jure adhæret Bordonus, qui ad plus ſe extendit, ut modò: *in nu.* 925.

1 Quia hæc non eſt alienatio, nec conſumptio, ſed applicatio pecuniæ ad fructificandum in bonum Monaſterii, quo aliàs privaretur.

2 Ex rationabiliter præſumpta, imò ex moraliter certa voluntate teſtatoris; certum namque eſt, quòd teſtator pecuniam reliquit ad fructificandum, non ut otioſa conſervetur, qualis maneret, ſi diù, & ſine ſpe eam ſuper re ſtabili inveſtiendi, retineretur in capſa; tunc autem non eſſet fructuoſa, ſed otioſa maneret, ſi uno ex præfatis modis non appli-

caretur; adeóque tali applicationi accedit rationabiliter præſumpta, imò moraliter certa teſtatoris, ſeu donantis voluntas

3 Quia pecunia diù retenta in capſa ſine ſpe applicationis, nec eſſet immobilis, nec mobilis pretioſa: ex dictis *à num.* 906. Præfato autem modo applicata, eſſet immobilis, & fructifera; ſequitur ex dictis *n.* 922. quia pareret jus exigendi quotannis certam pecuniæ ſummam, videlicet prioribus annis per applicationem, v. gr. ad cambia, ſequentibus verò annis, inveſtitione ſuper re ſtabili facta, per talem inveſtitionem. Inſuper prioribus annis ſatisfaceretur diſpoſitioni teſtatoris per æquivalentiam, & ex ejuſdem voluntate præſumpta.

924 Quintò. Si pecunia non ſit de deputatis ad fructum, ſed retineatur conſervata pro futura neceſſitate Monaſterii, reputatur inter immobilia; & cùm ſit in proprietate Monaſterii, non poteſt ſine ſolemnitatibus alienari. Donat. *cit. q.* 52. *n.* 4.

Pecunia igitur iſta, conſervata pro futura neceſſitate Monaſterii, aut deſtinata ad emptionem ſtabilium, uti ſuprà *in n.* 920. *&* 921. quæ poteſt de proximo ad id applicari, non poteſt diſtrahi, dari ad mutuum, ad cambia, aut alio modo alienari, ut probatum eſt. Donatus *cit. q.* 53.

925 Contra Bordonum *reſ.* 27. *n.* 11. qui affirmat, poſſe, ob rationem conceptûs pecuniæ: *de n.* 906. *ad* 908. Primò. videlicet, quia talis pecunia, nec eſt de immobilibus, nec de mobilibus pretioſis, ut in cit. locis, & ſic non cadit ſub prohibitione. Secundò, quia in tantùm dicta pecunia dicitur prohibita alienari, in quantùm refertur ad emptionem ſtabilium, ad quæ eſt deſtinata, itaut, ſi non eſſet ad ea deſtinata, non prohiberetur alienari; hæc autem deſtinatio, & ordinatio non obſtat; quia jura prohibent alienationem acquiſitorum ab Eccleſia, minimè acquirendorum, ut conſtat ex *n.* 890. *ad.* 893. Ita diſcurrit Bord. qui ſubdit pecuniam, conſignatam in Bancho S. Ambroſio Mediolani, poſſe extrahi, & diſtrahi, non obſtante Extrav. & Decreto, cujus ratio eſt.

,, Quia pecunia expoſita negotiationi per
,, contractum ſocietatis, & finito negotio,
,, ſeu tempore præfixo reſtituta, poteſt diſtra-
,, hi, cùm hujuſmodi pecunia ſic expoſita
,, non habeat perpetuitatem in fructifican-
,, do; una ex conditionibus eſt, ut non
,, poſſit fieri pactum, ſalvo capitali, ex Six-
,, to V. Conſtit. 45. *Deteſtabilis*, quam ex-
,, tendit Nald. *ver. Societas.* Sed Banchum
,, dictum ſic negotiatur per contractum So-
,, cietatis, ergo hujuſmodi pecunia diſtrahi
,, poteſt, ſicut ſi daretur particulari per-
,, ſonæ, & eò magis, cùm poſſit repeti ad
,, arbitrium reponentis; & ſic patet, multùm
,, diſcreparo à cenſu, cujus pecunia repeti
,, non poteſt, ſed tantùm accipi, quando
,, offertur ab eo, qui cenſum vendidit, & in
,, cenſu adeſt perpetuitas, quæ non in Ban-
,, cho. Tum quia, ſicut voluntariè expoſita
,, fuit lucro ità illo expoliari poteſt per re-
,, petionem, quod Banchum negare non po-
,, teſt; ac proindè tunc amittit rationem rei
,, pretioſæ, cùm non ampliùs dicatur frugi-
,, fera ex conditione ipſius contractus; & ſic
,, nulla eſt ſecunda ratio in contrarium addu-
,, cta.

926 Sextò. Pecunia reſtituta Monaſterio ex extinctione alicujus cenſus, non neceſſariò debet applicari ad alium cenſum, ſed poteſt applicari ad emptionem alicujus ſtabilis fructiferi, putà domus, prædii, &c. quia talis applicatio eſt utilior Eccleſiæ; nam per eam acquirit dominium proprietatis rei, & ſit tutior; per emptionem autem cenſûs, ſolùm ſit domina juris ad exigendum annuum cen-

cenſum, qui non eſt tam tutus, ſicut res ſtabilis.

927 Item poteſt inveſtiri in redemptionem aliorum cenſuum ejuſdem Eccleſiæ; quia hæc redemptio non eſt alienatio, ſed reſolutio prioris alienationis; quæque eſt utilior Eccleſiæ, cujus patrimonium anteà diminutum, per eam augetur. Donatus *cit. quæſt.* 74.

Qui ſubdit: *Nec objicies, quod ſicut non licet ſine beneplacito Sedis accipere pecunias ad cenſum pro extinctione priorum cenſuum, quamvis fructus, qui ex re percipiunt, inferiores ſint, quàm cenſus, qui ſolvuntur,* Novar. 1. *par. ſum. de alienat. nu.* 10. *&* 2. *par. eod. tit. n.* 4. *ita non licet, pecuniam reſtitutam, in redemptionem prædictam implicare; nam aliud eſt pecunias accipere, & pro illis cenſus annuos vendere ſuper bonis Eccleſiæ, ut conſtitutos alios cenſus redimat, & aliud, reſtitutas pecunias, quæ Eccleſiæ ſunt in redemptionem cenſuum inveſtire: illud namq; eſt vendere, & alienari voluntariè, hoc verò eſt redimere, & reemere, quod eſt acquirere, & meliorare, & à diverſis non fit illatio.*

## QUÆRES III.

928 *Repentinus caſus imminet reparandi domum Eccleſiæ, quæ ruinam minatur; Prælatus autem nullas alias habet pecunias, niſi quandam ſummam ſuper bonis ſtabilibus inveſtiendam. An poſſit eam pro reparatione talis domus reſumere?*

Reſp. poſſe. Bord. *reſ.* 126. *n.* 22. Donatus *cit. q.* 75. quia hæc applicatio eſt æquivalens inveſtitioni ejuſdem pecuniæ ſuper re ſtabili, nempe domo; nam ex ejus ruina ceſſaret Monaſterio annuus fructus ex illa, qui tamen reparatur, & perſeverat per applicationem dictæ ſummæ ad reparandam ejus ruinam. Tum quia hæc non eſt alienatio; nam non eſt translatio pecuniæ in tertiam perſonam, ſed eſt applicatio ejus in fabricam ad idem Monaſterium ſpectantem. Item ex dictis *n.* 896. Jura prohibent voluntarias, minimè neceſſarias alienationes.

929 Et ut doctè innuit. Bord. *cit. Cum leges, & Decreta fundentur in ratione, & juſtitia, non obligant, nec locum habent, quando ex earum obſervantia ſequeretur aliquod damnum, quod intendunt præcavere.* Et quidē in re noſtra finis Extravagantis; prohibendi omnem alienationem bonorum Eccleſiæ, & Monaſteriorum (ut conſtabit eam legenti) fuit ſervare indemnia Eccleſiam, & Monaſteria, pro Divini cultûs conſervatione, & pro Clericorum, ac Religioſorum inſervientium congrua, & honeſta ſuſtentatione: *v. n.* 957.

## QUÆRES IV.

930 *An mobilia pretioſa, putà lampades, vaſa argentea, &c. poſſint ſine aſſenſu Apoſtolico alienari, ut eorum pretium in fabricam Monaſterii convertatur?*

NEgat [ conſuetudine ſecluſa ] Bonac. *de alienat. diſ.* 2. *q. un. punct.* 2. *n.* 30. quia mobilia pretioſa expreſsè comprehenduntur in Extrav.

931 Affirmat Riccius apud Donatum *to.* 1. *par.* 2. *q.* 15. quia hæc non eſt propriè alinatio, cùm non transferatur dominium ad extraneam perſonam, ſed converſo de uno in alium uſum ejuſdem Monaſterii, apud quod dominium remanet.

932 At rectè Donatus *n.* 2. ſubdit:
„ Verùm tamen illic Riccius loquitur de
„ lampadibus ſuperfluis, quæ ab una Eccle-
„ ſia alteri venduntur, vel commutantur, ob
„ ſuperfluitatem; quas alienationes, vel com-
„ mutationes, inter Eccleſias factas, voluit,
non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ non comprehendi ſub diſpoſitione *dict. Extravag.* de qua re dico infrà, & additur, „ quòd *d. Paulina*, loquitur de neceſſariis, & „ de uſui Eccleſiaſtico dicatis, non autem „ de ſuperfluis, quæ otioſa manent: *vide nu.* „ 850.

933 Hic facit, quod ex Port. innuit Pelliz. *de monialib. cap. 7. num. 29.*

„ Concedit tamen Portell. *p. 1. reſp. mor. caſu 7. n. 5.* quòd ſi alicui Conventui Monia„ lium ex legato relinquatur bibliotheca li„ brorum latinorum, ei abſque licentia Sedis „ Apoſtolicæ poſſet ab illis alienari, ejus pre„ tio implicato in bonis fructiferis emendis; „ ſicque in Regno Portugalliæ in facti con„ tingentia deciſum fuiſſe à Collectore „ Apoſtolico; & quidem non per mo„ dum diſpenſationis, ſed per modum „ rationabilis declarationis in eo fun„ datæ, quòd bibliotheca librorum lati„ norum eſt omnino inutilis Monialibus, „ ideóque ceſſet finis legis vetantis alienatio„ nem bonorum eccleſiaſticorum. Ità Portell. „ addens, eodem modo ſinè licentia Sedis „ Apoſtolicæ potuiſſe vendi quoſdam pannos „ pretioſos Monaſterio cuidam Monialium „ relictos pro ornatu parietum, qui erant „ Conventui omnino inutiles, & ex vetuſtate „ jam corrumpi incipiebant.

934 Denique Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tract. 2. diſp. 2. nu. 166.* quamvis id neget de lampadibus argenteis, quæ ſunt immediatè ad uſum Eccleſiæ, id concedit de arboribus, nimirum, quòd poſſint incidi ad reparationem Eccleſiæ materialis, ſi urgeat neceſſitas, & aliunde non adſit pecunia.

## QUÆRES V.

935 *An ſi Monaſterium gravetur debitis, poſſit Prælatus ſinè aſſenſu Apoſtolico bona Monaſterii alienare ad ſatisfaciendum creditoribus?*

RESpondet perdoctè Quaranta apud Donatum *q. 71.* cum diſtinctione. Vel Senior vult rem Monaſterii alienare, ſeu venire ex ſe ad ſatisfaciendum creditoribus. Vel id vult ad creditorum inſtantiam; Si primùm, non poteſt ſinè aſſenſu Apoſtolico; quia eſt alienatio voluntaria.

936 Si ſecundùm, poteſt ex dictis num. *896.* quia eſt alienatio neceſſaria. Sed tunc antequam deveniatur ad venditionem rei, aut alicujus cenſûs extinctionem, debent ſeptem conditiones concurrere, & obſervari. 1. Quòd debitum fuerit legitimè à Monaſterio contractum. 2. Quòd creditorum inſtantia ſit urgens. 3. Quòd Monaſterium non habeat fructus, quibus ſatisfacere poſſit. 4. Quòd creditor non ſit contentus pignore, ut det tempus: tunc námque licita eſt oppignoratio, 5. Quòd ſatisfactio non poſſit fieri per bona mobilia. 6. Quòd illa res vendatur, quæ eſt minùs damnoſa: *vide num.* 925. 7. Quòd fiat cum authoritate Judicis Eccleſiaſtici.

## QUÆRES VI.

937 *An hypotheca generalis, ſeu obligatio generalis omnium bonorum Monaſterii cadat ſub prohibitione alienationis?*

HYpotheca à pignore differt per hoc, quòd *hypotheca* eſt obligatio rei immobilis, *pignus* verò rei mobilis.

Cadere ſub prohibitione, & fieri non poſſe

poſſe ſine aſſenſu Apoſtolico, tenet Donat. cit. q. 67. n. 1. Quia in Extravaganti, & Decreto prohibetur hypotheca, ſeu oppignoratio abſolutè, nullâ factâ reſtrictione, adeóq; prohibetur non ſolùm ſpecialis, verùm etiam generalis.

938 Reſpondeo, non cadere ſub prohibitione, ſed licitè fieri poſſe ſinè aſſenſu Apoſtolico hypothecam, ſeu obligationem generalem omnium bonorum Monaſterii; ſed ſolam prohiberi hypothecam ſpecialem. Bord. reſ. 17. n. 13. *& reſ.* 116. *n.* 47. Mendo *in quæſt. verb. Alienatio n.* 3. Pithing. *in comp. lib.* 3. *tit.* 13. *ſect.* §. 1. Fagnan. *in lib.* 3. *Decr. c. Nulli liceat* 5. *de rebus Eccl. non alien. nu.* 30. Probatur 1. *Ex c. Nulli* 5. *de rebus Eccl. non alienandis* prohibetur hypotheca ſpecialis, unde non debet fieri extenſio ad generalem; eò maximè, quia Extrav. & Decr. non opponuntur juri communi; & ità eſt dicendum, ne videantur jura diſcrepare; nam *expedit jura juribus concordare, c.* 29 *de elect. in* 6. 2. Quia aliàs Regulares cùm nullo contrahere poſſent; quia in omni contractu apponitur clauſula obligatoria bonorum, & ſic contractus claudicarent. 3. Quia aliàs Monaſteriis pauperibus ſecluderetur modus vivendi; nam creditores non invenirent.

939 Deniq; Fagnanus *cit. n.* 32. reſolutionem firmat, ut ſequitur: *Demùm hanc ſententiam probavit meo tempore Sac. Congreg. Conc. in contractibus Regularium: Nam propoſito dubio: An in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis, comprehendatur generalis hypotheca, nec ne? S. Congr. cenſuit non comprehendi.*

## QUÆRES VII.

940 *An Monaſterium poſſit emere aliquod ſtabile cum onere ſolvendi aliquem annuum cenſum?*

RESp. poſſe. Donatus *cit. q.* 76. quia hæc non eſt alienatio, ſed acquiſitio ſtabilis. Pro eo autem onere nulla debet hypotheca, ſeu obligatio fieri ſuper bonis Monaſterii, ſed ſolùm res illa obligari debet, quæ eſt ſubjecta cenſui.

## QUÆRES VIII.

941 *An arborum inciſio, & exciſorum venditio ſit alienatio, quæ fieri non poſſit ſinè aſſenſu Apoſtolico?*

PRo claritate ſunt certa dividenda ab incertis.

Et quidem certum eſt, eam, quæ radices non emiſit, arborem dici non poſſe.

Arbores autem ſunt diverſi generis. Aliæ námq; ſunt frugiferæ, & feraces, quæ reddunt fructus; vel naturales, quales ſunt, quæ ex natura ſua abſq; hominis induſtria fructus producunt, ut poma, ſiel, &c. vel induſtriales, quales ſunt, quæ ſine hominis induſtria non reddunt fructus, utì vites, & olivæ in ordine ad vinum, & oleum.

942 Et quidem has ſinè juſta cauſa cædens, peccat mortaliter, & tanquam latro punitur. Inſuper earum inciſionem eſſe alienationem, & ſine aſſenſu Apoſtolico fieri non poſſe, eſt certum; quia hæ arbores cedunt ſolo, ſunt deſtinatæ ad fructum annuum, & ſubſtantia fundi fit notabiliter deterior, ſi inciſio ſit in magna quantitate. Tum quia inciſio arborum æquiparatur demolitioni domorum.

943 Unde non incurreret pœnas, 1. qui ce-

cederet in parva materia, putà duas, vel tres arbores.

944 2. Si inciſio fieret, in quantum arbores ſunt vetuſtæ, ac inutiles, atque inde indigent renovari, ut ſunt vites vetuſtæ, malus arantia vetus, &c. & loco earum aliæ plantentur. Vel ſi arbores eſſent nimis denſæ, & opacæ; quia denſitas, & opacitas, ſeu umbra impedit, & nocet fructibus; unde tunc cæſio eſſet licita, quia ex ea fundus fieret fructuoſior.

945 3. Si arbores ſint fructiferæ, ſed cæduæ: tales ſolent eſſe arbores Nucum, Caſtanearum, Glandium, &c. hæ namque ſunt duplicis generis, aliæ ſunt primariò deſtinatæ ad fructus Nucum, Caſtanearum, Glandium, &c. & harum alienatio cadit ſub prohibitione, juxta dicta *n. 941.*

Aliæ ſunt primariò deſtinatæ ad cæſionem, ut fructificent in ratione ligni; & harum alienatio non cadit ſub prohibitione; quia hæ arbores per inciſionem ſunt in fructu, & fructus non prohibentur alienari.

946 Firmatur ex deciſ. Rotæ Rom. quam refert Donatus *q. 69.* qua determinatur: *Quòd ad incurrendas pœnas extravagantis requiritur, non ſolùm, quòd inciſio arborum ſit in magna quantitate, & quòd arbores ſint deſtinatæ ad afferendum fructum annuum, & quòd non ſint caduæ, ſed etiam requiritur, quòd deterioratio fundi ſit notabilis.*

947 Aliæ arbores non ſunt fructiferæ, nec feraces: ut Ulmus, Fraxinus, Platanus, Populus, Salix, &c.

948 Ex his, quamplures ſunt cæduæ, quæ ſcilicet inſerviunt, ut cædantur, quæque per inciſionem ſunt in fructu, & renaſcuntur; adeóque per earum inciſionem fundus non deterioratur, ſed melioratur, & eſt in pretio: hujuſmodi ſunt arundinetum, arbores ſylvæ cæduæ, nemoris, &c.

949 Harum arborum infructiferarum aut cæduarum inciſio, & exciſarum venditio non eſt prohibita. Donat. *cit. q. 69.* Bordo[n.] *27 n. 14. & 18. deciſ. 52.*

Non quidem inciſio; quia jura inciſionem, & alienationem arborum utilium prohibent, minimè inutilium, aut damnificantium; recenſitæ autem arbores, ſecluſa inciſione, ſunt inutiles, & infructiferæ; & per inciſionem ſunt in fructu, & lucrum afferunt Monaſterio in ratione ligni. Unde non conſervatio, ſed earum inciſio eſt utilis; quo[r]dinatur, & eſt neceſſaria ad fructum.

Nec eſt prohibita earumdem arborum exciſarum venditio; quia arbores exciſæ non ſunt arbores, ſed ligna, & fructus ſylvæ, aut nemoris; fructus autem non prohibentur alienari: *v. n. 934.*

## QUÆRES IX.

950 *An poſſit Prælatus Regularis bona unius Monaſterii divitis in aliud transferre?*

RESp. non poſſe, quamvis ambo Monaſteria ſint illi ſubjecta. Donatus *q. 34.* quia talis translatio eſt alienatio, per quam transfertur dominium directum, aut utile, ſeu uſusfructus.

951 Probabile autem eſt id, quod docet Ant. à Spir. S. *tom. 3. de priv. regul. tr. 2. diſp. 1. n. 133.* Quòd poſſit Provincialis de conſenſu Capituli, ſeu communitatis Conventus dare libros aliquos ſuperfluos unius Conventus alteri Conventui ejuſdem Provinciæ, cujus Bibliotheca de novo incipit: Nam ſic dictat Epicheja.

952 Certum tamen eſt, quòd poſſit mobilia pretioſa Monaſterii accommodare ad breve tempus; quia per accommodationem non transfertur dominium.

QUÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES X.

953 *Quid dicendum de ſubditis?*

CErtum eſt, quod ſi unus Religioſus donet mobile pretioſum alteri Religioſo ejuſdem Monaſterii, non incurrat pœnas alienationis, licèt peccare poſſit contra paupertatem, juxta dicenda *de paup. Relig.* Quia dominium non transfertur de Monaſterio, ſed reſidet penes idem Monaſterium, & ſolùm transfertur uſus de fratre in fratrem.

954 Difficultas eſt, ſi donet Religioſo alterius Monaſterii ejuſdem Provinciæ, aut Religionis.

Non incurrere pœnas alienationis, teneo cum Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tr.* 2. *diſp.* 1. *ſn.* 169. Riccio, Tamb. & Delbene *tom.* 1. *cap.* 17. *dub.* 13. *num.* 15.

955 Ratio eorum eſt, quia Extravagans, & Decretum prohibent alienationem, ne bona Eccleſiæ auferantur, ab Eccleſia; materialiter autem ſe habet, & parùm refert, quòd bona ſint unius, vel alterius Eccleſiæ, dummodò ſint Eccleſiæ. Ità contingit in caſu; quia licèt Religioſus det Religioſo alterius Monaſterii, aut Provinciæ, ſed ejuſdem Religionis, bona donata verè ſunt ſub dominio Eccleſiæ, dum non donat ſæcularibus.

956 Hac ratione Bord. *reſ.* 27. *n.* 3. docet bona unius Eccleſiæ poſſe commutari cum bonis alterius Eccleſiæ.

957 At hæc ratio nimis probat, probat enim Prælatum poſſe ſinè aſſenſu Apoſtolico bona unius Monaſterii divitiis in aliud transferre, abſque eo, quòd incurrat pœnas alienantium; quod negatum eſt ſuprà in *num.* 955. Item quòd Religioſus donare poſſet Religioſo alterius Religionis, abſque eo, quòd incurrat pœnas Extrav. quod negant relati Doctores; quia adhuc bona donata non eſſent donata ſæcularibus, ſed eſſent verè ſub dominio Eccleſiæ, & ad uſus pauperum, nempe Religioſorum.

958 Finis igitur Extravagantis, & Decreti non fuit indemnitas Eccleſiæ in communi acceptæ, ſed indemnitas ſingularum Eccleſiarum, & Monaſteriorum in particulari; fuit enim finis conſervatio Divini cultus in ſingulis Eccleſiis, & congruæ ſuſtentationis Religioſorum, & pauperum Chriſti in ſingulis Monaſteriis; & hac de cauſa in ſingulis bonorum alienationem prohibuit, ut conſtat ex *num.* 930. qui finis non ſervaretur, ſi bona unius Monaſterii poſſent in aliud etiam ejuſdem Provinciæ, & Ordinis alienari, ſed potiùs eſſet unum Altare ſpoliare, ad aliud veſtiendum.

959 Hac ratione prohibitam dico permutationem: *de num.* 956. quia eſt ſpecies alienationis, cum per eam transferatur dominium. Quaranta apud Donatum *quæſt.* 25. *num.* 4.

960 Ratio ergo, cur Religioſus donans mobile pretioſum Religioſo alterius Monaſterii, non incurrat pœnas Extravag. & Decret. contra alienantes, eſt; quia dictæ pœnæ non incurruntur à ſubditis, ſed à Superioribus, ut *in num.* 839. An autem peccet contra paupertatem, & incurrat pœnas munera largientium, conſtabit infrà: *v. num.* 1051.

## QUÆRES XI.

961 *An Capellæ, & ſepulturæ poſſint alienari ſinè aſſenſu Apoſtolico?*

PRæmittendum omninò eſt, Capellam, & ſepulturam eſſe locum ſacrum: *ex num.* 626. adeóque ratione ſpiritualitatis annexæ vendi non poſſent ſinè labe ſimoniæ. Ex-

S 2 dem

dem ratione *in cap. Abolendæ* 12. *de ſepult.* prohibetur vendi laico jus funeris in ſepulchro, videlicet ſepeliendi in eo ſe, ſuoſque ſucceſſores, & impediendi, ne alii ſepeliantur in illo.

962 Et licèt vaſa ſacra ratione materiæ, poſſint vendi abſque ſimoniæ labe, non ſic ſepultura; quia licèt ratione materiæ, nempe terræ, ſit quid temporale, prohibetur vendi jure poſitivo, ex *cit. cap. Abolendæ*, ubi, qui ſic vendunt, reprehenduntur: *Quid terra terram vendis? memento quòd terra es, & in terram ibis.*

963 Quia tamen uſus communis eſt, ut Capellæ, & ſepulturæ vendantur cum jure funerandi, uti ſuprà; eſt omnino quærendum caput talem venditionem, & emptionem juſtificandi à ſimoniæ labe.

964 Portellius *par.* 2. *caſu* 20. *num.* 2. ait: *Dico, ſepulturam vendi poſſe, quatenus terra eſt, ſeu materia ſepulturæ, non verò id, quod illi ineſt ſacrum, ſeu benedictum.* Tenet expreſsè Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de ſimonia cap.* 14. *à num.* 6. *ad* 17. Qui adducunt paritatem de Calice, & Oleo Chriſmatis, quæ majorem habent Conſecrationem, & tamen vendi poſſunt ratione materiæ argenti, & olei. Ità illi.

Item Donatus *quæſt.* 79. *num.* 9. refert auctoritatem D. Th. *in* 4. *ſent. diſt.* 25. *quæſt.* 3. *art.* 3. *in reſp. ad ſecundum*, quæ eſt: *Venditio ſepulturæ poteſt intelligi dupliciter, uno modo, quòd vendatur terra ſacra pro ſepultura, & de hoc eſt ſimilis ratio, ac de venditione ſacrorum vaſorum: quia cœmeterium conſecratum poteſt vendi ratione terræ in neceſſitate Eccleſiæ, ſicut & calix ratione materiæ; non autem poteſt vendi ratione conſecrationis.*

Quibus favet Peyr. apud Donatum *cit. n.* 10. dicens, rigorem Canonis, *cap. Abolendæ*, fuiſſe fortè contraria conſuetudine abrogatum. Ità illi.

965 Non eſt autem deſpiciendus Sot. apud Donatum *quæſt.* 79. qui tenet, eas vendi, & pretium accipi non ratione ſpiritualitis, ſed ratione loci honoratioris, non ob reſpectum ad quid ſpirituale, quatenus ver. gr. ibi Evangelium canitur, ſed ob reſpectum ad ſitum, quatenus, ver. gr. eſt in parte dextera, propinquior Altari Majori, &c. honor námque, & pompa ſunt quid temporale, & pretio æſtimabile.

966 Attamen tutius, & rectiùs eſt dicere pretium dari, & accipi pro repatione, & conſervatione Eccleſiæ, aut pro ſuſtentatione miniſtrorum Eccleſiæ, qui ſuam occupationem impendunt, miniſtrando ſpiritualia, quod eſt vendere ſpiritualia (ritè ait Donatus,) ſed velle habere neceſſaria ad vitam corporalem, ſinè qua ſpiritualia exercere non poſſumus. Quod eſt ità verum, ut pretium ſuſtentationis poſſit in pactum deduci, ut probat Cajet. apud Donatum.

967 Quod fundatur in illo, Matth. 10. ubi Chriſtus Apoſtolos ad prædicandum Evangelium miſit, eiſque dixit: *Dignus enim eſt operarius cibo ſuo.* Et Pauli 1. ad Thim. 5. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim ſcriptura: Non alligabis os bovi trituranti. Etenim dignus eſt operarius merce ſua: v. tom.* 3. *num.* 252.

His quantum ad labem ſimoniæ præmiſſis

968 Reſpondeo ad quæſitum, capellas, & ſepulturas alienari, & vendi non poſſe abſque aſſenſu Apoſtolico, quia ſunt res, & jura Eccleſiæ, ac proinde comprehenduntur in Extrav. & Decreto. Donatus q. 79. *num.* 11.

969 Poteſt autem Prælatus ſinè titulo venditionis, aut alio, quo transferatur dominium,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nium, alicui devoto, aut Monaſterii benemerito capellam concedere; ità tamen, ut ſolùm uſum facti concedat, videlicet ad ſe ibi, & ſuos ſepeliendos, ad eam ſuis ſumptibus ampliandam, paramentis ornandam, & decorandam, ità ut non deducatur in pactum aliqua ſolutio in pretium facienda pro capella, aut ſepultura. Et hoc pacto etiam à Fratribus. Minoribus concedi poſſunt capellæ, & ſepulturæ. Lantuſca *in Theatro Reg. ver. Alienatio num. 3. & 4.*

QUÆRES XII.

970 *An Capella legitimè alteri vendita, poſſit, eo mortuo, à Prælato alteri donari, aut vendi?*

RESpondeo, poſſe alteri donari, aut vendi, extinctis tamen cunctis hæredibus ſuæ domus, pro quibus conceſſa ſupponitur, ſi primus donatarius, aut emptor, ultrà pretium, quod ſemel pro venditione ſolvit, nullum redditum annualem reliquit pro ornatu, & conſervatione Capellæ. Portellus *par. 2. caſu* 10. *num.* 1. Donatus *cit. q.* 80. Quia mortuis hæredibus, jus ſepulturæ redit ad proprietatem, & dominium Eccleſiæ. Quod eſt verum; etiam ſi in Capella ſit inſcriptum nomen donatarii, aut emptoris.

971 Tum quia, ſi hæredibus primi donatarii aut emptoris defunctis, non poſſet Capella alteri donari, aut vendi, poſſet breviter deveniri ad tempus, quo non eſſet locus aliis, qui vellent ſepulturam eligere; quòd inſuper cederet in detrimentum Eccleſiæ, Capellarum, & Miniſtrorum; nam Capellæ non reperirent fideles devotos, qui eas vellent ornare, & Miniſtri privarentur plurimis eleemoſynis, quæ ex electionibus ſepulturæ provenire ſolent, & quibus vivunt, atque illis prorſus adderetur onus Capellas ornandi.

972 Si verò donatarius, ſeu emptor Capellæ reliquerit dotem, videlicet aliquem redditum annuum perpetuum pro ejus ornatu, & conſervatione, quamvis Rodr. apud Donat. *cit.* etiam affirmet:

973 Dicendum tamen eſt, quòd non poſſit alteri donari, aut vendi. Port. & Donat. *cit.* Quia per illum redditum annualem [ait Donatus] videtur defunctus cum Eccleſia pactum feciſſe, ut nunquam alius ibidem ſepeliatur; pacta autem legitimè inita, etiam poſt mortem ſunt ſervanda, *cap. Antigonus 1. de pactis.* Tum quia ità eſt communis praxis, ut Capella ritè ab Eccleſia alienata, in poſterum nullatenus ab eadem revendatur; ſecùs, ſi foret conceſſa ad nudum uſum, aut ſinè debito pretio. Ità ille.

QUÆRES XIII.

974 *An alienantes Reliquias Sanctorum ſinè aſſenſu Apoſtolico, incurrant pœnas Extravagantis.*

DIfficultas procedit de Reliquiis exiſtentibus ſub dominio, & poteſtate Eccleſiæ, minimè de iis, quæ extant apud perſonas particulares, aut quæ à mercatoribus, è partibus infidelium afferuntur; hæ quidem conſiderantur, ut res propriæ, adeoque libere abſque ullo aſſenſu alienari poſſunt.

975 Inſuper certum eſt, quòd Superior Eccleſiæ poſſit aliquod Reliquiæ fruſtulum, pietatis cauſa, perſonæ exteræ, & benemeritæ elargiri, ſi partes Reliquiæ ejuſdem Sancti in ea remaneant; quia (ut ait Donatus *q.* 56.) *Eccleſiæ decor non deficit, & pietas dilatatur.* His præmiſſis.

976 Reliquias alienantes incurrere pœnas Extrav. tenent Genuenſis, Riccius, & Donatus *cit.* quia Reliquiæ ſunt mobilia pretioſiora, quàm vaſa ſacra; nam adorandæ exponuntur; non ſic vaſa.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

977 Reſpondeo, nõ incurrere pœnas Extravagantis. Bord. *reſ.* 27. *n.* 61. Diana *par.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 223. *ver. Notandum*. Fagnan. *lib.* 3. *Decr. c. Cum ex eo* 2. *de Reliquiis num.* 35. Quia Extravagans, & Decretum expreſsè loquuntur de mobilibus pretioſis temporalibus, & in ratione valoris, ſeu pretio exiſtimabilibus, minimè de pretioſis ſpiritualibus, & in ratione honoris.

978 Verum tamen eſt, quòd translatio Corporum Sanctorum de uno in alium locum ſit prohibita, *ex c. Corpora, de conſec. diſt.* 1. *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præſumat, ſine Concilio Principis*, hoc eſt Papæ, *vel Epiſcopi, & Sanctæ Synodi*, videlicet Canonicorum.

979 Qui autem ſine debita licentia Corpus Sancti de uno in alium locum transferret, non incurreret pœnas extravagantis, ſed eſſet puniendus arbitrio Judicis; quia nulla eſt in jure appoſita pœna.

980 Idem eſſet dicendum de Superiore Regulari, aut alio, qui Reliquiam inſignem extraheret; quia Eccleſiam ejus Sancti decore privaret.

## QUÆRES XIV.

981 *An pecunia Regularibus relicta ad finem celebrandi perpetuam Miſſam pro aliquo defuncto, poſſit inveſtiri in imponendo cenſu ſupra bona propria Monaſterii, aut in fabricanda parte Conventus?*

AFfirmant quoad fabricandam partem Conventus; Pyr. *in form. lit. A, c.* 11. *n.* 2. & Donat. *to.* 4. *tr.* 7. *q.* 881. *& to.* 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 75. Quia poſſunt Religioſi Eccleſiam ſeu Monaſterium recipere ſub obligatione Miſſæ quotidianæ; igitur & illa reparare ſub onere Miſſæ.

2 Quia pars Conventus fabricata eſt fructifera æquivalenter; nam Religioſi deficientes in Conventu, poſſent domum pro habitatione conducere, à qua conductione ſolet fabricatio liberat.

3 Quia in Eccleſia diruta non poſſunt ſacrificia, & officia celebrari, nec cadavera ſepeliri; adeóq; non poſſunt ex ea recipi emolumenta, quæ ex Eccleſiis aptis percipi ſolent; igitur Eccleſia reparata eſt actu fructifera, & proinde capax, ut ſuſtineat onus Miſſæ perpetuæ, juxta mentem S. Cong. de Celebr. Miſſarum.

982 Reſp. tamen, omninò non poſſe. Diana *par.* 10. *tract.* 16. *reſ.* 72. Pellizar. *c.* 3. *n.* 53. Tamb. *cit. n.* 13. & Bord. *reſ.* 2.. qui ſolùm affirmat cùm hac limitatione, videlicet; ſi poſteà ex accretione proventuum Monaſterii ematur nova proprietas, quæ ... fructificet. Ratio eſt, quia S. C. in Decr. de Celebr. Miſſar. expreſsè vult, pecuniam relictam eſſe inveſtiendam in bonis immobilibus fructiferis; in allatis autem duobus caſibus, nil novi acquirit Monaſterium, unde fructus habeat ad onus Miſſæ ſuſtentandum.

983 Ad rationes in oppoſitum: ad 1. patet diſparitas, quia in conceſſione Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, datur proprietas ſimul cùm onere; in noſtro verò caſu datur pecunia eo fine; ut transferatur in ſtabile fructiferum.

Tum quia acceptationem Eccleſiæ, ſeu Monaſterii ſub onere Miſſæ perpetuæ, ſolùm puto concedendam Religioſis divitibus, qui alios habent redditus liberos, unde vivunt; minimè univerſaliter etiam Mendicantibus, qui ex puris eleemoſynis ſuſtentantur; de quibus infrà.

Secunda, & tertia ratio non probant univerſaliter, ſed ſolùm quando fabricaretur Eccleſia omninò inepta ad ſolita emolumenta, aut pars Conventus, ex cujus defectu Religioſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gioſi pro habitatione locabant domum. Ad 2. autem dico, non ſufficere æquivalentiam, quia hæc non ſublevat Sacerdotis indigentiam, qui eſt finis S. C. cum enim Sacerdos actu indigeat, actu debet res immobilis fructificare.

984 Ad 3. dico, talem fructificationem non ſufficere, quia non eſt realiter nova fructificatio. Vel enim conſideratur in ordine ad Eccleſiam, & Monaſterium ex diruto reparatum, & ſic cedit in commodum ipſius Eccleſiæ, & Monaſterii, ac ipſorum Religioſorum, ut ibi habitent, & ſua miniſteria exerceant; minimè in animæ defuncti fructum, & utilitatem, ſed potius in ejus damnum. Vel conſideratur in ordine ad emolumenta, quæ ex Eccleſia reparata de novo percipiunt: Et ſub hac conſideratione fructus apparet novus; at non eſt realiter novus, uti requiritur ad onus Miſſæ ſuſtentandum; æquivalet enim fructui, quem ante deſtructionem ex Eccleſia apta Religioſi percipiebant; unde ſicut tunc, quando Eccleſia erat apta, non poterant Religioſi pecuniam pro Miſſa perpetua relictam inveſtire in ipſa Eccleſia, aſſignando pro fructu ſuſtentativo oneris Miſſæ emolumenta, quæ forte in majori ſummam tunc temporis percipiebant; ita nec poterunt modò per reparationem, in eadem Eccleſia reparata inveſtire, aſſignando pro fructu ſuſtentativo oneris Miſſæ, emolumenta, quæ ex ea in minori ſumma ob temporum ſterilitatem modò percipiunt; & ſicut tunc pecunia non diceretur applicata in bonis ſtabilibus fructiferis, uti S. C. requirit; ita nec nunc.

985 Hujus ratio eſt, quia S. C. in hoc Decreto intendit dare Sacerdoti pro novo onere novum ſtipendium cùm effectu pro ejus ſuſtentatione, ne ex defectu ſtipendii, voluntas teſtatoris non adimpleatur, & ejus anima ſuffragiis privetur; unde per S. Congr. res illa fructifera dicitur, quæ novum realiter, & cum effectu affert fructum, itaut aliquid reverà addat Monaſterio pro Sacerdotis ſuſtentatione.

986 Ex hac ratione fateor, quòd ſi ex pecunia relicta pro Miſſa, fabricaretur pars Conventus, itaut ſubtus fabricarentur domus locandæ ſæcularibus, vel repararetur prædium, quod ex tali reparatione daret fructum proportionatum oneri Miſſæ; utique eſſet bene inveſtita, quia ex ea proveniret fructus ſuſtentativus oneris Miſſæ, uti S. C. requirit.

987 Deniq; ſi opinio Peyr. & Donati aliquam poteſt probabilitatem habere pro Monaſteriis divitibus, quæ alios habent redditus liberos, unde honeſtè vivant, itaut valeant ſatisfacere oneri ſine periculo damni animarum; nullo pacto poteſt habere locum in Monaſteriis mendicantium pauperum, qui de eleemoſynis vivunt.

Hi quidem mendicantes, nullo pacto poſſunt ſine peccato mortali, atque injuſtitia, pecunias ſic relictas, aut capitalia extinguere, ſive ad debita ſolvenda, ſive ad Monaſterium fabricandum, aut reparandum, cùm evidens ſit animarum damnum ex certa ſuffragiorum amiſſione; quoniam ſi exinde indigentiam Monaſterii ex una parte ſublevant; illud reparando, aut debita ſolvendo; ex alia augent in perpetuum poſteris annuum cenſum extinguendo; & Sacerdotes vix ſufficientes ad ſatisfaciendum oneribus ex quotidianis eleemoſynis, ad quas pro neceſſaria Monaſterii ſuſtentatione, cum ſudore, ob Monaſteriorum, ac pauperum multitudine, atque ob temporis penuriam, recurrunt erunt omninò impotentes ad ſatisfaciendum Miſſarum oneribus, præfatis pecuniis, aut capitalibus extinctis correſpondentibus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Animadvertant igitur Superiores, & divinum judicium reformident; quoniam juſtorum Defunctorum animæ, quò diriùs Purgatorii igne cremantur, eò acriùs contra hujuſmodi impios apud ſeverum judicem clamant.

988 Hi tamen Superiores, qui ſic pecuniam illam inſumerent, non incurrerent pœnas Extrav. contra alienantes; quia revera non alienarent, cum in utilitatem ejuſdem Monaſterii remaneret impenſa: ut *in n. 928.* incurrerent autem pœnas Decreti Sac. Congreg. de Celebrat. Miſſarum relati *in to. 3. num. 5.*

989 Certum tamen eſt, onus Miſſæ non incipere poſt depoſitionem pecuniæ, nec poſt acceptationem Eccleſiæ, ſed poſt inveſtitionem; quia ſicut tunc incipit ſtipendium, ità & onus.

De alienatione, agunt Donat. *tom. 1. par. 2. tr. 14.* Caſtropal. *par. 2. tract. 12. diſp. un. pun. 15.* Bord. *reſ. 27. 62. & 126.* Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tr. 2. diſp. 1. ſect. 4. §. 1.* Fagnanus *in l. 3. Decr. c. Nulli 5. de reb. Eccl. non alien.* Pirhing. *in Comp. lib. 3. tit. 13.* Phœbus *lib. 2. tit. 12.*

## LARGITIO MUNERUM

990 Eſt prohibita Regularibus utriuſque ſexûs [Religioſis militaribus exceptis] tam inter ſe ipſos, quàm in ordine ad exteros, & ſæculares, *à Clem. VIII.* per Bullam incip. *Religioſæ Congregationes*, 18. Junii 1594. Quæ Bulla non condidit novum jus, ſed renovavit antiquum, *cap. Non dicatis 12. q. 1. cap. Monachi, de ſtatu Monachorum, & cap. Cum ad Monaſterium, ſub eodem tit.* ſed appoſuit pœnas. Unde id, quod antea erat illicitum, aut licitum, ità modò.

Prohibetur tamen per hanc Bullam largitio uctuum, ſeu pecuniarum, & rerum mobilium non pretioſarum; quia largitio bonorum immobilium, aut mobilium pretioſorum, alienatio aliunde prohibita, ut ſuprà.

Partus intellectus non comprehenduntur in Bulla, tales ſunt conciones, lectiones, & ſimilia ſcripta; imò expreſsè ibi excipiuntur, unde poſſunt abſque peccato aliis donari; imò Religioſus ad aliam Religionem tranſiens, poteſt ea ſecum abſque licentia transferre: *v. n. 1114.*

991 Cauſæ finales dictæ Bullæ ſunt quatuor, in eadem expreſſæ. 1. Ut Regularium diſciplina conſervetur, & labefactata reſtituatur. 2. Ut bona Monaſteriorum, aut Religioſis acquiſita, etiam redditus, & eleemoſynæ, non dilapidentur, & diſſipentur; 3. Ut votum paupertatis integrè obſervetur. 4. Ut prava Regularium ambitio evitetur.

992 Pœnæ ſunt perpetua infamia, privatio vocis activæ, & paſſivæ, privatio ipſo facto dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, quæ habent, & inhabilitas ad illa, & ſimilia in futurum. Nomine dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, veniunt ea, quæ ſunt cum ſuperioritate, & juriſdictione ordinaria, vel delegata conjuncta: Unde non veniunt Vicarii, ſubpriores, Lectores, Confeſſarii, &c. ità Donat. *to. 1. p. 1. tr. 13. q. 26.*

993 Quæ pœnæ ſunt impoſitæ contra ipſos Religioſos, ſive Superiores, ſive ſubditos munera dantes. Privatio vocis activæ, & paſſivæ, & inhabilitas ad officia in futurum quoad forum internum incurruntur ante Judicis ſententiam declaratoriam, quia ſunt pœnæ privativæ, quæ actionem hominis ad ſui executionem non requirunt. Priores pœnæ non incurruntur ante ſententiam declaratoriam Judicis, quia ſunt pœnæ privativæ, quæ actionem hominis ad ſui executionem requirunt: ut *in num. 179.*

994 Satis autem probabile eſt, nullam pœnam (exceptâ cenſurâ) incurri in foro conſcientiæ ante ſententiam condemnatoriam, aut declaratoriã delicti, ſi pœna ſit latæ ſententiæ. Donat. *cit. q.* 25. cùm Suar. Sanchez, Avila, & aliis. Quia nemo debet eſſe exequutor pœnæ contra ſe ipſum. Ut innui *num.* 180. Quoad forum autem fori, certum mihi eſt cùm com. nullam prorſus pœnam, neq; cenſuram (exceptâ cenſurâ ob notoriam percuſſionem Clerici, de qua ſuo loco) incurri ante ſententiam, uti ſuprà: *v. n.* 1011.

995 In recenſita Bulla Clem. nulla imponitur cenſura contra largientes, ſed relatæ privationes, & inhabilitates.

996 Donatarii verò, ſeu recipientes à Religioſis munera, non incurrunt dictas pœnas, ſed ſolùm tenentur ad reſtitutionem in foro conſcientiæ ante omnem ſententiam. Donat. *cit. q.* 28. quia reſtitutio non eſt pœna, ſed debitum. Habetur ex verbis ipſius Bullæ, ut ſequitur:

„ Quòd ſi vel ab aliquo particulari Religioſo, vel à Superiore quopiam, Generali, Provinciali, aut alio quocumque fungente, aut à Conventu, Capitulo, vel Congregatione, ſive ab Univerſo Ordine, & Religione, quidquam receperint, id quod acceperint, ſuum non faciant. Verùm ipſo facto abſque aliqua monitione Judicis, Decreto, ſententia, aut declaratione, ad illius reſtitutionem omninò in utroque foro teneantur; adeo ut reſtitutione ipſa realiter non facta, neq; etiam in foro conſcientiæ abſolvi poſſint.

„ Hanc autem reſtitutionem fieri volumus, non privatim ei Religioſo, qui donavit, ſed ei Monaſterio, Domui, vel alteri Loco, de cujus bonis facta eſt largitio, vel ſi non de ejus bonis donatum eſt, in quo idem Religioſus donans profeſſionem emiſit; vel ſi nomine totius Capituli, Conventûs, aut Congregationis, vel univerſi Ordinis, ſeu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi menſæ, aut maſſæ cujus nomine donatum fuerit, accepta munera reſtituantur; ità ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui reſtitutio facienda eſt, illam remittere, & iterùm condonare, aut recipientem ab obligatione reſtituendi eximere, vel ut in pauperes eroget concedere, quoquo modo poſſit.

997 Plures apud Donatum, & noviſſimè Mendo *in epit. ver. Paupertatis votum n.* 7. dicunt Bullam Clem. VIII. de largitione munerum in Hiſpania, & pluribus aliis Provinciis non fuiſſe uſu receptam, maximè quoad pœnas; quod etiam tenet Diana *p.* 1. *tr.* 6. *reſ.* 1. Quod negat Donat. Ex maximè in Italia; nam quotannis menſe Januarii legitur cùm moderatione, & declaratione Urb. VIII.

998 Urb. nàmq; VIII. per Bullam *Nuper*, editam 16. Octobris 1640. innovavit dictam Bullam Clem. VIII. damnando omnem prætenſum non uſum; illam tamen moderavit, & declaravit, ut ſequitur:

„ 999 Declaravit, & declarat, munera à Religioſis utriuſque ſexûs tribui poſſe ex cauſis gratitudinis, conciliationis, benevolentiæ, ejúſque conſervationis erga ipſam Religionem, vel Conventum, aliiſve cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus; modeſtè tamen, ac diſcretè, & dummodò id non fiat, niſi de Superiorum localium licentia, ac etiam cùm conſenſu majoris partis Conventûs, ſi talis conſenſus de jure, vel ex conſtitutionibus, ſeu conſuetudinibus cujuſque Religionis reſpectivè in hujuſmodi caſibus requiratur.

,, 1000 Conſenſum verò Conventûs in §. 3. ejuſdem Conſtitutionis, ad leviora eſculenta, aut poculenta, ſeu ad devotionem, & religioſitatem pertinentia munuſcula largienda, &c, requiſitum, intelligi debere de conſenſu aliàs de jure requiſito, & ubi concurrit ambitionis ſuſpicio; qua ceſſante, nec in his requiri licentiam Superiorum in ſcriptis *in* §. 4. ejuſdem Bullæ requiſitam, ſed ſufficere licentiam etiam oretenus eiſdem conceſſam, declarat.

,, 1001 Commeſſationes autem, compotationes, & convivia in excipiendis præſertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinariis, honorificè, & lautè, de quibus *in* §. 5. & 6. ejuſdem Conſtitutionis, cenſeri tantummoda prohibita, ſi decentiæ ſtatus regularis adverſentur.

,, 1002 Reſtitutionem verò receptorum Conventibus faciendam, de qua *in* §. 7. ibidem cautum eſt, intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, ſeu miſſa de jure pertinent ſi id commodè fieri poteſt; aliàs Conventui ejuſdem Religionis viciniori loco, ubi petita fuit abſolutio, reſtituantur.

,, 1003 Inſuper eadem facultate ſibi tributa, omnes, qui huc uſque adverſus ſupradictæ Conſtitutionis Capitula hìc moderata largiti fuerunt, vel receperunt à pœnis quibuſcunque in eadem Conſtitutione inflictis, & incurſis, poſſe, & debere à propriis confeſſariis abſolvi in foro conſcientiæ, etiam non factâ priùs hujuſmodi rerum donatarum, ſeu datarum reſtitutione.

,, 1004 Quo ad eos verò qui præter modum prædictum graviori Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo tranſgreſſi ſunt, ſed ob inopiam reſtituere nequeunt: Eadem ſanctitas concedit Majori pœnitentiario, ut de præteritis uſque ad diem de præſentium in foro conſcientiæ abſolvat, diſpenſet, & condonet, ſeu abſolvi, diſpenſari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit.

1005 *Mendo in Epit. cit. n. 5.* docet, qui donans ſinè licentia extraneo aliquid ex peculio, non teneatur reſtituere Monaſterio, nec extraneus ad reſtitutionem tenetur; quia præſumitur Religionem conſentire, ne honor illorum periclitetur. Inſuper ratio poteſt eſſe; quia peculium, quod in aliquibus Religionibus ex redditibus Monaſterii aſſignari ſolet particulari Religioſo aſſignatur, ut illud impendat in ſuos uſus; unde Religioſus ejus partem alteri donans, dat illi uſum rei, quo ipſe ſe privat, in quo Superior non præſumitur invitus, cùm nullum damnum Monaſterio cedat.

1006 Valde roboratur ex *reſ.* 19. quam tradit Diana *p. 1. tr. 6.* ubi inquirens, *An Religioſus de annuis redditibus, ex Superioris licentia ad ſuum uſum conceſſis, ſine aliqua reſtrictione, poſſit libere, parciùs vivẽdo, aliis donare?* Reſpondet cùm pluribus:

,, Affirmativam ſententiam probabilem eſſe judico, cùm licentia ſaltem tacita ſit Superioris. Et ratio eſt, quia hæc Bulla prohibet tantùm largitiones munerum, ex quibus gravia incommoda, & mala Monaſteriis inferuntur. Sed donatio eorum, quæ Religioſi parciùs vivendo largiuntur, non affert multum damni Monaſterio, ut patet: ergo &c. Probatur minor. Nam in tali donatione, Religioſus nullum damnum infert Monaſterio, ſed genio ſuo, & ventri, & condecentiæ ſuæ perſonæ, cui hæc detrahit, & parcè vivendo aufert. Ideo ex hac opinione datur occaſio Religioſis, ut libentiùs frugalitati, & moderata ſumptui aſſueſcant, dum ſciunt ea,

,, quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ quæ de ſibi neceſſariis detrahunt, poſſe licitè parentibus, & aliis de ſe benemeritis „ donare, & in aliis licitis operibus expendere.

1007 Dicta potiori jure procedunt de Monialibus, quoad redditus particulares vitalitios à ſuis cognatis illis aſſignatos, quorum Monaſterium ſolùm eſt uſufructuarium, eorum tamen uſus eſt ipſis Monialibus conceſſus.

QUANTITAS DONANDI,

1008 PRo qua Superior poſſit ſibi, & ſuis licentiam concedere, non eſt à jure præſcripta. Plures apud Donatum *qu. 5.* volunt, quòd poſſit Religioſo de bonis mobilibus, ſeu fructibus ſibi applicatis concedere licentiam donandi uſq; ad decem aureos, ex pia, & rationabili cauſa, putà pro Cognatorum nuptiis, pro gratitudine, aut aliâ cauſâ virtutis. Alii tenent, quòd poſſit uſque ad duodecim, aut quindecim aureos ſingulis annis. Alii duos, vel tres aureos ſingulis menſibus, *n.* 852. & 1021.

1009 At quidem certa regula tradi non poteſt, unde quantitatis præſcriptio remittenda eſt arbitrio prudentiæ, circumſtantiis conſideratis, quantitatis reddituum, qualitatis perſonarum cauſâ, ſpe, loco, & tempore.

1010 Pro ea autem quantitate, pro qua Superior Regularis poteſt dare licentiam donandi ſuis Religioſis, poteſt etiam Superiorisſa ſuis Monialibus, niſi in aliquo præceptivam limitationem habeat à ſuo Superiore majori, nempe ab Ordinario. Diana *p.1.tr.6. reſ.21.*

1011 Certum tamen eſt, quòd donans ſine Superioris licentia in quantitate ſufficienti ad mortale, mortaliter peccet. Pro qua re [illegible] *quantitas furti inter domeſticos.* Ubi de furto Religioſorum.

Quantitas autem duorum aureorum, licèt, ſit notabilis, & ſufficiens ad peccatum mortale contra votum paupertatis, non eſt notabilis, & ſufficiens ad incurrendas pœnas Bullæ, ſed eſt in jure modica; unde non erit ſufficiens ad pœnas, ſi non excedat decem aureorum ſummam, ut in ſimili dictum eſt in *tom. 2. à n. 7. ad 9.*

CAUSA VIRTUTIS

1012 NOn eſt prohibitum donare, Bulla enim ſolùm prohibet donationes ex mera liberalitate, & ob fines *n.* 991. expreſſos. Cæterùm non intendit tollere jus naturæ, ut conſtat ex moderatione, & Declaratione Urb. VIII. *de n.* 999.

1013 Hinc licitum eſt. Primo, Superiores & perſonas Monaſterio benemeritas hoſpitari, & eorum adventus honorare, dummodò id diſcretè fiat: *v. n.* 1001. Secundò. Aliquid donare ad captandam benevolentiam perſonæ, à qua Monaſterium ſperat bona obtinere, aut ejus favore difficilia exigere: *v. num.* 999. Tertiò, ratione gratitudinis in beneficiorum acceptorum memoriam; quia gratitudo eſt virtus jure naturæ debita, *ut infra de Simonia, v. n.* 999. Quartò, cauſa remunerationis, ob laborem impenſum, & ſervitia præſtita; remuneratio namq; de gratitudine ſapit ſimul, & de juſtitia.

1014 Imò gratitudo, & remuneratio expoſcit, ut plus reddatur, quam ſit acceptum. Donatus *q.* 8. Imò Diana *p.1. tr.6. reſ.* 16. tenet donationem poſſe excedere in quarta parte valorem meritorum, & beneficiorum.

1015 Hinc ultra juſtum ſalarium poſſunt Religioſi, & reſpectivè Moniales, aliquid donare Advocatis, Procuratoribus, Medicis, Cõfeſſariis, Miniſtris, &c. tunc enim gratificatur, ſeu remuneratur affectus, patientia, aſſiſtentia, charitas, felix exitus litis, &c. hæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

námque ſolo nomine dicuntur donationes; revera tamen ſunt ſatisfactiones, & naturæ debita: Nec cedunt in præjudicium Monaſterii, ſed in ejus utilitatem, & decorem; nam benefactores fovent ad magis in poſterum benefaciendum.

1016 Pariter poſſunt aliquid donare Moniales Ordinario loci ob aſſiſtentiam in ſuſceptione habitûs, Profeſſione, &c. Diana *p.* 1. *tr.* 6. *reſ.* 24.

1017 Denique aliquid dare poſſunt Religioſi nautis, &c. ne ab illis malè tractentur.

## RATIONE ELEEMOSYNÆ

1018 Poſſunt Religioſi de ſuorum Superiorum expreſſa, aut tacita, ſeu rationabiliter præſumpta licentia, licitè, & abſque læſione paupertatis, aliquid dare pauperibus, & indigentibus, maximè ſi ſint parentes, & conſanguinei; quod poſſunt facere, dando id, quod eis ſupereſt de conceſſis ad uſum, aliquid ſubtrahendo de victu. Donatus *quæſt.* 9. cum Riccio, Bonac. & Diana.

1019 Eleemoſyna enim eſt actus excellentioris virtutis, Charitatis ſcilicet, aut Pietatis, ſi fiat erga conſanguineos pauperes: Unde non eſt prohibita in Bulla Clem. VIII. ſed expreſsè in prohibitione exceptuata, his verbis: *Niſi re ipſa pro divino cultu, & veris Chriſti pauperum indigentiis, & ſervato in hoc charitatis ordine, & habita neceſſitatis ratione, de conſilio, & conſenſu Superiorum ſublevandis. Aut alias in rebus licitis, &c.*

1020 Hinc Mendo *in Epit. cit. num.* 11. cum Portellio, & Diana docet, quòd ſi Religioſus parentes ſummè indigentes habeat, poſſit de Superioris licentia illis ſuccurrere per ea, quæ ſuo labore, aut induſtria acquiſierit, putà per eleemoſinam ſuæ prædicationis, aut alterius ſui honeſti laboris. Et ſi hoc non ſufficiat, poſſit extra Monaſterium ad tempus degere, ad illis ſubveniendum. Vi... *to.* 2. *num.* 267. & *num.* 271.

1021 Et Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *qu.* ... docet cum multis, Monialem licitè poſſe ... ditus ſibi ad uſus conceſſos de licentia Abbatiſſæ, religioſè, & diſcretè dare propinquis ... digentibus, & maximè nobilibus, ſi cauſa ... & rationabilis adſit, qualis eſt, ſi ſint pauperes. Idem docet Verricelli *tom.* 1. *tr.* 3. *qu.* ... *n.* 1. & 10.

Dicitur *diſcretè*, videlicet moderatè, ... eorum indigentiam ſublevandam, & ut honeſtè vivant, minimè ad eos ditandos. Ratio ... tem eſt; quia donare propinquis egentibus eſt opus honeſtum, neque paupertati oppoſitum.

Imò Faber cum Nav. & aliis apud Maſtrium *diſp.* 14. *n.* 45. docet, licere Religioſo benemerito, ut aliqua elargiatur cognatis pauperibus ad conſervationem ſui ſtatus. Idque probat ex eo, quod refert Nav. *Com.* 2. *de Reg.* *gul. num.* 25. *Quod Dominicani S. Stephani Salmantica ſolent Magiſtris ejuſdem Ordinis Cathedras magnorum ſtipendiorum ibi ... gentibus permittere, ut ex illis cognatis pauperibus ſubveniant.* In quantum natura ... patitur, ut Religioſus benemeritus permittat ſuos propinquos in gravi neceſſitate, maximè ad extremam proxima conſtitui; aut ſic conſtitutos ſinè rubore cernat.

Idem confirmat Mendo in Epit. *cit. num.* ... dicens: *Poteſt Prælatus, cui à majori Superiori non eſt reſtricta poteſtas, concedere licentiam ad quamvis quantitatem moderatam inſumendam, maximè ſi Religioſus eam habeat ex ſtipendio Cathedræ, aut ſimili. Moderata autem eſt, dum non accedat ad aliqua milliaria aureorum.*

Tanta tamen quantitas non eſt prædicanda, nec permittenda. Nec id, quod tenet, & probat Verticelli *tr.* 8. *qu.* 52. quòd Monialis

poſſi...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſit frequenter ſuo confeſſario munera de licentia Abbatiſſæ frequenter dare, quæ in anno ad valorem triginta aureorum accedant; quia hoc eſt latam aperire viam ad immoderata peculia, & redditus retinenda; nam ſi tantam ſummam poteſt ſoli Confeſſario dare, in Monaſterio centum Monialium poſſent tria aureorum millia illi donari. Imò ſingulæ Moniales [ aliis diſpoſitionibus, & uſibus ex quamplurimis titulis computatis ] poſſent valde notabile peculium ſibi licitum reddere. Quod obſtat fini Bullæ Clem. VIII. & Urb. VIII. *de num.* 991. Debent igitur hujuſmodi donationes eſſe diſcretæ, ut non excedant limitum honeſti, & hoc pacto permittendæ; tunc namque habet locum motivum prudentiale Verticelli *cit. q.* 51. *num.* 3. quòd Religioſi ſcientes poſſe hos redditus propinquis donare, tunc abſtinent à luxu, cæteríſque ſuperfluis, quæ paupertatem deſtruunt.

1022 Potiori jure Religioſus poteſt de Superioris licentia ſuam elargiri pitantiam, & ſolùm poteſt Superiore invito; quia Religioſus eſt ſolùm uſuarius. Per hoc autem differunt Dominus, Uſufructuarius, & Uſuarius; quòd Dominus poteſt de ipſa re quoad ſubſtantiam diſponere ad omnes uſus, deſtruendo, vendendo, donando, &c. Uſufructuarius poteſt de fructibus ipſius rei ad omnes uſus diſponere, tam in ſui, quàm aliorum utilitatem, integra remanente ſubſtantia rei. Uſuarius verò ſolùm diſponere poteſt de fructibus in propriam tantùm, minimè in alterius utilitatem; unde vulgò dicitur habere uſum aſinarium: ſunt uſuarii uti volucres cœli, hujuſmodi ſunt Religioſi ratione voti paupertatis, adeóque nil diſponere poſſunt ad aliorum uſum, & utilitatem, ſinè licentia expreſſa, aut tacita ſui Superioris, de quo infra. Unde D. Benedictus erat ſolitus dicere: *Monachus habens obulum, non valet obulum* ( ſupple tu ) *ſinè licentia.*

1023 Denique de hujuſmodi eleemoſynis diſcretis loquens noſter Emm. Rodr. *in ſumma part.* 2. *cap.* 33 *num.* 5. ait: *Nec ego vellem, quod Prælati, ac Procuratores, & alii regulares privati in hoc eſſent ſcrupuloſi: quia ubi eſt charitas, & amor Dei, non eſt, quod adſit ſcrupulus.*

1024 Et ritè; quia à diſcretis eleemoſynis, & operibus miſericordiæ, non eximuntur Regulares, qui ad ea alios erudiunt, quoniam Chriſtus Matth. 15. die Judicii erga cunctos haud alterius plus meminerit, quàm operum miſericordiæ, ſive ad vitam: *Venite benedicti, &c. Eſurivi enim, & dediſti mihi manducare, &c.* ſive ad interitum; *Diſcedite à me maledicti, &c. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare, &c.*

## CAUSA MORTIS

1025 NOn poteſt Religioſus, aut Monialis, aliquid elargiri; quia hoc ſapit teſtari, quod eſt illis prohibitum, & contra votum paupertatis.

1026 Monialis verò, quæ fructus redditTuum ad ſuum uſum conceſſorum, aut alio modo perceptorum, apud ſe, aut apud depoſitariam ſe habere reperit, & vult ex illis Miſſas pro anima ſua dicendas, & aliquid titulo gratitudinis, remunerationis, &c. alicui moniali poſt mortem elargiri, ſuum deſiderium Superiotiſſæ exponat, eámque pro executione roget, ità ut liberum ſit Superioriſſæ de illis diſponere. Superioriſſam tamen enixè moneo, ut fideliter ſuæ Religioſæ juſta, & honeſta deſideria adimpleat, ut ſic Moniales alacriùs in Monaſteriis degant, hilariùs perpetuam patiantur clauſuram, & fervidius Deo inſerviant. Eò maximè, quia aliter ſe habendo, graviſſima ſequerentur mala, in graviſſimum, nedum voti paupertatis, verùm totius diſci-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſciplinæ regularis diſpendium: *v. nu.* 1043.

### BULLA NON DISPONIT DE NONDUM ACQUISITIS,

1027 SEd de jam acquiſitis; quia loquitur de bonis, ſeu fructibus Monaſterii, cujuſmodi non ſunt acquiſibilia, ſed acquiſita, *ut in num.* 891.

1028 Hinc Religioſus de ſui Superioris licentia poteſt pro conſanguineo, aut amico picturam magni valoris [ etiam ex ſumptibus Monaſterii, modicis tamen ] aut alia opera gratis efficere, eique donare. Diana cum Valero *p.* 1. *tr.* 16. *reſ.* 6. & *p.* 7. *tr.* 11. *reſ.* 17. Quia Monaſterium non habuit jus in opus illud, nam nondum erat; nec in pretium, quia non eſt acquiſitum, imò eſt remiſſum, priuſquam debeatur.

1029 Pariter poteſt gratis celebrare aliquot Miſſas ad intentionem ſui amici, quem ſcit pro eis ſtipendium accipere. Non poteſt tamen ſinè læſione paupertatis dare ſtipendia à ſe acquiſita pro Miſſis ſibi intra annum à ſuo Superiore conceſſis. Diana *part.* 1. *tract.* 16. *reſ.* 9.

1030 Religioſus, qui non acceptat donum aliquod, ſed rogat, ut illud det conſanguineo, aut amico, non peccat contra paupertatem, nec contra Bullam. Diana *cit. reſ.* 8. *cum multis contra Sorbo.* Quia non acceptavit, ſed ſolùm ſe habet ut interceſſor; adeóque non Religioſus, ſed amicus donat, licèt precibus, aut amore Religioſi; nec illi de bonis Religioſi, ſeu Monaſterii, ſed de ſuis donat. Si verò acceptavit, non poteſt facere, quòd nomine ſuo donetur alteri; quia jam Monaſterio acquiſivit, juxta illud: *Quidquid Monachus acquirit, Monaſterio acquirit.*

1031 Souſa apud Dianam *cit. reſ.* 10. tenet non peccare Religioſum, ſi abſque Superioris licentia diſpenſet pecuniam ab amico, aut conſanguineo ſibi traditam, ut pro ſui libitu quibus vult, diſpenſet, dominio tamen apud ipſum amicum reſervato; quia ejus ſolùm eſt diſpenſator, non dominus, unde non donat nomine proprio.

1032 Hæc autem opinio, loquendo de uſu abſoluto pecuniæ, eſto ſit ſpeculativè probabilis, practicè tamen eſt nimis laxa. Dian. *cit.* ac proinde non practicanda; quia talis Religioſus poſſet eam pecuniam ad omnes ſuos uſus, imò & aliis etiam extra cauſas virtutis elargiri; quod eſt contra perfectionem paupertatis Religioſæ.

1033 Loquendo autem de uſu determinato ad actus virtutis, putà ſi pecunia eſſet Religioſo tradita diſpenſanda in eleemoſynas, in cultum Divinum, &c. optima eſt ſententia Dian. *cit.* Pelliz. de Monialibus, *c.* 4. *nu.* 55.

### PAUPERTAS RELIGIOSA.

1034 EXD. Bonav. *Eſt virtus temporalium abdicativa bonorum, qua quis nil proprium gerens, ſuſtentatur de non ſuo.* Dicitur *temporalium bonorum*: hoc eſt pretio æſtimabilium, ut detur intelligi, quòd per votum paupertatis Religioſus non renunciat jus ad famam, nec honores, & gradus meritis debitos; quia honores ſunt præmia virtutum.

1035 Unde Religioſus ex vi voti paupertatis excludit à ſe tres actus: videlicet omnium temporalium rerum dominium, uſumfructum, & uſum juris, ſeu uſum juridicum, quo ſcilicet quis habet jus utendi re, & quæ eſt ſub dominio alterius, vel ejus uſum alteri concedendi; & ſolùm pro ſe retinet uſum facti, ut in *num.* 1022.

1036 Poteſt autem Religioſus abſque paupertatis læſione res tenere, de illis diſponere, eiſque uti dependenter tamen à voluntate ſui Superioris, eo modo, quo dictum eſt ſupra de larg. munerum, & dicetur modò; ſic namque

gne non erit proprietarius; quia dominium eſt facultas diſponendi de re, libere, & independenter; Religioſus verò diſponendo de rebus dependenter à voluntate Superioris, ſeu de ejus licentia, expreſſa, aut tacita, ſemper erit uſuarius, & nullum jus exercebit.

LICENTIAM

1037 AD debitum uſum paupertatis requiſitam in recipiendo, retinendo, donando, &c. concedere poſſunt Superiores immediati, videlicet Superiores locales, Priores, Rectores, &c. quia ipſi ſunt diſpenſatores, & adminiſtratores bonorum Monaſterii. Niſi in aliquo limitentur à Superioribus majoribus. Item Provinciales; quia ſunt verè Superiores Prælati. Pro Monialibus, Ordinarius, vel Abbatiſſa.

1038 Non eſt neceſſe, ut detur toties, quoties caſus occurrerit, ſed ſufficit abſoluta ſine limitatione; quia cum ſit ſemper revocabilis, ſemper ſalvatur, quòd Religioſus det, & diſponat ex nutu Superioris. Et ſic ab uno Superiore data, durat etiam ſub alio Superiore, niſi ab ipſo ſucceſſore expreſsè, vel tacitè fuerit revocata. Donatus *tom. 3. tr. 15. q. 17. & 18.* quia gratia non expirat mortuo, vel amoto ab officio concedente.

1039 Sufficit, quòd ſit tacita, & rationabiliter præſumpta, etiam ſi expreſſa poſtulari poſſet, & ob pudorem, aut aliam juſtam cauſam omittatur; quia ex jure: *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus. Ità Donatus cit. q. 14.* & apud ipſum S. Anton. Rodr. cum D. Thoma 2. 2. *q. 3. art. 8. ad 1.* qui ait: *Tunc non poteſt facere eleemoſynam ſinè licentia Abbatis, vel expreſſe habita, vel probabiliter præſumpta, niſi fortè in articulo extremæ neceſſitatis.*

1040 Licentia tacita, & præſumpta eſt illa, quæ non petitur expreſsè, ſed ſi peteretur, concederetur; quod relinquitur judicio prudenti, circumſtantiis conſideratis perſonarum, cauſarum petitionis, & uſus rei, qui petitur.

1041 Univerſaliter Religioſus peccat contra paupertatem graviter, vel leviter, juxta gravitatem, vel levitatem materiæ, recipiendo, retinendo, donando, ſi Superior ſit invitus quoad ſubſtantiam recipiendi, retinendi, dandi, &c. Minimè, ſi ſit invitus ſolùm quo ad modum.

1042 Non ſufficit licentia tacita, ſi in aliqua Religione valdè reformata adſit præceptum, ut licentia expreſsè petatur, & obtineatur.

1043 In tali tamen Religione, Superior cum ſuis Religioſis gerere ſe debet ut pater, non ut dominus, & ità paternâ charitate curare, ut eos ſibi bene affectos conſervet, ſicque habeat promptiores rigori diſciplinæ regulari, & ſuis præceptis; quod (experientia magiſtra) mirabiliter obtinet, ſi in hujuſmodi licentiis concedendis ſe oſtendat blandum, ac liberalem, minimè tenacem, & aſperum. Sicque etiam tollitur nimia facilitas recurrendi ad licentias præſumptas, in quibus ob proprii amoris paſſionem, poteſt aliqua imperfectio contingere. Quod maximè attendendum eſt pro Monialibus, ſub eo principio: *Aliquid eſt indulgendum ſexui: v. num.* 1026. 1080.

1044 His de cauſis Superior Religioſorum petitionem, & licentiæ conceſſionem, non injuſtam, ſed rationabilem, utilem, imò neceſſariam cenſere debet, niſi ei poſitivè conſtet oppoſitum.

1045 Monialis ad aliquod officium, ſeu exercitiū deſtinata, puta Sacriſtiæ, Cellerariæ, &c. ad quod requiruntur expenſæ, quæ non ſatis à Monaſterio ſubminiſtrantur: per hoc ipſum, quòd ad tale officium deputatur, implicitam habet licentiam recipiendi à propinquis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pinquis, quidquid eſt opus, & convenit ad ejus executionem. Superior autem (ſi proficuè poteſt) debet nimiam moderari oſtentationem.

1046 In Religionibus, ubi eſt recepta, & viget conſuetudo aliqua recipiendi, retinendi, expendendi, donandi, &c. ſine expreſſa Superioris licentia, excuſatur Religioſus à peccato proprietatis ratione licentiæ tacitæ. Maſtrius *diſ.* 14. *qu.* 1. *num.* 44. Pelliz. *de Monialibus cap.* 4. *num.* 71. *& Com.*

Ad hæc licentia tacita non habet locum in diſtractionibus rerum Monaſterii, in quibus Monaſterium grave pateretur damnum; ut ſi calicem è ſacriſtia, notabilem pecuniam immediatè, & directè Monaſterio datam diſtrahas. Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *q.* 14. quia hæc ſunt furta, & Prælatus omnino invitus præſumitur.

Secus eſt dicendum de rebus propriâ induſtriâ, aut proprio labore à Religioſo acquiſitis, ut de eleemoſyna propria prædicationis, lectionis, &c. Hinc poſſe Abbatiſſam Monialibus, & Superiorem Religioſis licentiam concedere eas convertendi in proprios uſus, docet Diana *par.* 1. *tr.* 6. *reſ.* 22.

1047 Contra paupertatis votum peccat Religioſus res occultans, ne à Superiore reperiantur, animo non parato ad eas tradendas, ſi petantur. Secus verò, ſi occultentur ſolùm ob vitandam confuſionem, aut verecundiam, animus tamen ſit paratus ad eas tradendas, ſi petantur. Mendo *in Epit. ver. Paupertatis votum.* Qui addit.

„ Quòd licentiam habens à Majori Prælato, poſſit eas occultare minori, quia ſufficit „ ea dependentia, ne ſit proprietarius.

„ Habens licentiam ad inſumendam pecuniam in re determinata, aut ad donandum „ eam uni, nequit donare alteri, nec in alia „ re inſumere, niſi tacitam licentiam rationabiliter præſumat.

„ Accipiens aliquid non ſibi, ſed communitati, & ei tradens, non indiget licentia, „ quia præſumitur.

„ Accipiens à communitate ea, quæ ſibi „ eſſent præſtanda, non violat paupertatem, „ nam in acceptione abſque proprietate, perinde ſe habet ea tenere, ac uſui communi deputare. Quinimo, ſi à Superioribus „ juſtè negentur neceſſaria ex bonis communibus, poteſt quis ea accipere, nam Superior abutitur ſuâ poteſtate, & ea bona devolvuntur ad ſubditos.

Eadem docet Pelliz. *de Monialibus, cap.* 4. *à num.* 37. *ad* 39.

1048 Religioſus, qui habet licentiam dandi, & accipiendi, poteſt emere, & vendere; quia in ea comprehenditur licentia acquirendi, & transferendi dominium. Dummodo talis emptio, & venditio non ſit negotiatio, quia hæc eſt prohibita Clericis. Qui autem habet ſolam licentiam dandi, aut ſolam accipiendi, non poteſt emere, & vendere; quia in emptione, & venditione datur acquiſitio, & translatio dominii.

1049 Habens licentiam dandi, poteſt eam ex Monaſterio dare, etiamſi ille non petat licentiam accipiendi, quia licentia dandi in uno connotat pro ſuo correlativo licentiam accipiendi in alio, niſi ille excludatur.

Qui autem habet licentiam dandi, peccat contra charitatem, non contra paupertatem, ſi donet alteri Religioſo, qui accipiendo peccat. Mendo *cit. num.* 5. Pelliz. *de Monial. cap.* 4. *n.* 60.

### PLURA DE PAUPERTATE RESOLVUNTUR.

1050 Religioſus, qui à ſuis devotis pecuniam accipit, & ex ea, Prælato inſcio neceſſarios libros emit, non peccat contra paupertatem, ſi eos non occultet, ſed in cella

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in cella pallam teneat. Diana *par. 1. tr. 6. reſ. 16.* cuius ratio eſt; quia quidquid hoc pacto Religioſus poſſidet, Prælatorum ſuorum voluntati, ac poteſtati ſubjicitur.

1051 Dans mutuo rem ſuo uſui conceſſam alteri ejuſdem Monaſterii ſinè licentia, non peccat graviter contra paupertatem. Dans autem extero, poteſt peccare graviter, quia tunc Superior eſt magis invitus, cum transferatur dominium extra Monaſterium; ſed major quantitas ad mortale requiritur, quam ſi donaret; quia in mutuo res eſt iterum ad Monaſterium reditura, maximè ſi brevi tempore ſit reditura; non ſic in donatione. Idem reſpectivè eſt dicendum in permutationibus, ubi quidem etiam longè major quantitas requiritur, nam in permutationibus, etiam cum exteris, Monaſterium amittit unum, ſed acquirit aliud: peccat autem, ſi res Monaſterii, quæ permutatur, ſit utilior Monaſterio. Omnino vide dicta de alienatione, *à num.* 953.

1052 Religioſus recuſans rem ſibi donatam, ſi non habeat juſtam cauſam recuſandi, peccat contra charitatem, minimè contra paupertatem, aut juſtitiam. Mendo *cit. nu.* 3. Non contra juſtitiam; quia Monaſterium ante acceptationem à ſe, aut privato Religioſo factam, non acquirit jus ad rem. Non contra paupertatem; quia votum paupertatis non obligat ad acceptanda dona. Sed contra charitatem, quia ſinè juſta cauſa impedit Monaſterii bonum: *v. num.* 890.

1053 Religioſus, qui ſinè Superioris licentia accipit in depoſitum exterorum pecunias, non peccat contra paupertatem, quia nullum dominium, jus, imò uſum acquirit, ſed ſolùm onus cuſtodiæ, quæ eſt potiùs ſervitus. Et ſolùm peccat contra obedientiam, ſi accipiat in depoſitum propriè dictum, ob contractum, & obligationem gravem, quam virtual. ter ſuſcipit propriâ auctoritate de re ſervanda.

Quòd ſi depoſitum pereat, aut deterioretur, non tenetur Monaſterium ad reſtitutionem; quia non tenetur ex culpa Religioſi. Quod eſt verum, etiam ſi depoſitum fuiſſet ſuſceptum de Superioris licentia; Pelliz. *de Monial. cap.* 4. *num.* 56. Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *q.* 41. quia licentia Superioris ſolùm excuſat Religioſum à peccato inobedientiæ, & facit, ut licitè recipiat; ſed Monaſterium non obligat. Imò nec teneretur Monaſterium, ſi Superior ipſe depoſitum accepiſſet ſinè conſenſu Monaſterii, ſeu proprii Capituli. Donatus *cit. num.* 2. cum pluribus; quia Monaſterium ſe habet ut pupillus, & minor, qui non tenetur ex contractu, & culpa ſui tutoris, aut curatoris: *v. num.* 1074.

Tunc autem teneretur Monaſterium, quando depoſitum fuiſſet in ejus utilitatem converſum. Et quidem teneretur ſolùm ad id, in quo factum eſſet ditius; idque non ratione contractûs, ſed quia, qui ſentit commodum, debet ſentire & incommodum, ex Regula 55. Juris *in* 6. *Qui ſentit onus, ſentire etiam debet commodum, & è contra.*

Licèt autem Monaſterium non teneatur, tenetur tamen Religioſus ipſe reſarcire depoſitum, ſi peculium habeat ſuæ diſpoſitioni relictum, in quantum ſinè ſuo gravi incommodo poteſt.

1054 In Monaſteriis, ubi juxta dicenda peculium conceditur, & non ſervatur Vita communis à Trid. præſcripta; Monialis, cui eſt res v. gr. ſalma tritici donata, poteſt eam vendere, ſi habeat licentiam dandi, & recipiendi, ut ſupponitur, juxta *num.* 1048. Pelliz. *de Monial. c.* 4. *num.* 57. *v. num.* 1046.

Item poteſt eam eidem Monaſterio vendere; quia ſi poteſt extero, à fortiori Monaſterio; nam reſpectu Monaſterii, aut alterius



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Monialis, non eſt propriè, ſed valde impropriè venditio, quia non fit translatio dominii, ſed ſolius uſus rei de una in aliam perſonam, dominio ejus apud Monaſterium permanente.

## QUÆRES I.

1055 *An Religioſi, & Moniales poſſint habere peculium, ſeu annuos redditus, in uſus honeſtos, & licitos, & ex juſta cauſa de licentia Superiorum, atq; ad eorum nutum revocabilia?*

IN hac ardua re, ut ſolidè ſimul, & clarè procedam, primo loco ante oculos appono Decretum S. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regularibus c. 2.* quod eſt totius reſolutionis regula, & norma, ut ſequitur, *v. n.* 123.

„ Nemini igitur Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia vel mobilia, cujuſcumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventûs poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur; nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad uſumfructum, vel uſum, adminiſtrationem, aut commendam; adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum, ſeu Conventuum, ad ſolos officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat; mobilium verò uſum ità Superiores permittant, ut eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat, nihilq; ſuperflui in ea ſit; nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur: quod ſi quis aliter quidquam tenere deprehenſus, aut convictus fuerit; is biennio activâ, & paſſivâ voce privatus ſit, atq; etiam juxta ſuæ regulæ, & ordinis conſtitutiones puniatur.

1056 Inde expono modos, quibus peculium figurari, & practicari ſolet. Primus eſt, quo Monaſterium ex bonis communibus, quos redditus annuales Religioſo aſſignat pro victu, & veſtitu, ità ut, ſi quid deficit, ſuâ induſtriâ perquirat, & ſi quid excedat, in pios, & honeſtos uſus expendat.

1057 Secundus, quo Monaſterium ſingulis Religioſis certam annuam, aut menſualem pecuniæ portionem aſſignat, quæ vulgò *veſtiarium* appellatur; victus tamen eſt communis.

1058 Tertius, quo Novitius in actu renunciationis, quam ante profeſſionem facit, ſibi reſervat aliquem annuum cenſum pro ſuis honeſtis neceſſitatibus, dependenter à Superioris voluntate, ità tamen ut dominium, aut uſumfructum non reſideat penes ipſum, ſed penes Monaſterium, ipſe verò ſolùm habeat uſum ad nutum Superioris revocabilem. Dominium apud Monaſterium reſidet, ſi Novitius bona Monaſterio renunciavit; Uſumfructum verò, ſi bona parentibus, aut aliis renunciavit.

1059 Quartus, quo Religioſus pecunias ex propria induſtria acquiſitas, putà ex Prædicatione, lectione, &c. pro ſe retineat, & in proprios, ac honeſtos uſus convertat, dependenter à Superioris voluntate.

1060 Quantùm ad primum modum, quamvis Sanchez *tom. 1. Decal. lib. 7. cap. 22.* Nav. & alii apud ipſum dicant, non eſſe illicitum, ſuppoſita tali Monaſterii relaxatione, & communitatis jactura, quatenus omnis diſpoſitio dependeat ex licentia revocabili Superioris; fatentur tamen, eum quamplurimis ſubjacere imperfectionibus.

Ego tamen omninò dico, talem modum nedum directè opponi in totum Decreto Concilii de *n.* 1035. verùm etiam eſſe penitus relaxativum perfectionis paupertatis, deſtructi-

ſtructivum vitæ communis, everſivum diſciplinæ regularis, & ſcandaloſum, ità ut hujuſmodi Monaſterium deberet à Superioribus validâ reformatione curari, aut aboleri.

1061 Quantùm ad reliquos tres modos (primum namque non puto dignum controverſiâ) duæ ſunt opiniones.

Prima negat. Maſtrius *diſp.* 14.*n.*41. Donatus *tom.* 3.*tr.*15.*q.*10. Fagnanus *in lib.* 3. *C. Monachi* 2. *de ſtatu Monach.* Quia Conc. Trid. *cit.* condidit novum jus; ejus namq; verba non ſunt declarativa juris antiqui, ſed præceptiva: *Nemini Regularium liceat, &c.* Item præcipit: *Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Religioſo concedere, etiam ad uſumfructum, uſum, &c.* quod non prohibet jus antiquum. Inſuper liquet per illam particulam *Deinceps.*

1062 His accedit Decr. Clem. VIII. declarativum, & confirmativum Decreti Concil. Trid. his verbis: Quò Trid. Conc. *decreta de paupertatis voto cuſtodiendo fideliùs obſerventur præcipitur, &c.*

1063 Secunda opinio affirmat licere. Diana *p.* 1.*tr.*6. *reſ.* 32. Verricelli *tr.*8.*qu.*51. Per, Villal. Miranda, Nav. Fahundez apud ipſum, & alii.

1064 Idque ob oppoſitam rationem: quia Trid. non condidit novum jus, ſed confirmavit antiquum *c. Monachi, &c. Cum ad Monaſterium*, quod prohibebat peculia conceſſa ad omnes uſus, etiam ſuperfluos; vel ſi ad licitos, ſine tamen juſta causâ concedendi, vel conceſſa irrevocabiliter à Superiore; minimè peculia, & redditus ad uſus honeſtos, ex juſta cauſa, & dependenter à voluntate Superioris.

Suadent ex verbis, *c. Monachi. Qui verò peculium habuerit, niſi ab Abbate fuerit ei pro injuncta adminiſtratione permiſſum, à communione removeatur Altaris, &c.*

1065 Inſuper dicunt, recenſitos modos componi cùm Decr. Conc. Intentum namq; Concilii eſt, ut nullus Regularis bona mobilia, aut immobilia retineat ut propria, aut nomine Conventûs, ſed ut ſtatim ea Superiori conſignet, & Conventui incorporentur; ita ut facta bona communia, ſtent ſub totali diſpoſitione Superioris. Cùm quo bene ſtat (ajunt ipſi) loquendo de mobilibus, ut Superior juſta de cauſa concedere poſſit licentiam revocabilem, ut Religioſus, vel Religioſa illa retineat ad ſuos uſus, uti aliàs res Monaſterii, quando Religioſis diſtribuuntur. De immobilibus verò loquendo, dici poſſe, ut Superior conſtituat ſubditum officialem Monaſterii ad nutum amovibilem, ut eos redditus adminiſtret, & de fructibus juxtà Superioris voluntatem diſponat. Ità illi.

1066 Quibus Pelliz. *de Mon.c.*4.*n.*4. *addit: Quando autem* in Conc. Trid. *loc. cit. dicitur*, Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad uſumfructum, uſum, adminiſtrationem, vel commendam; *intendit Concilium ibi ſolùm prohibere, ne regulares habeant redditus, ut proprios, ac irrevocabiles per Prælatos, ac ſinè horum licentia diſtrahendos, ut* exponit Barboſa: *Non autem, quod Regulares nullo modo habeant annuos redditus, ſicut bene advertit*, & probat Sanch. *l.* 7. *mor.c.*22.*n.*11. ex Navar. Sà, Rodriq. Graff. & aliis.

EX HIS DUABUS SENTENTIIS

1067 DIco, primam eſſe veram; ſecundam verò ſolùm habere locum in Monaſteriis, ubi, vel ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum incuriam, aut malitiam, non ſervatur perfecta vita communis ſubminiſtrando ſingulis juxta ſtatûs decentiam, Rodriq. *part.* 1. *Sum. c.*90. *Concl.* 4.

1068 Ratio primæ partis eſt; quia ut, conſtat

ſtat expreſsè ex Decr. Clem. VIII. declarativo Decreti Conc. Trid. editi diei 25. Junii 1599. intentum Conc. Trid. eſt, quòd omnia quomodocumq; à Religioſis acquiſita, Superiori tradantur, & Conventui, cùm cæteris illius bonis, pecuniis, & proventibus, incorporentur, ut inde communis victus, & veſtitus omnibus ſuppeditari poſſit; in quo conſiſtat *Vita communis*.

1069 Inſuper Decretum declarativum Clem. VIII. *ſub n.* 12. ſubdit.

„ Nullus ex Superioribus locorum, admi-
„ niſtrationem bonorum, aut aliarum rerum,
„ diſpenſationémque pecuniarum, & reddi-
„ tuum ſui Conventûs, etiam nomine Con-
„ ventûs, per ſe ipſum habere, ſive exer-
„ cere poſſit: ſed univerſum id onus tribus
„ Fratribus ejuſdem Conventûs à Generali
„ ità demandetur, ut unus rerum, & bo-
„ norum, reddituumque colligendorum,
„ ac exigendorum curam habeat: alter tam-
„ quàm depoſitarius, pecunias, ac cætera
„ ab illo collecta, & exacta, fideliter aſſer-
„ vet: alius de pecuniis, & rebus à Depo-
„ ſitario acceptis, Priori, & Fratribus, ac
„ Conventui univerſo de neceſſariis, mandan-
„ te tamen ipſo Priore, non ſecundùm
„ proprium affectum, ſed juxtà charitatis Re-
„ gulam, veluti bonus diſpenſator provideat,
„ officiorum hujuſmodi confuſione penitùs
„ interdictà.

1070 Ratio ſecundæ partis eſt; quia in contractu, quem Religioſus cùm Religione, ſeu Monaſterio init, ex parte Religionis virtualiter includitur, ut Monaſterium teneatur illi providere de neceſſariis juxtà decentiam ſtatûs.

Quod in ipſis Decretis, in quibus vita communis injungitur, expreſsè præcipitur. Et quidem in ipſo Decr. Trid. per hæc verba: *Nihil etiam, quod ſit neceſſarium, denegetur: ut in n.* 1055. Idem habetur in Decr. Clem. VIII. ſ. *num.* 7. 11. & 12. Et corrobatur ex dicto modò, exponendo *uſum neceſſarium.*

1071 His accedit Fagnanus *citat. n.* 15. verbis.

„ Quærebatur enim, an cùm neceſſaria
„ Superiore etiam requiſito ideo denegantur,
„ quia Monaſterii facultates non ſuppetunt,
„ liceat Regularibus clam, vel eo invito illa
„ ſibi comparare ſeu retinere: Sacra Congre-
„ gatio reſpondit, licere, ſi præciſa neceſſitas
„ ſit ad individui ſuſtentationem: Cæterùm
„ communem penuriam ab omnibus perpe-
„ tiendam, uſq; adeò ut ſi quid privatim ali-
„ cui delatum, vel ab ipſo partum fuerit, id
„ tunc ad Superiorem rectà deferri oporteat,
„ qui ex eo, primò ſuccurrat ejus neceſſitati,
„ cujus intuitu illud obvenerit, ſi peculiari
„ qua neceſſitate ultra communem prema-
„ tur; reliquum Conventui incorporetur, &
„ in communem cedat utilitatem. Quippe
„ præciſa hæc, ſeu extrema neceſſitas, cùm ſit
„ de jure naturæ, nullis ſubeſt legibus; & ideò
„ excuſat à regulæ tranſgreſſione etiam FF.
„ Minores S. Franciſci, qui arctiſſimam pro-
„ fitentur paupertatem, ut eſt text. *in c. Ex-*
„ *iit*, §. *Porrò de verb. ſignif. lib.* 6. ibi *Nec*
„ *ſit Fratribus jure poli in extrema neceſſitatis*
„ *articulo ad providendum ſuſtentationi nat-*
„ *ræ via omnibus extrema neceſſitate detentis*
„ *conceſſa præcluditur, cum ab omni lege ex-*
„ *trema neceſſitas ſit exempta.*

1072 Hinc Pelliz. *de Monial. c.* 4. *n.* 3. & Verricelli *tr.* 8. *qu.* 51. cùm Beja, Barboſa, & aliis dicunt, licitam eſſe praxim, & conſuetudinem, qua Propinqui Monialibus in profeſſione ultra dotem annuum cenſum, ſeu redditum aſſignant, ad earumdem honeſtos uſus convertentendum, dependenter à Superioris voluntate; in quantum Monaſterium neceſſaria juxtà decentiam ſtatûs ad victum, & ve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& veſtitum, ſanitatis, aut infirmitatis tempore non ſubminiſtrat, maximè pro exercitiis ipſiuſmet Monaſterii, quibus à Superioriſſis deſignantur.

PECULIUM NON SUPERFLUUM

1073 Sed moderatum eſſe debet, conformiter ad ſtatum Religioſi illud habentis neceſſarium. Dixi *Conformiter ad ſtatum, &c.* quia peculium aliquod poteſt eſſe ſuperfluum uni, non alteri; unde ad hanc ſtatûs decentiam, moderationem peculii, eſt conſideranda qualitas perſonarum, conditionis, loci, temporis, & aliarum circumſtantiarum. Et quidem ratione perſonæ pluribus eget Prælatus, Magiſter Ordinis. Item in conſiderationem venit, ſi pars peculii applicatur in bonum ipſius Monaſterii, & Religioſorum. Si Religioſus ſua induſtria multa Monaſterio comparavit.

Et in Monialibus ſunt conſiderandæ expenſæ, quas ſolent in exercitiis Monaſterii impendere. Sanchez apud Pelliz. de Monial. *c.* 4. n. 17. loquens de Religioſis ſuperflua retinentibus, ait, *Quòd ſi dicti Religioſi ſint in bona fide, nec de hoc rogent confeſſarium, nec ſperetur fore, ut admonitio proſit, poteſt Confeſſarius tacere, ac ipſos abſolvere, dummodo dicta bona non expendant ſinè licentia, aut in malos uſus.*

NEC AD USUS SUPERFLUOS

1074 Est applicandum, ſed neceſſarios. Uſus neceſſarius non eſt ſumendus ſtrictiſſimè pro pura vitæ ſuſtentatione; quia Religioſi ſunt filii, & non eſſet diſcrimen à mancipiis, & ancillis. Imò eſſet totum implere ſcrupulis, & reddere Religionis ſtatum valde durum, plus æquo oneroſum, & potiùs adverſivum, quàm attractivum, Chriſto docente: *Jugum meum ſuave eſt, & onus leve.*

1075 Firmatur ex Bulla Urban. VIII. 20. Novemb. 1677. *Cum ſæpè contingat*, ubi habetur:

*Computatis hujuſmodi redditibus, & eleemoſynis, &c. ſedulò examinare, quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſq; neceſſariis ſervientibus, in unoquoq; Monaſterio, &c. juxta Religionis, & proprii inſtituti morem: victum, & veſtitũ, & medicinalia in communi habentes, competenter ſuſtẽtari valeant.*

Ex Decretis Clem. VIII. pro Refor. Regul. *Nullus omnino, &c. In unoquoq; Conventu fratrum is tantùm deinceps conſtituatur numerus qui ex redditibus, &c. commodè poſſit ſuſtentari.*

Deniq; ex Bulla Innoc. XII. *Nuper* edita 22, Decemb. 1697. idem confirmatur ſub eadem particula *commodè.*

1076 Illud certum eſt: *Superfluum* eſſe id, quod non eſt neceſſarium, vel utile, vel honeſtum. *Neceſſarium.* dicitur omne illud, quod eſt conveniens Monaſterio, aut Religioſo juxtà ſui ſtatûs decentiam. *Utile* omne illud, quod licèt non ſit præfato modo neceſſarium, inſervit ad aliquod ejus emolumentum, ſtatui Religioſo haud indecens; aliter erit ſuperfluum, *Honeſtum* deniq; dicitur omne id, quod aliquem actum virtutis includit, putà Eleemoſynæ, Pietatis, Religionis, &c. Hinc honeſtum eſt facere Miſſas celebrare.

Superfluum eſt indui interiùs veſtibus contra præſcriptum Regulæ, aut exteriùs habitu nimis delicato; nec ad hujuſmodi poteſt dari, aut præſumi licentia. Mendo *in Epit. nu.* 9.

Joan. de Lugo, & alii apud Pelliz. *de Monial. c.* 4. *num.* 18. dicunt, quòd Religioſus, qui habens licentiam aliquid expendendi pro ſuo arbitrio, illud expẽdet ad uſus ſuperfluos,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut illicito, non peccet contra paupertatem, ideóque recipiens non teneatur ad reſtitutionem; quia defectus licentiæ facit uſum eſſe contra paupertatem. fatentur tamen, quòd peccet ex alio titulo, nempe ratione ſuperfluitatis, aut alterius turpitudinis, quæ ſit in actu. Sic pariter peccat Superior dans ſcienter licentiam ad uſus ſuperfluos.

*Donatus* autem *in tom. 3. tr. 15. qu. 16.* quamvis plures Doctores addat pro recenſita opinione, ipſe tamen tenet, talem Religioſum peccare contra votum paupertatis; idque ex Decr. S. Congr. ad quatuor quæſita, nam *Ad ſecundum, An per talem diſpenſationem, ſeu licentiam* [ſupple tu, ad tenenda ſuperflua] *excuſentur à culpa, & pœna? Cenſuit negativè.*

Fatetur autem, quòd in dubio ſtandum ſit pro juſtitia licentiæ. Ex reſp. ejuſdem S. Congr. *Ad quartum, An Superioris arbitrio & præfinitioni ſtare debeant Regulares, quoad mobilium ſuperfluitatem, vel convenientiam Cenſuit, niſi de exceſſu arbitrii conſtiterit, utique ſtandum, habitâ ratione perſonæ, officii, & regulæ, ſtatûſque paupertatis, quam profeſſi ſunt, & cæterarum itidem qualitatum: v. num. 1052.*

## PECULIUM APUD COMMUNEM DEPOSITARIUM

1077 TEnere, eſt majoris perfectionis, & itâ ſervari debet. *Depoſitum* námque eſt inventum, ad hoc ut adminiſtratio bonorum tollatur ab ipſo Religioſo, & ſtet penes Monaſterium; quoad uſum verò facti ſunt deſignata ipſi Religioſo, ac proinde non confunduntur, nec incorporantur cum bonis, & fructibus Monaſterii; ad differentiam Monaſterii, in quo ſervatur perfectior vita communis, ubi non conceditur peculium, ſed bona à Religioſo acquiſita confunduntur, & incorporantur cum bonis Monaſterii; ac proinde Trid. vult ea ſtatim tradi Superiori.

1078 Joannes la Cruz de ſtatu Religioſo *lib. 1. c. 3. dub. 1.* cum Lopez, & Valentia, & Pelliz. *de Monial. c. 4.* tenent, non peccare Religioſum peculium, ſeu pecunias retinentem non in communi depoſito, ſed in cella, ſi in cella retineat, non animo occultandi Superiori, ſed de ejus licentia expendendi, ſi non adſit ſpeciale præceptum, de retinendo in communi depoſito [quale extat pro Minoribus Conventualibus, ex conſtitutionibus Urbani *in cap. 4. Regulæ tit. 1.*] Ratio eſt, quia adhuc verum eſt, quòd dominium, &c. omne ſit penes Monaſterium, minimè penes Religioſum, apud quem ſolùm eſt uſuſfructus à voluntate Superioris dependens. Et communis depoſitarius eſt inventus non pro ſubſtantia, ſed pro majori perfectione paupertatis ſervanda, & maximè ut in Religioſo, amore pecuniæ præſentis, non frigeſcat charitas erga Deum, & minuatur perfectio, acſervor virtutum, creſcentibus mundi curis, ad quas pecuniæ movent.

1079 In Monaſteriis, maximè Monialium, ſi cui Religioſæ ſit durum communi depoſitariæ ſe accommodare, non videtur illicitum, ſi Superioriſſa aliam depoſitariam ei familiarem aſſignet, ut ſic dulciter, quantum fieri poteſt, ab amore pecuniæ, & proprietatis periculo amoveatur, & Deo fervidiùs ſtudeat; quia hoc modo jam ſatis verificatur, quòd non ipſa Monialis, ſed Monaſterium pecuniam, ſeu rem retineat in manu depoſitariæ à Superioriſſa aſſignatæ. In hujuſmodi enim circumſtantiis poteſt locum habere Epicheja, quæ eſt moderatrix legum.

1080 Et quia hujus duritiei, ſolet eſſe cauſa ſuſpicio, quòd Superioriſſa de manu depoſitariæ communis pecunias illas accipiat, & pro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pro communibus Monaſterii neceſſitatibus applicet; monitum volo, quòd ex una parte Religioſæ apud communem depoſitariam pecunias tenentes, tenentur habere animum voluntati Superioriſſæ reſignatum, ut de illis, ſicut ei placuerit, diſponat: ex alia autem parte, quod Superioriſſa à talis poteſtatis uſu ſe abſtineat: dicente *Apoſt. ad Cor.* 6. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* & *ibid. cap.* 10. *Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.* Quis ignorat, ſexum muliebre arundini communiter aſſimilari? Et Matth. 12. dicitur: *Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Inſuper Iſa. 42. *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: v. num.* 1043.

## QUÆRES II.

1081 *An Religioſi, & Moniales in Monaſteriis, ubi vita communis non ſervatur, poſſint ſine mortali eam recuſare, ſi Superiores velint illam erigere?*

## VITA COMMUNIS

1082 Conſiſtit in hoc (quòd Religioſus de manibus sui Superioris accipiat, quidquid ſibi ad decentem ſuæ vitæ ſuſtentationem, & alios honeſtos uſus eſt opus, ac proinde quidquid quomodocunque acquirit, Superiori tradat, & cum cæteris bonis, pecuniis, & proventibus Monaſterii incorporetur, unde ex communi maſſa communis victus, veſtitus, & omnis alius honeſtus uſus omnibus ſuppeditari poſſit) Hæc eſt forma vitæ communis, à S. Conc. Trident. præſcripta, *v. num.* 1055.

1083 Vita communis non eſt de jure divino, ut conſtat; nec de ſubſtantia paupertatis. S. Anton. *in ſum.* 3. *part*, Diana *p.* 1. *tr.* 6. *reſ.* 19. Suarez *de Relig. tr.* 9 *lib.* 1. *c.* 12. Pelliz. *de Monial. c.* 4. *num.* 3. Illuſtr. Ramirez *in ſua quæſt. moral.* §. 8. & *com.* unde poteſt votum paupertatis adimpleri abſque vita communi. Conſtat ex definitione paupertatis, *à num.* 1034. *ad* 1036. & 1022.

1084 Item ex jure Canonico antiquo, *cap. Monachi num.* 1064. relato, ubi permittitur peculium à voluntate Superioris dependens.

1085 Unde vita communis eſt de jure Eccleſiaſtico Tridentini, præcepta pro cuſtodia paupertatis, & ut paupertas cum majori perfectione obſervetur. Ut conſtat ex verbis Decr. Clem. VIII. *num.* 1068. relati: Quo Trid. Concilii *decreta de voto paupertatis fideliùs obſerventur, præcipitur, &c.* Hinc ut rectè ponderat Illuſtr. Ramirez *cit.* Religioſi non obſervantes vitam communem, non puniuntur à Conc. Trid. nec à Bulla Clem. VIII. pœnis proprietariorum, inter quas præcipua eſt privatio ſepulturæ Eccleſ. ſed pœna leviori, nempè privatione vocis activæ, & paſſivæ ad biennium, ut conſtat ex Decr. Trid. *num.* 1055.

1086 Obſervantia igitur voti paupertatis quoad ſubſtantiam ſtat cum peculio, & ſinè vita communi à Trid. præſcripta, ſi retineatur dependenter à voluntate Superioris, ſi ſit moderatum, & expendatur ad uſus honeſtos, non ſuperfluos. His præmiſſis.

1087 Reſpondeo Regulares, & Moniales non poſſe ſinè mortali recuſare vitam communem, ſi Superiores velint illam erigere. Maſtrius *diſp.* 14. *n.* 46. Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *q.* 5. *cum Com.* Et noviſſimè Illuſtr. Ramirez Archiep. Epiſcopus Agrigentinus *in ſua quæſt. Morali*, qui dignè, ſolidè, & fusè probat.

Ratio mihi evidens, & inſolubilis eſt; quia Religioſus, aut Monialis recuſans vitam communem, peccat mortaliter contra Votũ paupertatis. Probatur: Religioſus, aut monia-

lis recipiens, & retinens ( ſuppletu, notabile ) independenter à voluntate Superioris, peccat mortaliter contra Votum paupertatis; ſed Religioſus, aut Monialis recuſans vitam communem juxta formam Tridentini, Superiore volente illam erigere, recipit, & retinet independenter à voluntate Superioris, imò contra ejus voluntatem; igitur peccat mortaliter contra Votum paupertatis. Major eſt certa ex definitione Paupertatis ex *num.* 1034. *ad* 1036. Minor eſt clara; quia Vita communis à Trid. præſcripta, eſt, ut quidquid Religioſus, aut Monialis acquirit, non retineat, neque nomine Monaſterii, ſed ſtatim Superiori tradat, & cum aliis Monaſterii bonis, pecuniis, & proventibus incorporetur, ut inde ex communi maſſa ſingulis Superior providere poſſit. Totum hoc vult Superior volens communitatem juxta formam à Trid. præſcriptam erigere; & conſequenter Religioſus, aut Monialis, qui Superiore illam erigere volente, illam recuſat, retinet à ſe acquiſita independenter à voluntate Superioris, imò contra ejus voluntatem; Superior námque vult, ut Religioſus non retineat, ſed ſtatim acquiſita tradat incorporanda; & Religioſus non vult, ſed recuſat ea Superiori tradere incorporanda. Quid clarius contra Votum paupertatis?

1088 Hinc habes primò. Aliud eſſe, quòd Religioſus non ſervet vitam communem à Trid. præſcriptam, & aliud, quòd Religioſus recuſet vitam communem à Trid. præſcriptam, Superiore illam erigere volente; nam ſecundùm importat violationem voti paupertatis, non ſic primum, ut dictum eſt *num.* 1085. & 1086.

Hinc ſecundus Religioſus committit mortale ſacrilegium contra votum paupertatis. Primus tranſgreditur præceptum Tridentini, & incurrit pœnam privationis vocis activæ, & paſſivæ ad biennium, *ut in num.* 1055. non peccat contra votum paupertatis. Quod eſt verum, ſi hic primus moretur in Monaſterio, ubi non ſervetur vita communis Trid. præſcripta. Si verò degat in Monaſterio, ubi illa ſervatur, peccat contra votum paupertatis, niſi juſtam cauſam habeat, qua excuſetur; quia tunc redit ratio de recuſante; nam tunc retinet contra voluntatem Superioris. Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *n.* 6.

1089 Secundò; quòd in Monaſteriis, in quibus ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum malitiam, aut incuriam, vel ob reſiſtentiam majoris partis, quæ ſinè periculò gravis mali cogi non poteſt, non ſervatur vita communis à Trid. præſcripta; tunc Religioſus, ut ſit bonus in conſcientia, & paupertatis votum non violet, habere debet animum paratum ad eam recipiendam, ſi quando erigatur, ità ut per ipſum non deſit.

1090 Tertiò, quòd in Monaſteriis, in quibus non ſervatur vita communis à Trid. præſcripta, ſi Superiores Monaſteriorum velint illam erigere, Religioſi excuſari non poſſint per contrariam conſuetudinem, & per hoc, quòd ſub tali conſuetudine profeſſionem emiſerint. Quia per votum paupertatis, quod in profeſſione emiſerunt, virtualiter voverunt *vitam communem à Trid. præſcriptam, Superiore illam conſervare, aut erigere volente*, voverunt námque, nil retinere invito Superiore, ſed dependenter ab ejus voluntate, adeóque virtualiter voverunt ei ſtatim tradere omnia ab ipſis acquiſita, Superiore præcipiente; aliàs retinerent Superiore renuente, & ſic peccarent contra votum paupertatis (Quod tamen Pelliz. de *Mon. c.* 4. *n.* 8 Sanchez, & alii apud ipſum limitant: *dummodo aliunde Religioſo ſatis provideatur: v. n.* 1070. ) Nulla autem conſuetudo valet contra Regulam, prout dicit tria ſubſtantialia vota.

1091 Ne

1091 Nec rectè dicunt alii, Decreta Conc. Trid. Clem. VIII. & Urb. VIII. quoad vitam communem, vel non fuiſſe accepta, vel certè poſtea abrogata. Quia hoc dictum ſatis repellitur ex traditis *à n.* 193. Non enim videntur obligare ceſſant, cùm Summi Pontifices quotidie inſtent pro obſervantia vitæ communis à Trid, præſcriptæ. Sic poſt Urb. VIII. Alex. VII. Innoc. X. per ſpeciales Bullas, & noviſſimè Innoc. XII. anno 1695. per aliam, quibus innovavere Decreta Concil. Trid. & Clem. VIII. Et ſic firmiter promovent vitam communem à Trid. præſcriptam, ut plures Religiones ſæpè caruerint, & etiam ad præſens careant licentiis induendi Novitios.

1092 Et quamvis Monaſteriorum inopia videatur excuſatio valida, ſolidè tamen eam rejicit Illuſtr. Ramirez *cit.* §. ratione practicâ quæ utinam ſit practicata.

Singuli námq; hujuſmodi Monaſteriorum Religioſi (ait ferè ipſe) de facto habent ſibi neceſſaria juxtà decentiam ſtatûs, & non abundè, niſi ex iis, quæ partim habent à Monaſterio, & quæ partim ſuo labore, ac induſtriâ, atq; à propinquis, aut amicis acquirunt; ſi igitur hæc ſunt ſufficientia, ut ſinguli vivant, & neceſſaria habeant juxta decentiam ſtatûs, pariter, ſi eadem ſtatim Superiori traderent incorporanda cùm cæteris Monaſterii proventibus, ſufficientia eſſent, ut Superior de communi maſſa ſingulis provideret neceſſaria juxta decentiam ſtatûs.

1093 Nec tunc deberent Religioſi eſſe ſegnes, ſed potiùs accuratiores in adhibendo honeſto labore, & induſtriâ ad eadem acquirenda, & uti ſuprà Superiori tradenda; niſi vellent reprehendi ab Apoſt. 1. *ad Cor.* 10. *Nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius.* Quod ſi in ſæculo domi tuæ id pro tuis fratribus carnalibus ageres, cur non in Religione in domo Dei idē pro tuis fratribus ſpiritualibus ages? Ait enim S. P. Frāciſcus *in 6. c. Regulæ: Quia ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere, & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem?*

1094 Monaſteria tamen non deſunt, in quibus quilibet Obſervantiam profitetur, & eam labentem deplorat; at nemo digitum ad ſublevandum admovet. Quilibet ad fructus ſibi neceſſarios dexteram porrigit, at nemo manum ad aratrum extendit. Quilibet eſt ad panem ſolicitus, ad laborem tardus. Plures video Contemplativæ ſtudere, paucos Activæ. Perfectior eſt Contemplativa, ſed longè perfectior, ſi jungatur Activæ. Hinc de S. P. Franciſco canit Minorum familia.

*S. Franciſcus prævüs orationum ſtudiis, quid faciat inſtructus: non ſibi ſoli vivere, ſed & aliis proficere vult Dei zelo ductus.* Et teſte Apoſt. excellens eſt *Fides*, præclara *Spes*, *major autem horum eſt Charitas.* Æmulamini ergo Fratres [ut cùm eodem Apoſt. 1. ad Cor. 12. loquar] chariſmata meliora.

1095 Hinc, qui reſiſtunt vitæ communi videntur potiùs id agere, ut ſuperfluis abundent; & liberiùs diſponant, quod eſt contra paupertatem, quàm quia eis inde neceſſaria deſint juxtà decentiam ſtatûs.

1096 Deniq; duo volo monita pro praxi præ oculis habenda, ex parte ſubditorum unum, ex parte ſuperiorum alterum.

1097 Ex parte ſubditorum ſit *firma fiducia* in Dei providentiam, innixa verbis Chriſti Matth. 6. *Nolite ſoliciti eſſe, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.*

Fiducia omnem diffidentiam expellens firmabitur, ſi Religioſi perlegāt, quod in Chronicis Minorum, & in Speculo eorumdem *tr.* 3. *fol.* 144, refertur ſuper Regula, & Paupertate Minorum, ut ſequitur:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ Unde cum ad ſuggeſtionem fratris Heliæ, multi miniſtri ad Beatum Franciſcum acceſſiſſent proteſtantes, quòd nolebant ad eam obligari, timentes, ne eſſet nimis aſpera: quod audiens Beatus Franciſcus vertit faciem ſuam ad Cœlum, & loquebatur ſic Chriſto: Domine, nónne bene tibi dixi, quòd non crederent mihi: tunc omnes audierunt vocem Chriſti in aëre dicentis: Franciſce, nihil eſt in Regula de tuo, ſed totum eſt meum, quidquid ibi eſt. Et volo, quòd Regula ſervetur ad litteram, ad litteram, ſinè gloſa, ſinè gloſa. Et addidit Chriſtus. Ego ſcio, quantùm poteſt humana fragilitas, & quantùm volo eos juvare; qui nolunt ergo eam ſervare, exeant Ordinem.

Et ſtatim ibidem.

„ Cùm fratres de eleemoſynis ſufficienter poſſint vivere, nec ſic ſe exponere Divinæ Providentiæ, eſt Deum tentare, ut aliqui malè ſentientes de Evangelica paupertate dixerunt. Contra quos Nicolaus Papa in dicta Decretali *Exiit*, ait: Nec quiſquam his inſurgat erroneè, quòd taliter propter Deum proprietatem omnino abdicantes, tanquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei, vivendi diſcrimini ſe committant. Sic enim ſe ipſos committunt Divinæ Providentiæ in vivendo, quòd viam non contemnunt proviſionis humanæ, quin vel de iis, quæ offeruntur liberaliter, vel de iis, quæ mendicantur humiliter, vel de iis, quæ conquæruntur per laboritium ſuſtententur; qui triplex vivendi modus in Regula continetur expreſsè. Profectò, ſi juxta promiſſum Salvatoris, numquam deficiet fides Eccleſiæ: per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur. Ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cujuslibet videtur eſſe ſublata.

His accedat illud Salvatoris Matth. 24. *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et concludat Apoſt. 2. ad Cor. 6. *Nihil habentes, & omnia poſſidentes.*

1098 Ex parte Superiorum ſit Zelus, & *Eximia Prudentia. Zelus*; quia ipſi tenentur ad Reformationem, & inde ad vitam communem omni conatu promovendam; quoniam Apoſt. ad Hæbr. 13. ſubditos ad obedientiam extimulans Prælatorum, eorum onus proponit, dicens: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis; ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

1099 Eximia Prudentia, qua attendat Superior conſideret ſuorum ſubditorum, loci, & temporis conditiones, aliáſque circumſtantias, ut fructuoſus ſit zelus; quod ſi non ſperet ſe profuturum, ſed potiùs prævideat pejora mala, & ſcandala oritura, ſe cohibeat, & apud Deum excuſabitur; quia zelus ordinari debet ad lucrandas, non perdendas animas; cum námque Superiore inſtante, Religioſi recuſantes, in expreſſa ſacrilegia contra votum paupertatis inciderent, *ut in num.* 1088.

1100 Quæ prudentia eſt magis neceſſaria quoad Moniales, pro quibus ſpecialiter aliæ circumſtantiæ ſunt attendendæ, maximè ſi ex devotione, & perfecto voluntatis Monaſterium, & clauſuram elegerint, minimè ex propriæ domus, & perſonæ convenientia; quæque minùs (ratione ſexus) redduntur lent jurium capaces, & ſolent eſſe cauſæ majorum malorum. Ipſi ſacri Præſules experiuntur. Vide infra dicta de prudentia confeſſarii, & *num.* 1080.

QUÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES III.

1101 *An Religioſus poſſit ſuccedere ſuis parentibus ab inteſtato, aut aliquod legatum recipere?*

RESpondeo, quod ſi Religio non ſit capax ſucceſſionis, non poteſt Religioſus ſuccedere ab inteſtato. Poteſt tamen nomine Monaſterii acceptare legatum per modum eleemoſynæ, juxta dicenda de paupertate, & legatis Minorum.

1102 Si Religio ſit capax ſucceſſionis, tunc ſive hæreditas Religioſo profeſſo proveniat ab inteſtato, ſive ex teſtamento, in illam ſuccedit Monaſterium; ex communi principio, *Quidquid Monachus acquirit, pro Monaſterio acquirit.* Non tamen titulo hæreditatis; cùm tunc Religio non ſit hæres; ſed titulo, & jure acquiſitionis naturalis; in quantum bona, utpotè acceſſoria, ſequuntur perſonam; perſona autem eſt Monaſterio, & Deo dicata.

1103 Item, ſi Novitius profeſſionem emittat abſque prævia renunciatione, ſeu diſpoſitione ſuorum bonorum; tunc ſe habet ut mortuus ab inteſtato; nam per profeſſionem Religioſus moritur mundo, & per actum facti, imò per votum paupertatis ſpoliatur dominio omnium bonorum; unde Monaſterium in omnia ejus bona ſuccedit [ſi Religio ſit capax ſucceſſionis, ſeu poſſidendi bona in Communi] excepta legitima, ſi quæ ſit filiis, aut aliis deſcendentibus, vel aſcendentibus debita; de qua quidem etiam poſt profeſſionem Religioſus diſponere poteſt, eam diſtribuendo inter eos, quibus debetur. *Can. ſi quæ mulier 9. § Sed ſi perſona Cauſ.* 19. q. 3. non quidem ut dominus, ſed ut administrator à jure conſtitutus ad hunc effectum. Quòd ſi Religio non ſit capax ſucceſſionis, tunc non ſuccedit Monaſterium, ſed ſuccedunt hæredes illi, qui ſuccedere debuiſſent, ſi mortuus eſſet ab inteſtato extra Religionem, ſeu in ſæculo.

1104 Pariter, ſi Novitius moriatur inteſtatus ante profeſſionem, ſuccedunt in ejus bona iidem, qui ſuccederent, ſi mortuus eſſet in ſæculo; quia cùm perſona non eſſet Monaſterio dicata, ità nec acceſſorium, nempe ejus bona. Pirhing. *in Com. lib. 3. tit. 27. §. 3. & 4.*

1105 Quantum ad legatum recipiendum nulla eſt difficultas in Religione capaci, dummodo nullum jus in privato Religioſo reſideat. ſed ſolus uſus facti.

1106 Denique ſi Religioſus non profeſſus inſtituatur hæres, Monaſterium nomine Religioſi hæreditatem acquirit. Mendo *in Epit. ver. Paup. Votum, num. 10.*

## QUÆRES IV.

1107 *An ſi Monialis tranſeat de uno in aliud Monaſterium, debeat etiam transferri dos?*

REſpondeo, quòd ſi poſterius Monaſterium Monialem admittat volens, dos non eſt transferenda, ſed remanet apud prius Monaſterium. Eſt autem transferenda, ſi cogatur ad eam admittendam. Pelliz. *de Monial. c. 3. n. 69.* cum Rodr. Bonac. & aliis, contra aliquos ibi, qui etiam quoad primam partem affirmant.

1108 Ratio primæ partis eſt; quia (ut ait Pelliz. *cit.*) Dos non datur Monaſterio ſub conditione, *ſi Monialis*, in Monaſterio maneat; ſed ſub conditione, *ſi profeſſio ſequatur.* Unde profeſſione ſecutâ, Monaſterium dotem perpetuò acquirit. Et poſterius Monaſterium ſpontaneè talem Monialem admittens, ſibi debet hoc incommodum imputare.

1109 Nec tenet paritas de matrimonio carnali;

nali; quia in eo dos ad virum pertinet ſolùm pro matrimonii tempore, hinc ſi vir, aut mulier moriatur, dos reſtitui debet. At ſolutâ profeſſione per mortem Monialis, dos non reſtituitur parentibus, quia per profeſſionem dos tranſiit perpetuò in dominium Monaſterii, nam ( ut doctè innuit Pelliz. ) Monaſterium ſtat loco filii, adeóque ſicut filius eſt hæres matris, eíque ſuccedit in dotem, itâ Morium ſuccedit in dotem Monialis defunnaſtectæ: *v. num.* 1113.

1110 Ex quo etiam fit, quòd licèt vir poſſit uxorem ejicere, donec ei ſolvatur dos, non ſic poteſt Monaſterium Monialem profeſſam ejicere, ſed ſolùm poteſt parentes in Judicio cogere, ut dotem ſolvant.

1111 Ratio ſecundæ partis eſt; quia juſtum non eſt, ut poſterius Monaſterium, quod patitur involuntariè recipiendo talem Monialem, inſuper patiatur alimentorum gravamen, Itâ Pelliz.

## QUÆRES V.

1112 *An Religioſus tranſiens de una in aliam Religionem, poſſit licitè bona, quæ ibi retinebat, ex propria induſtria acquiſita, ſecum transferre.*

REſpondeo, non poſſe, etiamſi Religio, ad quam tranſit, ſit bonorum capax, & etiam ſi tranſeat de licentia Papæ, niſi in licentia ſit expreſsè conceſſa facultas ea transferendi. Donatus *tom.* 1. *p.* 2. *tr.* 5. *q.* 57. Port. ver. Bona tranſeunt, *num.* 1. *& Com. Ex cap. unico, ſeu ſtatutum* 18. *quæſt.* 1. Ubi deciditur: *Sed quidquid acquiſierit, vel habere viſus fuerat, Monaſterio relinquat. Et ex cap. Non dicatis* 12. *q.* 1.

1113 Nec dicas: Bona ſunt acceſſoria perſonæ, & illius intuitu à Monaſterio obtenta, adeóque quòd eamdem ſequi debeant.

Quia ( ut doctè ponderat Donatus ) *Aliud eſt, acquiri intuitu perſonæ profeſſi, & aliud, quòd penes Monaſterium perſeverent. Etenim bona acquiruntur Monaſterio intuitu profeſſi, ſed non perſeverant ratione illius; ſed ratione profeſſionis validæ, qua ſubſequuta profeſſus reſpectu bonorum acquiſitorum ſe habet ut extraneus.* Megal. *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 46. contra Menoch.

Et ideo ſubdit, quòd *licèt bona illa prius Monaſterio obvenerint intuitu perſonæ, nihilominus illius effecta ſunt omnino, abſolutè, & ſimpliciter, per profeſſionem ibi validè factam: v. num.* 1109.

Religioſus igitur de una in aliam Religionem tranſiens, non poteſt ſecum deferre bona, quæ in priori tenebat, ſive immobilia, ſive mobilia, & utenſilia, libros, &c. quocumque modo acquiſita: *v. num.* 1118.

1114 Excipienda tamen ſunt manuſcripta Religioſi, ut Conciones, lectiones, & ſimilia, quia ſunt partus intellectus: de illis enim poteſt diſponere ad libitum, ſive donando, ſive ſecumferendo. Diana *p.* 1. *tr.* 6. *cum aliis*, quod eſt verum, etiam pro Fratribus Minoribus, ex Decl. Clem. VIII. quam refert Coriolanus *p.* 2. *de Caſ. reſ. caſu* 8. *n.* 19.

## QUÆRES VI.

1115 *An Religioſus obligetur ad reſtitutionem?*

REſpondeo, quòd licèt non poſſit dici obligatus obligatione propriè dictâ, in quantum revera nil habet proprium, cum omni dominio, & jure per profeſſionem ſit ſpoliatus, & reſtitutio ſit facienda de proprio; poteſt tamen eſſe obligatus obligatione impropriè dictâ. Pelliz. *de Monial. c.* 4. *n.* 74. *& Com.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nam onus reſtitutionis, in caſibus, quibus læſa eſt juſtitia Commutativa, & jus alterius, eſt de jure naturali, ex illo principio naturæ *reddendi unicuique, quod ſuum eſt.* Unde Religioſus, qui jus alterius læſit, tenetur omni meliori modo, quo poteſt, illud reſarcire: *v. num.* 1116.

1116 Si habeat igitur redditus, ſeu peculium ad proprios uſus, tenetur ex illis aliquid detrahere, & reſtituere. Quòd ſi ea non habeat, volunt aliqui eum teneri magìs laborare, aut aliqua ex ſibi conceſſis minùs neceſſaria detrahere, vel ab amicis procurare, & ſic reſtituere. At hæc (ait Pelliz.) ſunt magìs conſulenda, quam præcipienda; quia ſunt duriora.

1117 Religioſus, ſi rem ſinè licentia, ſeu Superiore nolente, rem ſibi donatam acceperit, tenetur illam Monaſterio reſtituere, non danti; ex illo vulgato principio, *Quidquid Monachus acquirit, Monaſterio acquirit.* Cap. Statuimus 18. *q.* 1. Eo maximè quia Superior in tali caſu illam acceptare cênſetur; ſolum enim eſt renuens pro Religioſo, minimè poteſt præſumi renuens pro Monaſterio, cui regulariter nunquam neceſſitas deeſt, cuique res illa poteſt prodeſſe, & non obeſſe.

1118 Quòd ſi dans non dediſſet abſolutè, ſed ſub expreſſa, aut tacita conditione, quòd res illa cederet in uſum ipſius Religioſi, retento apud ſe dominio, tunc res eſt reſtituenda danti, quia à ſe dominium non abdicavit, Pelliz. *cit.*

## QUÆRES VII.

1119 *An Monaſterium teneatur ſolvere debita à ſuo Religioſo contracta?*

RESpondeo, quòd vel hæc debita fuerunt contracta ante profeſſionem, vel poſt.

### SI ANTE PROFESSIONEM

1120 TUnc, ſi Monaſterium habet bona ab illo pariter ante profeſſionem delata, tenetur ejus debita ſolvere, juxta vires bonorum ab illo delatorum; quia bona delatata non erant libera, ſed creditoribus obligata; & ſucceſſor bonorum adſtringitur debitis ejus, cui ſuccedit.

1121 Quòd ſi iſti Religioſo poſt profeſſionem proveniat legatum, donatio, aut hæreditas; non teneri Monaſterium ex illis ſatisfacere Religioſi creditoribus, tenent Caſtrop. *tom.* 3. *tract.* 16. *d.* 3. Tamb. *in Dec. lib.* 8. *tr.* 4. *c.* 1. §. 1. *num.* 12. Hoc probant ex communi, & certo principio, quòd bona, quæ poſt profeſſionem à Religioſo acquiruntur, non acquiruntur immediatè Religioſo, & mediatè Monaſterio, ſed immediatè Monaſterio acquiruntur; quoniam Religioſus per Votum paupertatis eſt ſpoliatus omni dominio, ejúſque eſt incapax; & quia creditores nullum habent jus in Monaſterium, ſequitur, quòd Monaſterium nullo pacto teneatur recenſita debita ſolvere ex dictis bonis poſt profeſſionem Religioſi acquiſitis.

1122 Id tamen Caſtropal. & Tamb. tenent cum hæſitatione; quia ſententia Sanchez, quòd teneatur ex dictis bonis ſolvere, eſt communis; in quantum per profeſſionem non fuit derogatum jus creditorum in bona omnia, quæ Religioni obvenire poſſunt ratione perſonæ obligatæ.

1123 An autem talis Religioſus ſit obligatus laborare, concionari, &c. & Monaſterium teneatur ſolvere ex pecuniis à Religioſo proprio labore, concione, & acquiſitis? Caſtropal. *tom.* 3. *tr.* 16. *d.* 5. *p.* 7. §. *n.* 8. negat; quia per profeſſionem ceſſit bonis, & debita extinxit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## SI POST PROFESSIONEM

1124 DEbita contracta fuerunt ex delicto, v. gr. furto, damnificatione, aut aliâ injuſtitiâ; tunc tenetur Religioſus, aut Monaſterium rem reſtituere, ſi extet, aut id, in quo factus eſt ditior, ſi non extet.

1125 Monaſterium, ſi nihil extet nec ſit inde in aliquo factum ditius, ad nihil tenetur; quia Religioſus ſe habet ut filius familias, cujus delicto non tenetur pater.

1126 Ipſe verò Religioſus tenetur reſtituare aliquid detrahendo ex peculio, & aliis ad ſuos uſus conceſſis, *ut in n.* 1115. ad differentiam ejus, qui debita ante profeſſionem contraxit; quia ille per profeſſionem ceſſit debitis, ſicq; debita extinxit, & purgavit; non ſic iſte.

1127 Sed Superior poteſt talem reſtitutionem impedire, ſi ſit facienda extero, minimè ſi ſit facienda ipſi Monaſterio, cui ſit facta læſio. Ratio primi; quia id, quod Religioſus pro reſtitutione facienda de peculio ſubtrahit, eſt ſub dominio Monaſterii, adeóq; poteſt illud à ſe nolle abdicare, & ità juſtè reſtitutionem impedire. Ratio ſecundi; quia Superior tenetur ſui Monaſterii indemnitatem curare, niſi rationabilis cauſa obſtet.

1128 Si debita fuerunt contracta ex contractu. Tunc ſi contractus fuit initus legitimè nomine Monaſterii, videlicet de aſſenſu, & licentia Superioris, & Capituli, tenetur quidem Monaſterium ſolvere.

1129 Si autem Religioſus contractum non nomine Monaſterii, licèt de licentia Superioris, ad nil tenetur Monaſteriorum quia pater non tenetur ſtare contractibus filii, *ex l.* 1. §. *Cum impubere, ff. de peculio.* Et licentia non fuit data ad contrahendum nomine Monaſterii, ſed fuit pura permiſſio, ne Religioſus illicitè contraheret. Eâdem ratione non tenetur Monaſterium ſolvere, ſi ipſe Prælatus iniit contractum, ſed non nomine Monaſterii, & de conſenſu Capituli; quia tunc ſe habet ut privatus, & contrahit nomine proprio: *v. n.* 1052.

1130 Quod ſi contractus ceſſit in utilitatem Monaſterii, tenetur Monaſterium ſolvere, *ut in n.* 1124. Sed creditor probare debet contractum in utilitatem Monaſterii ceſſiſſe. Habetur *ex c. Quod quibuſdam* 4. *de fidejuſſoribus:* his verbis:

*Ne quis Religioſus abſq; majoris partis Capituli, & Abbatis ſui licentia pro aliquo fidejubeat: vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat ultra ſummam à Capitulo conſtitutam alioquin non teneatur Conventus pro his aliquatenus reſponder: niſi forte in utilitatem domus ipſius manifeſtè conſtiterit redundaſſe.*

1131 Ipſe Religioſus delinquens, licet reſtituere non poſſit, poteſt tamen, & debet puniri, juxtà illud; *Qui poteſt in bonis, non luat in corpore.*

1132 Deniq; dicta in toto hoc quæſito, non militant pro Religioſis Militaribus S. Joan. &c. iſti enim [ut rectè ait Tamb. ſimplam retinent bonorum adminiſtrationem, adeóq; per profeſſionem non cenſentur cedere bonis: nec pro debitis poſt profeſſionem proprio nomine contractis, deobligari poſſunt à ſolutione.

De largitione munerum, & paupertate agunt Diana *part.* 1. *tr.* 6. Donatus *tom.* 1. *par.* 2. *tr.* 15. *tom.* 3 *tr.* 15. Verricelli *tom.* 1. *tr.* 3. *& tract.* 8. *quæſt* 52. Rodr. in ſum. Figueira *in lib.* 3. *c. Monachi*, *& c. Cum ad Monaſterium.*

PAU-

PAUPERTAS MINORUM

1133 Altiſſima dicitur, quia bonorum dominio privat tam in particulari, quàm in communi. Eam profitentur Fratres Minores Obſervantes, Reformati, & Capucini, ex Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de ref. c.* 3.

1134 Sub hac paupertate fuit inſtituta Regula S. Claræ; at B. Pius V. per ſuum Motum proprium *Circa Paſtoralis*, omninò voluit, Regulam S. Claræ ſine dicta paupertate in communi obſervari, ut ſic Sacrarum Virginum honeſtas, & Clauſura perfectiùs ſervetur, quam poſſidendo in communi, habent unde ſuſtententur. Quam diſpoſitionem pro cunctis Monialibus edidit Greg. XIII. *Conſt.* 13. *Deo Sacris*. Hinc Pelliz. *de Mon c. 4. n.* 1. addit, etiam Moniales Capucinas dicta conceſſione gaudere poſſidendi bona in communi, imò ei renunciare non poſſe ſinè Papæ licentia, cùm ſit edita pro Monialium bono regimine, conſervatione, & decore.

1135 Fratres igitur Minores non ſunt capaces redituum, nec legatorum, quorum dominium directum reſideat apud ipſos. Sunt tamen capaces legatorum per modum eleemoſynæ, ut infra de legatis, & aliarum eleemoſynarum, quarum dominium, ſicut & eorumdem fratrum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum reſidet penes Sedem Apoſtolicam, ac pro inde inſtituuntur Syndici, & Procuratores Apoſtolici, qui eas nomine S. Sedis recipiant, retineant, & in eorum uſus, & neceſſitates ſubminiſtrent, de eorumdem Superiorum prævio aſſenſu, & conſilio; ut innuunt Summi Pontifices in Bullis, pro Sindicis Apoſtolicis editis, apud *Confectio*.

1136 Unde ad Superiorem ſpectat, licentiam Religioſis concedere pro ſuis uſibus.

1137 Quia *in c.* 4. Regulæ hoc habetur præceptum: *Præcipio firmiter fratribus univerſis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per ſe, vel per interpoſitam perſonā.* Plura alia ultra dominium bonorum in communi ſunt prohibita, & inde explicanda.

1138 Et Primò, quamvis circa aliàs res ſit nobis prohibitum dominium, non uſus; circa denarios eſt etiam prohibitus uſus. Nicolaus 3. Clem. V. & Innoc. XI. in Bulla *Sollicitudo* de anno 1679. Adeóq; non poſſunt ad pecuniam recurrere, ſi res, quibus indigent, valeant in propria ſpecie reperire. Si tamen eas non valeant in propria ſpecie, putà frumenti, veſtis, libri, &c. reperire, tunc poterunt pro neceſſitatibus infirmorum, victus, veſtitus, & aliorum uſuum, ad pecuniam recurrere; quoniam *neceſſitas non habet legem*: hinc ſtante neceſſitate equitare poſſumus, non obſtante præcepto de non equitando. Imo ſic etiam diſcurritur de præceptis Eccleſiæ; *v. n.* 1070. Quod eſt verùm etiam de Religioſis particularibus, ſi Monaſterium illis neceſſaria decenter non ſubminiſtret. Et ità practicatur, maximè in Civitatibus, ubi devoti denarios pro eleemoſyna promptos habent, minimè panem, librum, cartam, & ſimilia, quibus Religioſus eget.

1139 Nomine pecuniæ denarius intelligitur, ſunt enim ſynonima, & unus terminus eſt alterius explicativus. Cyprianus Capuc. & Melphi; nam apud Calepinum *Pecunia* idem eſt ac *Numus, & denarius*. Unde in Clement. *Exivi*, pluries per pecuniam denarius intelligitur.

1140 Secundò, prohibetur receptio denariorum, & licèt non prohibeatur expreſsè, & propriis verbis contrectatio, prohibetur virtualiter, quia licèt poſſit dari receptio, quæ non ſit contrectatio, non poteſt dari contrectatio, quæ non ſit receptio; unde contrectatio, eſt quaſi ſpecies requiſitionis.

1141 Non prohibetur autem contrectatio, & re-

& receptio materialis denariorum, ſed ſolùm politica, & civilis, ſcilicet ad eos pro uſibus expendendos, & permutandos; nam pecunia propriè dicta hujuſmodi uſum politicum, & civilem formaliter importat, *ut in num.* 907.

Hinc non eſt prohibitum, monetam curioſitatis gratiâ tangere, è terra elevare, eam ad diſcernendam qualitatem auri pertractare, denarios amici pro cuſtodia ratione alicujus periculi retinere aut ſecum in itinere pro latronum periculo ducere, abſq; ullo uſu, aut affectu: *v. n.* 1168. & 1051.

1142 Tertiò, prohibetur receptio denariorum per ſe, vel per interpoſitam perſonam.

*Per ſe recipere*, dicitur frater, quando per ſe abſq; alterius perſonæ interventu denarios recipiat in proprios uſus convertendos, expendendo, donando, &c. Pariter, ſi per ſe aliquem ex recenſitis actibus exerceat.

1143 *Per interpoſitam perſonam*, recipere dicitur frater, quando ſuâ auctoritate aliam perſonam ſubſtituit, quæ nomine ſuo denarios recipiat, aut aliquem ex dictis actibus exerceat.

1144 Utroq; modo denariorum receptio prohibetur; minimè ſi fiat per Syndicũ Apoſtolicum, aut per amicos ſpirituales. *v. n.* 1158.

1145 *Sindicus Apoſtolicus*, eſt Procurator, qui nomine S. Sedis recipit dominium omnium tam immobilium, putà Eccleſiarum, Monaſteriorum, hortorum, quàm mobilium, & eleemoſynarum, quibus ipſi fratres utuntur, & nomine S. Sedis, ad fratrum requiſitionem, & aſſenſum, ut diſponit expreſsè Paulus 4. in Bulla ex Clementi anno 1555. emit, vendit, & alios actus civiles exercet, qui ad fratrum neceſſitates, & utilitates ſpectant; ità ut earum rerum dominium immediatè apud Sanctam Sedem reſideat, conceſſo fratribus ſolo uſu facti.

1146 Ubi nota, quòd Summus Pontifex dominium in ſe ſuſcipit eleemoſynarum quæ à fidelibus fratribus elargiuntur. Itſimi rerum immobilium, & mobilium, quæ uſibus inſerviunt, nempe Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hortorum, veſtium, vaſorum Sacrorum, &c. minimè ſuſcipit in ſe dominium redditũ. Ità Summi Pontifices: *v. n.* 1138. maximè Nic. III. in Decretali. Unde Syndicus Apoſtolicus pro redditibus non eſt Procurrator S. Sedis, quia facultas procuratoris non ſe extendit ultra facultatem à conſtituente conceſſam; ſed eſſet interpoſita perſona, quia reciperet, & miniſtraret auctoritate, & nomine fratrum: *v. n.* 1189.

1147 *Amicus ſpiritualis*, eſt perſona tertia, quæ denarios ab aliquo fratrum devoto ſibi datas recipit, ſeu retinet expendendos in uſus fratrum nomine dantis. Quod ità contingit. Volens devotus, aut propinquus fratres juvare, conſignat quamdam ſummam pecuniæ Petro, ut eas nomine ſuo retineat, expendendas pariter nomine ſuo pro fratrum neceſſitatibus, & ad eorumdem requiſitionem. Et tunc Petrus dicitur amicus ſpiritualis, & hoc pacto pro ſuis decentibus neceſſitatibus licitum eſt fratribus denarios recipere; quia dominium uſque ad illius ſummæ conſumptionem ſemper reſidet penes dantem: Petrus, qui recipit, retinet, expendit, &c. totum agit nomine, & auctoritate dantis; Religioſus verò præciſè habet uſum facti, qui eſt illi licitus.

Amicus ſpiritualis nominari, & deſignari debet ab ipſo dante, ob rationem *de n.* 1157. minimè à fratre; niſi dans fratri injungeret, ut nominet perſonam, quæ illi videtur apta. Imo frater poſſet danti perſonam aptam humiliter proponere, illi liberam deſignationem relinquendo; quia hæc eſt pura oſtenſio, non deſignatio, nec nominatio.

1148 Li

1148 Licitè igitur fratres poſſunt pro decentibus neceſſitatibus denarios recipere retinere, expendere, &c. per Syndicum Apoſtolicum, aut amicum ſpiritualem; quia tunc non dicuntur recipere per ſe, vel per interpoſitam perſonam; quod à Regula prohibetur.

Syndicus facultatem habet plures Procuratores ſubſtituendi, uti opus fuerit.

Religioſus, & valde laudandus eſt uſus illorum fratrum quæſtorum, qui per Civitates quæſtuando puerum ſecum ducunt, ut fidelibus pro eleemoſyna denarios elargiri volentibus, puer ipſe recipiat, & Procuratori conſignet, quia hic dicitur bajulus Procuratoris, & ejus nomine, & auctoritate recipit: *v. n.* 1168. & 1179.

## QUÆRES I.

1149 *An Frater Minor ſubditus poſſit pro ſuis neceſſitatibus ad denarios recurrere?*

Reſpondeo, in Monaſteriis, ubi ſervatur vita communis à Trid. præſcripta, & inſuper Monaſterium ſingulorum fratrum neceſſitatibus provides, non Poteſt ad denarios recurrere: conſtat ex ipſo *c.* 4. Regulæ, ubi in caſibus neceſſitatis recurrendi ad denarios, talem facultatem S. Pater dat Miniſtris, & Cuſtodibus, alios excludendo, his verbis: *Tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos ſpirituales, Miniſtri tantum, & Cuſtodes ſolicitam curam gerant.*

At non ideo, ſi poſſunt, debent fratres eſſe ſegnes, & pigri; ſed debent nomine, & auctoritate Miniſtrorum, omnem diligentiam adhibere ad eleemoſynas reperiendas eas cum cæteris Monaſterii eleemoſynis apud Procuratorem exiſtentibus incorporando, ut nullus Miniſter ejuſdem neceſſitatibus providere poſſit; nam hoc concedit Nicol. III. in ſua Decretali his verbis: *Concedimus, quòd ipſi Miniſtri, & Cuſtodes, poſſint per alios hujus curæ ſolicitudinem exercere. vid. num.* 1055. & 1093.

1150 In Monaſteriis verò, ubi non ſervatur vita communis à Trid. præſcripta, & Monaſterium non providet ſingulorum fratrum neceſſitatibus, recurrunt reſpectivè dicta de Monaſteriis aliarum Religionum.

Dixi, *reſpective*, quia ſunt obſervandæ ſeptem Modificationes ſequentes.

1151 Prima eſt, ut recurſus fiat pro ſuis neceſſitatibus juxtà decentiam, minimè pro ſuperfluis uſibus. Poteſt etiam frater pro alterius fratris neceſſitatibus talem aptitudinem habentis recurrere: Et hic erit charitatis, & meritorius actus.

1152 Secunda, ut neceſſitas ſit præſens, aut imminens. Præſens dicitur, quando eſt actualis. Imminens dicitur, quando non eſt actualis, ſed proximè futura. Unde non ſufficit neceſſitas remotè futura, aut poſſibilis, putà ob iter, aut infirmitatem, quæ ei poteſt contingere.

1153 Tertia, ut neceſſitati non poſſit commodè provideri quærendo rem in propria ſpecie.

1154 Quarta, ut apud Procuratorem, aut amicum ſpiritualem non ſint alii denarii, quibus poſſit neceſſitatibus providere.

1155 Quinta, ut talium eleemoſynarum pecuniarum obtentarum receptio, retentio, expenſio, &c. fiat per Procuratorem nomine S. Sedis, aut per amicum ſpiritualem nomine Dantis, vel per ipſum Dantem: Aliàs diceretur recipere per ſe, vel per interpoſitam perſonam.

Amicus ſpiritualis pro hujuſmodi uſibus poteſt uti bajulo, ſicut & Procurator: *vide n.* 1148.

Neceſſitas autem præſens, aut futura (ait Nic. III. *in ſua Decretali, Exiit, qui ſeminat in 6.*) poteſt eſſe duplicis generis, una, quæ brevi tempore expediri valet: Et pro hac poteſt frater uti Dante, aut perſona ab eo ſubſtituta, imò & alia perſona ab ipſo primo ſubſtituto ſubrogata.

Alia, quæ tractum temporis poſtulat, ità ut pecunia depoſitata ſit ad plura loca perventura, & tranſitura per manus multorum, quorum impoſſibile eſt ipſum dantem, aut primum ſubſtitutum habere notitiam: Ut in emptione lanæ, librorum, &c. in loco diſtanti. Tunc Nic. III. cit. ultra prædictum modum, pro omnimoda Regulæ, & Profeſſorum puritate, alium facillimum modum aſſignat: Videlicet, ut frater ab ipſo Dante, aut ejus Nuncio, ſeu primo depoſitario ſubrogare valente, licentiam petat novos depoſitarios ſuo nomine ſubſtituendi, ſeu ſubrogandi, prout opus requiret: *Ut per quorumcumque manus* [ſunt verba Decretalis] *pecunia, ſeu eleemoſyna ipſa tractetur. ſive perſonas ab eodem, vel à fratribus nominatas; totum conſenſu, voluntate, ac auctoritate procedat: Quo aſſenſum ſuum præbente prædictis, ſecurè fratres re emptâ, vel acquiſita de illa pecunia, per quemcumque, juxta modum annotatum ſuperiùs, uti poſſint.* Hoc pacto, quoties erunt novi depoſitarii aſſignandi, ſemper fieri debet nomine, & auctoritate Dantis, aut primi depoſitarii.

Quòd ſi per oblivionem frater hanc licentiam non poſtulaverit, poſſet novos depoſitarios inſtituere ex præſumpta licentia Dantis, ſi expreſſa haberi non poſſit; quæ quidem ſatis rationabiliter præſumitur, tam ex voluntate dantis, qui juvare fratres intendit, ac pro nde modis omnibus, quibus licitè poſſunt juvamen percipere, quàm ex voluntate ejuſdem Summi Pontificis, qui volens fratribus providere, tam ſuper neceſſitatibus, quàm ſuper puritate obſervantiæ Regulæ, tam be[illegible]nignos tradidit modos.

Idem eſt reſpectivè dicendum de Spi[illegible] Apoſtolico in ordine ad novos Procura[illegible] ſubſtitutos.

1156 Sexta, ut totum fiat de licentia [illegible]preſſa, aut tacita ſui Superioris loc[illegible] cui incumbit onus providendi, aut Supe[illegible]ris majoris; quæ quidem rationabiliter [illegible] præſumitur, ſi Superior providere non [illegible]ſit.

1157 Septima, ut frater nullam auctorita[illegible]tem oſtendat ſupra pecuniam apud Procura[illegible]torem, aut amicum ſpiritualem depoſi[illegible]tam; nec in uſibus auctoritativè ſe gerat, [illegible] oſtendat ſe dominum, ſed ſuppliciter. [illegible] non poteſt expoſcere ab illis computa[illegible]les expenſarum; poteſt tamen illos video[illegible] memoriam ſcriptam apud ſe retinere, [illegible] ad ſciendum, quanta pecunia apud ipſum [illegible] maneat, ut ſuos uſus diſcretione temper[illegible] Quòd ſi reperiat infidelem, non poteſt eum [illegible] judicio convenire; hoc tamen poteſt fa[illegible] ipſe dans, quia eſt dominus. Item ſi elee[illegible]moſynam in capſa retineant, non poteſt [illegible]ter, etiam Superior, clavem tenere.

1158 Recenſitæ ſeptem modificationes ſunt præſcriptæ in Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. ac in Declarationibus Martini IV. & V. & non obligant in conſcientia, [illegible] tranſgreſſio ſit contra quartum præceptum Regulæ, niſi illæ, ex quarum defectu ſequi[illegible]tur, quòd frater aliquod habeat dominium, aut uſum pecuniæ per ſe, vel per interpoſitam perſonam. Corduba *q. 11.* Ratio eſt, quia mens dictorum Pontificum non fuit fratres novis præceptis gravare, ſed modos congruos dare ad fratrum neceſſitates ſublevandas ab[illegible]que Regulæ tranſgreſſione.

1159 Ex quo duo ſequuntur. 1. Quòd hæ modificationes non ſolùm ſint datæ pro fra[illegible]tribus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tribus particularibus ad peculiares ſuas neceſſitates, ſed etiam pro Superioribus ad fratrum neceſſitatibus providendum. 2. Quòd ſi frater poſſet alium modum magis congruum reperire, qui præceptum Regulæ ſalvaret, non teneretur recenſitis uti. Verùm quia id non erit ità facile, non eſt à recenſitis modificationibus recedendum: *v. n.* 116.

## COROLLARIUM PERUTILE,

1160 *Et valdè notandum ad providendum neceſſitatibus, cum obſervantia Regulæ.*

QUia ex ſecunda modificatione: *de num.* 1152. neceſſitas pro recurſu ad pecuniam debet eſſe præſens, aut imminens, ſeu proximè futura; clarè ſequitur, quòd non poſſit frater apud Procuratorem Apoſtolicum diu, & pro neceſſitatibus remotis, aut poſſibilibus, apud ipſum pecunias à fidelibus, aut proprio labore, ac induſtria obtentas retinere pro ſuis uſibus.

Adeoque, ut paupertas à S. Franciſco præcepta, dura pluribus non videatur, ſed dulcis reddatur, duos hic trado modos, quibus uti poterunt fratres, deſumptos ex Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. ac ex aliis Martini IV. & V. & Pauli, IV. Declarationibus à Religione acceptatis & noviſſimè ab Innoc. XI. confirmatis: *ut in num.* 1138.

1161. Primus modus, purior, & perfectior eſt, quòd frater eleemoſynam modo licito acquiſitam conſignet Procuratori Apoſtolico ut incorporetur cum cæteris Monaſterii eleemoſynis, ità ut Superior ex communi maſſa poſſit faciliter ejus honeſtis uſibus providere; quod licitè, imò religioſiſſimè agit. 1. Quia ſe conformat Decr. Trident. relato *num.* 1055. 2. Quia Monaſterio non deficiunt neceſſitates imminentes, imò actuales. 3. Quia quando à Superiore pro ſuis honeſtis neceſſitatibus etiam poſt diuturnum tempus providetur, non providetur de eleemoſynis illis, quas tradidit, ſed de eleemoſynis actualibus Monaſterii; & hoc, non quia ſuæ eleemoſynæ ſupponuntur conſumptæ, (ut quidem pro certo ſupponitur,) ſed quia per incorporationem cum eleemoſynis Monaſterii, factæ ſunt eleemoſynæ Monaſterii, de quibus Superior tenetur ipſi, utpotè ſuo ſubdito, providere, quando contingit neceſſitas.

1162 Et quia in præſenti loquimur de Monaſterio, quod ob nimiam paupertatem non poteſt ſingulis ſubditis neceſſaria ad honeſtos uſus ſubminiſtrare; Superior monetur, ut utatur diſcretione, & prudentia, ut quoties Religioſus ille, qui ſuo labore, & induſtria eleemoſynas acquiſivit, & cum cæteris Monaſterii eleemoſynis in manu Procuratoris incorporavit, ad eum pro ſuis honeſtis uſibus recurſum habuerit, non deficiat ei providere: *v. num.* 1043. 1080. & 1097.

1163 Secundus modus dulcior datur in Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. & eſt: Si dans ſummam pecuniæ deponat in manibus alicujus tertii, ut eas nomine ſuo retineat expendendas ad uſus alicujus fratris ſibi chari, aut propinqui, dominio apud ſe ſemper retento; tunc licitè poterit frater ad ipſum depoſitarium, ſeu amicum ſpiritualem recurrere, quoties ei continget neceſſitas; ſequitur ex dictis *n.* 1147.

At id eſt omnino attendendum, quòd ipſe frater non poteſt ad dantem pro pecunia recurrere, nec curare, ut dans illam in manibus alicujus tertii deponat pro neceſſitate remota, aut poſſibili; ut dictum eſt *n.* 1152.

1164 Hi duo modi in hoc differunt, quòd in primo, ſi moriatur Religioſus, pecunia Procuratori tradita ſi extet, pro Monaſterio

remanet, tam ſi fuit incorporata, quàm ſi ſecus, quia reſidet penes dominium Summi Pontificis, pro Religioſorum neceſſitatibus. In ſecundo, ſi moriatur Religioſus, pecunia depoſitario tradita, non ſpectat ad Monaſterium, ſed redit ad ipſum dantem; quia ſic ejus dominium à ſe non abdicavit, ſed ſemper retinuit, ità ut etiam Religioſo vivente, eóque inconſulto, ſemper poterat ſummam illam pecuniæ de manibus depoſitarii ſibi reaſſumere.

Quòd ſi ipſe dans moriatur ante conſumptionem pecuniæ, Nicol. III. in Decretali *cit. n.* 1155. diſponit his verbis.

„ In eo verò caſu, quando antequam
„ ipſa pecunia in licitum rei habendæ, vel
„ utendæ commercium ſit converſa, conce-
„ dentem pecuniam mori contigerit; ſi con-
„ cedens in concedendo dixerit, vel expreſſe-
„ rit, quòd perſona deputata pecuniam ipſam
„ in neceſſarium uſum fratrum expenderet,
„ quicquid de ipſo concedente vivendo, vel
„ moriendo contingeret: ſive concedens hu-
„ juſmodi hæredem reliquerit, ſive non:
„ poſſint fratres ad perſonam deputatam, non
„ obſtante concedentis morte, vel hæredis
„ contractione, pro illa pecunia expendenda
„ recurrere: ſicut poterant ad ipſum domi-
„ num concedentem.

Cujus juſtæ diſpoſitionis ratio poteſt eſſe; quia dum dans pecuniam expreſsè non revocavit, præſumitur velle continuare eleemoſynam fratri, juxta illud: *Qui poteſt facere eleemoſynam vivus, poteſt facere eleemoſynam mortuus.* Et quia depoſuit, ut illum juvaret.

1165 Hoc tamen eſt notandum; quòd ſi dans volens neceſſitatibus fratris, aut etiam Monaſterii ſuccurrere, pecuniam ad hunc effectum det Procuratori Apoſtolico, tunc ejus dominium ſuſcipit Papa, & pro Monaſterio remanet. Niſi exprimat, velle dominium pe-cuniæ uſque ad ejuſdem conſumptionem apud ſe retinere; in quo caſu perſona illa, quæ eſt Procurator Apoſtolicus, reſpectu diſtam pecuniam, non ſe habet, ut Procurator Apoſtolicus, ſed ut amicus ſpiritualis; non eam retinet nomine Papæ, ſed nomine dantis.

## COROLLARIA ALIA.

1166 PRimum. Non poſſunt fratres per ſe ipſos recipere, cuſtodire, retinere, aut expendere eleemoſynas pecuniarias, in ipſis Conventibus, & Sacriſtiis ad illos proveniunt pro Miſſis, funeralibus, aliis causis honeſtis; quia eſſet per ſe recipere: ad hos effectus tenere debent perſonam particularem, quæ ſit ſubſtitutus, aut bajulus Procuratoris; & ità video practicari. Qui ſubſtitutus poteſt eſſe Tertiarius aliquis, quia Regula non prohibetur, nec illâ ligatur. Hoc tamen non eſt practicandum ob ſæcularium ſcandalum, & ob periculum, ne evadat ſuppoſita perſona; nam faciliter poſſet Superior cum eo auctoritativè tractare: *v. num.* 11.. Quòd ſi uterentur Tertiario induto more Hyſpano, nempe habitu brevi uſque ad genua, tibiali, & calceamentis, nullum eſſet periculum ſcandali: *v. n.* 1168. & 1178.

1167 Secundum Poſſunt fratres eleemoſynas à benefactoribus pro Miſſis, ſuffragiis, &c. relictas ab hæredibus, petere per modum eleemoſynæ, minimè, via civilis Judicii. Illis autem recuſantibus, poſſunt id manifeſtare Syndicis, qui nomine Papæ poſſunt contra hæredes in judicio agere: ut diſponunt Summi Pontifices in Bullis Syndicatûs, maximè Paulus IV. Bulla ex Clementi, anno 155.. Imò ex jure, id poteſt quilibet de populo agere nomine teſtatorum, ut eorum voluntates quoad Legata pia pro ſuis animabus reli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... adimpleantur. Id tamen debet ſinè ſtrepitu fieri, ne ratione ſcandali plus ſit amiſſio, quàm lucrum: v. num. 1192.

1168 Quòd ſi hæredes eleemoſynaliter à fratribus requiſiti voluntariè ſolvant eleemoſynas à teſtatoribus relictas, debet illas recipere ſubſtitutus, aut perſona ſæcularis, vel Tertiarius, ut ad Procuratorem deferat.

1169 Tertium. Tenere in Sacriſtiis, aut Eccleſiis capſulas, loculos, & ſimilia expoſita pro eleemoſynis pecuniariis auctoritate propria, eſt denarios per interpoſitam perſonam excipere.

Non ſic, ſi teneantur auctoritate Syndici; hoc tamen fieri non poteſt; quia prohibitum eſt juſſu Urb. VIII. per noſtras Conſtitutiones de anno 1628. etiam ſi clavem Syndicus teneat, his verbis:

„ Capſæ, vel trunci ad recipiendas eleemo„ſynas pecuniarias, etiam pro Miſſis obla„tas, non ſolùm ab Eccleſia, ſed etiam à Sa„criſtia, à quacumque parte, quæ ſit in„tra clauſuram Conventûs, omnino prohi„beantur, ſub pœna inobedientiæ, & excom„municationis majoris. Guardianus, qui „contrarium permiſerit, privetur officio ſuo: „v. num. 1166.

1170 Quartum. Fratres itinerantes, maximè per longum iter ad comitia generalia, aut alio ob juſtam, & honeſtam cauſam, quia regulariter religioſa, & decenti commoditate indigent in conſervationem propriæ perſonæ, quam habere non valent ſinè recurſu ad denarios, uti poſſunt ſæculari, aut Tertiario, quem ſecum ducant ſubſtitutum à Syndico, auctoritate cujus recipiat, retineat, & expendat: v. num. 1155.

1171 Quintum. Eſt Statutum antiquum, quod refertur in ſpeculo Minorum, tr. 3. fol. 200. ut ſequitur:

„ Si contingat, aliquem fratrem transferri „de una Provincia ad aliam ad morandum „libros ſibi conceſſos ad uſum poſſit habere, „poſt mortem verò ſuam omnes libri, quos „tempore ſuæ translationis habuit, vel poſt„modum commutati, ad Provinciam illam, „à qua translatus fuit, integre revertantur. „Idem judicium de translata eleemoſyna ha„beatur; & ad hoc fideliter faciendum, mi„niſtri firmiter, in quorum Provinciis deceſ„ſerunt, teneantur. Et ut hoc meliùs obſer„vetur: fratres, qui transferuntur, relinquant „in ſcripto nomina librorum valentium ul„tra quartam partem marchiæ argenti, „& eleemoſynæ quantitatem miniſtris il„lis, de quorum adminiſtrationibus transfe„runtur.

## QUÆRES II.

1172 *An Frater Minor poſſit licitè pecuniam expendendam tangere lino, aut chartâ involutam?*

Videtur licerè; quia id eſt mediatè tangere, & cum ſimus in odioſis, præceptum eſt reſtringendum ad contactum immediatum. Hinc quamvìs prohibitum ſit laico vaſa ſacra tangere, potes medio velo, aut alio.

1173 Reſpondeo, non licere. Longius *cap. 4. contr. 13. ſect. 1. num.* 8. quia talis contactus pecuniæ charta involutæ, licèt ſit mediatus, eſt verus contactus phyſicus, & civilis; & Phyſicus, ut dicimus de contactu patenæ velo coopertæ ab eo, qui ordinem aſſumit, facto, *in tom. 3. num.* 136. Eſt civilis, quia ad expendendum; adeóque eſt receptio à S. P. prohibita: ut *in n.* 1141.

Tum quia aliàs liceret pecuniam in burſa aut in cella recipere, imò retinere.

1174 Ad paritatem diſparitas eſt; quia, contactus vaſis ſacri laico prohibetur ob reverentiam, quæ ſalvatur per contactum mediatum.

diatum. Finis autem receptionis pecuniæ eſt ad vitandum omnem uſum civilem pecuniæ, ut conſtat ex *n.* 1138. qui finis non ſalvatur in recenſito contactu mediato.

1175 Talis autem contactus mediatus, ſolùm poteſt à peccato excuſari in caſu neceſſitatis. Donat *tom.* 3. *tr.* 15. *q.* 49. quando ſcilicet urgeret neceſſitas fratris, eiq; non ſuppetere alius modus recipiendi, videlicet per ſubſtitutum, Dantem, Depoſitarium, aut Nuncium; lex námq; ex ſæpe dictis non comprehendit caſus neceſſitatis, juxtà illud: *Neceſſitas non habet legem: v. n.* 1138.

1176 In tali quidem caſu neceſſitatis, utique conſultum eſſet fratri, pecuniam charta involutam recipere; nam ſimplices hac cautela adhibita, ferè ſcandalizari non ſolent. Inſuper poterit tunc frater, maximè apud viros doctos, & notitiam noſtræ profeſſionis habentes, neceſſitatem actionis humiliter aperire.

1177 Si aliquando caſus contingat, quòd vir prudens ad Monaſterium, aut Eccleſiam noſtram accedens ſummam eleemoſynæ elargiretur: Si Monaſterium neceſſitatibus premeretur, nulla reperiretur perſona apta, nec Tertiarius, qui reciperet; vir ille non poſſet commode eam ad Procuratoratorem mittere, aut prudenter non judicaretur capax talis conſilii, ſed quòd potiùs illum tædio afficerent, & ab eleemoſynis impedirent; tunc ſi fratres curarent, ut ille eleemoſynam in aliquo loco opportuno reponeret, uſq; ad adventum Nuncii, aut Baluli, qui illam ad Procuratorem transferret, dictum virum de hoc monendo, peccati non condemnarem; quia ſumus in recenſito caſu neneſſitatis.

Pro quâ re, Melphi *in comment. ad Conſt. c.* 4. *ſtat.* 2. in fine ait.

„ Reſpondeo quintò, in nceeſſitatis arti-
„ culo poſſumus denarios petere, & accipere,
„ ac expendere, putà ſi Miſſionarius [...]
„ infideles reperiatur, nec aliá viâ ſuppe[...]
„ pro victu, &c. jus enim naturale præv[...]
„ poſitivo. Cujuſmodi Sanctiſſimus D. [...]
„ Urbanus VIII. declaravit pro locis Te[...]
„ Sanctæ, ubi fideles adminiſtri, & Syn[...]
„ non reperiunttur, & neceſſè eſt, ob no[...]
„ bonum, & ad majorem Dei gloriam, [...]
„ Eccleſiæ utilitatem, loca illa in Religi[...]
„ Catholica conſervare. Ità etiam ſi ſumm[...]
„ Pontifex inſtitueret Fratrem ſuum eleem[...]
„ ſynarium, non peccaret, pecunias erog[...]
„ do, &c.

1178 Dixi: *Si aliquando*; námque ca[...] debent eſſe rari, & non per habitum pro[...]cari, ut dictum eſt *in n.* 1166.

1179 Hinc omninò quæſtores abſtin[...] debent à recipiendis eleemoſynis pecuni[...] intra peram; quia quamvìs talis receptio [...]deatur poſſe à peccato contra paupertatem, & præceptum de non recipiendis per ſe pecuniis, excuſari, in quantum non videatur quæſtore receptio civilis ad expendendum, ſed translatio pnecuniæ de uno in alium locum, nempè ad Procuratorem; non poteſt à peccato ſcandali, & damni, quòd Monaſterio affert, excuſari; per hujuſmodi namq; pecuniarum contractationes, ſic ſcandalizari, & admirari, & ſolet ſæculum, ut ab eleemoſynis ſe abſtineat, in graviſſimam communitatis, & Regularis Obſervantiæ perniciem: *v. n.* 1148. Adde, in hujuſmodi caſibus, in quibus pecunia transfertur ad Procuratorem, adeſt contactus, & receptio civilis moralis, ad expendendum mediatè pro fratrum uſibus. Melphi *cit. ver. Reſp.* 4.

QUÆRES III.

1180 *Quomodo Frater expropriari debeat*

RESpondeo, hunc eſſe modum. Pecunia, quàm frater habere ſupponitur, pluribus modis poteſt ſe habere.

Pri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Primò. Si fuit ei data abſolutè, ſeu uti Religioſo, eſt deponenda in manus Syndici nomine Eccleſiæ pro neceſſitatibus Provinciæ, aut Monaſterii. Si verò dans apud ſe voluit ejus dominium retinere, eſt danti reſtituenda, vel de ejus licentia eſt Syndico tradenda pro Monaſterio, aut Provincia.

1181 Secundò. Si talis pecunia ſit de eleemoſynis alicujus Conventûs, eſt Syndico illius Conventûs, aut Provinciæ tradenda, pro dicto Conventu, ejus Superiori locali monito.

1182 Tertiò. Si pecunia fuit accepta ſub aliquo onere, v. gr. Miſſarum, &c. tunc debet pecuniam conſignare, & onus manifeſtare Superiori, Melius autem eſt, ſi ipſe curet immediatè oneri ſatisfacere, & non committatur aliorum ſpei; nam onus ſatisfaciendi justitiæ obligat ex jure naturæ.

Quòd ſi pecunia reperiatur converſa in emptionem alicujus rei, quæ extat, putà librorum; tunc tenetur ſatisfacere eam, v. gr. libros creditori tradendo, ſi fieri poſſit; vel eam vendere curando, & ſatisfaciendo in quantum poteſt per pretium. Idem tenetur facere Superior, ſi poſt fratris mortem, tale onus ei conſtet, & res extet.

Quâ expropriatione peractâ, Religioſus haud ampliùs retinere debet affectum, aut curam circa pecuniam illam.

1183 Et ſi expropriatio fiat in articulo mortis, omnino Confeſſarius, vel Superior curet, ut pecuniæ, & res ſuperfluæ, ſuper quibus facta eſt expropriatio, removeantur è cella Religioſi ante mortem; quòd curabit charitativè, ſolando fratrem, ut in Dei miſericordiam ſperet. Quòd ſi ſuperviat, expropriationis factæ eum minimè pœniteat, nec ad vomitum redeat,

Congregatio Generalis de anno 1679. præcipit, ut diſtributio ſupellectilium, & rerum à fratribus relictarum, fiat à Provinciali, modo ſequenti:

„ Si frater defunctus fuerit in Infirmaria, eidem applicentur omnes panni linei, ſeu ex tela confecti: ſi autem extrà Infirmariam mortuus ſit, applicentur communitati Conventûs, ubi defunctus de familia morabatur. Cui etiam communitati conſignabuntur omnia lanea veſtimenta. Libri in ejuſdem Conventûs Bibliotheca reponentur, & ſi fortè aliquid pecuniæ reperiatur, Provincialis faciat eam deponi apud Syndicum Apoſtolicum Provinciæ, pro neſſariis ſumptibus, communibúſque provinciæ indigentiis, ſumpto à Guardiano, & diſcretis Conventûs teſtimonio de quantitate, ſuo tempore rationem de illa tribuere poſſit. Et idem obſervetur, ſi aliquid aliud conſiderabilis pretii inveniatur. Picturæ, ſi fortè ſint, in Sacriſtia collocentur. Res autem minoris momenti inter Fratres ejuſdem Conventûs de conſilio Guardiani dividantur,

1184 Frater autem proprietarius, ſeu pecuniam retinens, abſolvi non poteſt, niſi priùs expropprietur, aut firmiter, & cùm morali certitudine id Confeſſario proponat; unde Confeſſarius ſe debet cùm eo gerere, ſicut cùm concubinario.

Caveant ergo fratres, & in mente habeant verba S. P. Franciſci, quòd ſi *Magna promiſimus, majora promiſſa ſunt nobis*: *vide num.* 1097.

## LEGATA FRATRUM MINORUM

1185 SUnt juſta, & licita à teſtatore relicta ſub hac forma: *Inſtituo mihi hæredem animam meam, ita quòd executores teſtamentarii teneantur bona relicta vendere, &* pe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*pecuniam in emendo panem, & vinum, & alia neceſſaria in eleemoſynam Fratribus Minoribus hujus Civitatis inſumere.* Et tunc teſtamentarii ad talem eleemoſynam ſolvendam cogi poſſunt ad inſtantiam cujaslibet de populo. Ità Villalobos *tom. 2. tract. 30. diſ. 12. n. 8.* & Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 33.*

Imò ſi non eſt addita conditio licita: *Ut bona vendantur, & in fratrum neceſſitates pretium convertatur,* legata valent; quia tunc cenſetur legans voluiſſe modo debito fratribus ſubvenire. Rodr. *in comp. verb. legatum*, Diana *par. 10. tr. 14. reſ. 63. v. num. 901.*

1186 Item poteſt teſtator relinquere Fratribus Minoribus legata perpetua, tam libera, quàm oneroſa, quia qui poteſt facere eleemoſynam vivus, poteſt facere eleemoſynam mortuus; quoniam mortuus habet animam, quæ valeat ejus fructum à fidelium remuneratore animarum percipere.

1187 Quantùm ad legata perpetua, ſciendum eſt, quòd Syndicos, & Procuratores conceſſerunt Ordini quamplures Summi Pontifices, ut ex una parte fratrum neceſſitatibus providerent, & ex alia, ut eorum paupertas tam in particulari, quàm in communi illæſa ſervetur: hac de cauſa omnium rerum modo licito fratribus à fidelibus oblatarum Sancta Sedes apud ſe dominium recipit, ut *in n. 1146. v. num.* 1200.

Pontifices autem non conveniunt omnes quoad omnia, ſed diverſo modo, & quoad actus diverſos concedunt Syndicos.

Nam Sixtus IV. in Bulla incip. *Dum fructibus uberes*, anno 1471. apud Bullar. Rodr. conceſſit, ut poſſit nomine S. Sedis recipere bona immobilia, & redditus perpetuos fratribus, & eorum Monaſteriis relicta, & relinquenda, & in illis ſuccedere ab inteſtato, ipſa Romana Eccleſia eorum dominium in ſe ſuſcipiente. At idem Pontifex per aliam Bullam, quæ incip. *Licèt nos dudum ad importunam nonnullorum inſtantiam conceſſerimus, &c.* prædictam conceſſionem observantibus irritat, utpote expreſſè eorum profeſſioni, & paupertati contrariam. Quâ de cauſa, etiam ante irritationem totum corpus obſervantium prædicto privilegio renunciavit.

1188 Unde ſtandum eſt inſtitutionibus & conceſſionibus aliorum Pontificum, videlicet Decretalibus Nicol. III. *Exiit, qui ſeminat, & Clem. V. Exivi de Paradiſo, in 6. de verbor. ſignific. in 6.* Et declarationibus, & conceſſionibus Martini IV. *Exultantes* Martini V. relati à Sixto IV. cit. & Pauli IV. & Clementi, de anno 1555. noviſſimè confirmatis ab Innoc. XI. per Bullam, quæ incip. *Sollicitudo edita 20. Novembris* 1679. his verbis:

„ Declarantes tamen pariter, quòd per
„ præmiſſa non prohibentur in dicto Ordine
„ Syndici Apoſtolici, cùm eorum uſus non
„ ſit diſpenſatio in Regula, ſed modus à Ro-
„ manis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris
„ proviſus pro puriori illius obſervatione, ſi-
„ ve ejuſmodi Syndici aſſumantur ad præſcri-
„ ptum Conſtitutionum Nicolai III. & Clem.
„ V. prædeceſſ. prædict. ſive ſec. diſp. Conſt.
„ rec. me. Mart. IV. & Martini V. ac Pauli
„ IV prædeceſſorum pariter noſtrorum, prout
„ ut illorum uſus, in ſingulis familiis, Con-
„ gregationibus, Reformationibus, aut Pro-
„ vinciis Ordinis prædicti reſpectivè fuerit
„ receptus.

1189 His præmiſſis, Dico, Fratres Minores non eſſe capaces legatorum perpetuorum, ità tamen ut dominium directum ipſorum capitalium, ſeu rerum immobilium reſideat penes nos, aut penes Syndicum Apoſtolicum, ut Syndicum; quia ut Syndicus illud nomine Papæ, qui (videlicet Nicolaus III.

in relata Decretali) talium legatorum directorum receptionem expreſsè prohibet; unde nunc Syndicus eſſet interpoſita perſona noſtra, & ſic dominium reſideret penes nos.

Eſſe verò capaces legatorum perpetuorum, ita tamen ut dominium directum ipſorum capitalium, ſeu rerum immobilium, reſideat penes tertiam perſonam, quæ repræſentat perſonam legantis, & dicitur amicus ſpiritualis, juxta dicta *n.* 1147. *&* 1165.

1190 Poteſt igitur teſtator uti formâ relata *n.* 1185. vel poteſt gravare hæredem ad elargiendam Fratribus annuam ſummam eleemoſynæ. Vel relinquere ipſum bonum immobile, aut capitale ſuper re immobili inveſtiendum alicui Univerſitati, Communitati, Hoſpitali, aut tertiæ perſonæ, cùm obligatione, & onere ſolvendi annuatim certam ſummam eleemoſynæ Fratribus pro eorum neceſſitatibus miniſtrandum gratìs, aut cùm onere Officii, Miſſæ, &c.

1191 Et tunc (ut cùm Divo Bonaventura loquar) nullo pacto nos Fratres dicimur reditus habere per nos, aut per interpoſitam perſonam noſtram. Nec annuam penſionem nos petimus, & recipimus ex jure, & tanquam debitam; ſed ex gratia, & tanquam eleemoſynam.

1192 Ad quàm annuam eleemoſynam annuatim ſolvendam ipſi executores ſunt omninò obligati, minimè obligatione directè nobiſcum contractâ, ſed cùm legante. Et hac ratione, ſi negligant, poſſunt civiliter à quolibet de populo cogi; quoniam animæ defunctorum ſunt pupillæ. Unde pecunia annua reſpectu noſtri ſemper habet rationem puræ eleemoſynæ, & verè per modum eleemoſynæ recipitur: *v. n.* 1167. Et infrà de præſumptione contra onus Miſſarum.

1193 Nec obſtat, quòd annuam ſummam immediatè non à legante, ſed ab ejus executore recipiamus; quia ſicut legans potuit nobis annuam eleemoſynam promittere, & tertiæ perſonæ eam ſolvendam committere, ipſo vivente; ità & ipſo mortuo; executor namque ſolvit nomine legantis.

1194 Quæ haud ſunt formalitates, ſed reales, & veri tituli, à Divo Bonaventura longè priùs excogitati in ſua quæſtione Apologetica relata in Statutis noſtris Barchinonenſibus, & Segobienſibus, ab Urbano VIII. die 20. Novembris 1625. confirmatis per Bullam; *Injunctis nobis, in tom.* 5. Bullarii Lantuſcæ, quibus rerum immobilium dominium directum reſidet penes tertiam perſonam nomine legantis, & ſolùm indirectè nos reſpicit, tanquam pauperes, & ut terminum eleemoſynæ à legante præſcriptæ, & executori commiſſæ. Adeóq; nullo pacto inde læditur Franciſcana paupertas.

1195 Non eſt autem contra Regulam, & noſtram paupertatem, quòd talis executor, & tertia perſona ſit ipſe Syndicus Apoſtolicus; quia Syndicatus officium, nec illi nocere debet, nec facit, quin poſſit alteri ſe obligare ad aliquod onus gratis ſubeundum, nempe ad ſuſcipienda bona immobilia legantis cum onere diſtribuendi annuatim fructus pauperibus pro anima ipſius legantis.

Sicut enim poteſt, nedum nomine Papæ; ſed ut tertia perſona, & ut unus de populo executores negligentes ad annuam eleemoſynam ſolvendam cogere; cur non poterit, ut tertia perſona, & ut unus de populo, onus à legante ad annuam eleemoſynam in Fratrum neceſſitatibus diſtribuendam ſuſcipere; tunc námque ſe habet, non ut interpoſita perſona noſtra, ſed ut tertia perſona, & perſona legantis, & eſt amicus ſpiritualis, & quidem aptior, & promptior tam ad Fratrum neceſſitatibus ſubveniendum, quàm ad le-

gantium animas ſuffragandum: *v. dec. de nu.* 1198. *& n.* 1167.

1196 Id autem eſt prohibitum vi Statuti Congreg. Gen. Rom. die 17. Maji 1603. *Inhibemus autem, ne Syndicus in ſua perſona hujuſmodi annuos redditus recipiat diſtribuendos ipſis fratribus*; non quia paupertas noſtra lædatur, ſed ne apud ignorantes redditus per interpoſitam perſonam noſtram retinere videamur; qua ratione D. Bonavent. cit. vult, ut in legatis tertiæ perſonæ, aut communitati alicujus relictis cum onere certam eleemoſynam annuatim nobis diſtribuendi, fiat per Guardianum, & diſcretos Conventus proteſtatio, nil nobis juris ex talibus donationibus velle habere, nec ex vi legati, & ut legatarii; ſed per modum eleemoſynæ, & ut pauperes recipere.

Audi D. Bonav. qui poſt doctrinas jam à *n.* 1191. *ad* 1194. ferè relatas, in fine ſubdit: *Quia verò Dominus docet, nos cavere ab hominibus.* Matt. 10. *& Apoſt. ab omni ſpecie mali abſtinere.* 1. Theſſ. 5. *ne putemur ab ignorantibus tranſgreſſores Regulæ noſtræ, debemus apertè proteſtari, nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, ſicut tenetur ſuſpectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus poſſet iſta ſuſpicio probabilis judicari.*

Quæ proteſtatio, ſi facta non reperiatur, fieri poteſt executoribus, vel univerſitati; ſolùm námque fit ad omne vitandum ſcandalum, ſeu admirationem ſæculi.

1197 Solidantur prædicta per plures deciſiones S. Congreg. & Sedis Apoſt. decreta, quæ hic libenter refero in gratiam meorum Religioſorum, atque Superiorum, ut ſciant, quid conſulere in novis legatis condendis, & quomodo ſe gerere in jam fundatis honeſtandis; ſæpe námque ex Confeſſariorum imperitia provenit, ut fideles legata perpetua conſtituant, bona immobilia, ſeu ſortem, & capitale nobis directè legand contra implicitam donantium, ſeu legan voluntatem; fideles enim, volentes Fra in corporis neceſſitatibus ſubvenire, tendunt, eorum, & propriæ animæ unde licitam formam advertiſſent, lici mam legaſſent, ut dicemus de contr. bona fide celebrato: *v. n.* 1185.

ROMANA DONATIONIS.

1198 *SYndico Apoſtolico Conventus, vo cant, de Aracœli Fratrum Mino de Obſervantia ſcuta mille donavit Pam Mora donatione infraſcriptis verbis Donavit donatione irrevocabili inter D. Franciſco Beſpino Syndico Apoſtolico tuo Venerab. Conventus B. Mariæ de Ara & aliis in dicto officio Syndicatus, pro te ſucceſſoribus, ſcuta mille, una cum fru decurſis, decurrendis, ſibi relictis à q. Agazario, cum conditione, quòd iidem tarii teneantur, & obligati ſint, poſtqu ſecuti fuerint dicta ſcuta mille pro dicto to, ut ſuprà, debita illa inveſtire ad eoru neplacitum in aliqua re ſtabili, cenſibus tuis, ſeu locis montium non vocabilium, fructibus dicti reinveſtimenti impendere applicare annua ſcuta triginta in perpe panis albi pro beneficio, & ſervitio Infirm Venerab. Conventus Aracœli Ordinis Mi rum Obſervantiæ Sancti Franciſci, cum tione adjecta, quòd ſi ullo unquam tempore cti RR. Patres Guardiani, ſeu Superiores tempore dicti Conventûs Aracœli intent rint quovis modo applicare velle dicta ann ſcuta triginta in aliam cauſam, præterqu ſupradictam, tali caſu prædicta donatio mne commodum dictæ annuæ ſolutionis rum triginta ſit, & intelligatur ipſo facto c cata, & devoluta, prout caducari voluit,*

*multis in favorem Venerab. Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ Conſolationis.*

*Procurator Rev. Fabricæ S. Petri, citatis prædictis Patribus, ſupplex petit per hanc Sacram Congregationem declarari: An prænarrata donatio valeat ſuſtineri? Die 2. Iunii 1663.*

*Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, licere dictis Fratribus prænarratam annuam panis præſtationem, titulo duntaxat eleemoſynæ recipere; ad præſcriptum Decreti Congregationis Fabricæ, ſub die 14. Februarii 1633. editi, & Syndico Apoſtolico non poſſe à Miniſtris dictæ Fabricæ, ratione hujuſmodi donationis, moleſtias inferri, niſi ad formam ſupradicti Decreti.*

*Fr. Card. Chiſius Præfectus.*

*Loco † Sigilli.*

1193 Clemens Papa X. *Ad futuram, &c.* Nuper pro parte dilecti filii Syndici Apoſtolici Conventûs Sancti Petri de Syrchis in Sardinia Ordinis Sancti Franciſci de Obſervantia, &c. Congregationi Vener. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &c. Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, expoſito, quòd quondam Petrus Moros de Molinos in ſuo ultimo teſtamento, quod anno 1645. condiderat, diverſa annua legata, pro Miſſis per Fratres dicti Ordinis celebrandis, fecerat, modo ſequenti: *Primò* mando, quòd meus hæres teneatur expendere pro confectione tumuli, & exequiarum, quolibet anno lib. 25. pro una Miſſa cantata, & aliis ſexdecim Miſſis pro animabus meorum parentum *celebran. à Fratribus* Franciſcanis S. Petri de Syrchis, & pro hoc legato volo, quòd ſint perpetuò obligata bona mea: *Item* volo, quòd dictus meus hæres ſolvat ex dictis bonis meis quolibet anno lib. 40. quæ inſerviant pro oleo lampadis meæ Capellæ Majoris in dicta Eccleſia Sancti Petri: *Item relinquo* in perpetuum Miſſas ſeptem qualibet hebdoma pro Animabus Purgatorii, &c. & eleemoſyna ſit ſeptem ſolidorum pro qualibet Miſſa, &c. & proprietas illarum eſt 1400. libr. quæ ſit ſuper domo mea, in qua habito: *Item relinquo* pro eleemoſyna dicto Conventui S. Petri de Syrchis lib. 500. ut illæ applicari debeant per meos Curatores in loco ſecuro ad rationem lib. 24. annuarum, & inſerviant pro emendis linteamentis pro pauperibus Fratribus infirmis: *Item*, quia D. Mater mea reliquit, ut dicantur duæ Miſſæ perpetuæ qualibet hebdomada à dictis Fratribus, mando, quòd ſuper bonis meis ſolvantur quolibet anno 28. *Item*, quia D. Pater meus reliquit unam Miſſam perpetuam qualibet hebdomoda celebrand. à dictis Fratribus, & reliquit pro eleemoſyna cenſum lib. 150. debitum à Gavino Paduano, &c. quatenus perdiderint cenſum ſupradictum, mando, ut meus hæres ſolvat lib. 11. annuas, &c. & factis aliis pluribus legatis profanis, &c. inſtituit ſibi hæredem Deum, & Animam ſuam, mandans ſuis executoribus, ut adimpletis, & ſatisfactis Legatis, inſtituerent unam tertiam dignitatem Archidiaconalem in Cathedralem Turritanã, cum annuo redditu libr. 1000. & de reſiduo unum, vel plures Canonicatus ſecundùm capacitatem bonorum ſuorum, & aliàs, prout in dicto teſtamento dicitur uberiùs contineri. Et ſubindè in executionem dicti teſtamenti unus Canonicatus, & unus Archidiaconatus in Eccleſia Turritana erecti fuerant, dictúſque Archidiaconatus ex diſpoſitione ejuſdem Petri teſtatoris collatus fuerat quondam Didacono Moros ejus Fratri Germano, & executori teſtamentario, qui bona fide, dum in vivis erat, eadem legata pia adimpleri curaverat; verùm poſt ejus obitum, de eodem Archidiaconatu provi-

proviſus fuerat dilectus filius Carolus de Capudoro, ad cujus favorem dilectus filius Provicarius Generalis Turritanus, neſciebatur, quo jure, declaraverat Fratres Minores prædictos Legatorum capaces tantum factorum pro oleo lampadis, & liteaminibus infirmorum, & incapaces pro reliquis, quæ Archidiacono prædicto adjudicaverat, prout in ejus ſententia dicitur contineri; unde dictus Syndicus tanquam unus de populo pro ſuffragio Animarum, pro quibus inſtituta fuerunt dicta legata pia, & pro ſua pietate erga dictos Fratres de Obſervantia, qui in magna neceſſitate propter eleemoſynarum deficientiam in prædicta Inſula Sardiniæ reperiebantur, prout ex atteſtatione juratorum, & officialium Civitatis Turritanæ conſtare dicebatur; Nobis humiliter ſupplicaverat, ut omnimodum adimplendum Legatorum prædictorum Ven. Fratri Archiepiſcopo Turritano, non obſtante prædictâ Proviciarii Generalis ſententiâ, committere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Inſtantia verò hujuſmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem à nobis remiſſa, & de mandato ipſius Congregationis citato dilecto etiam filio Alexandro Bulla, ſupradicti Caroli de Capudoro Archidiaconi Procuratore, Syndicus prædictus plurimùm cupiebat declarari, prædictos Fratres Minores de Obſervantia poſſe recipere præinſerta annua legata Miſſarum per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ, juxta doctrinam S. Bonavent. in quadam Conſtitutione fel. record. Urbani Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, cujus initium: *Sacroſanctum Apoſtolatûs Miniſterium, &c.* proinde debere dictum Archiepiſcopum Turritanum tanquam executorem ultimarum voluntatum, & præcipuè piarum, curare omnimodum adimplendum earumdem legatorum, & voluntatis dicti Petri Teſtatoris, compellendo hæredes, & dententores bonorum ad ſatisfactionem, ne animæ eius auctorum, & benefactorum ſuffragiis fraudatæ remanerent. Emanavit ab eâ Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui ſequitur: *S. Congreg. EE. S. R. E. Cardin. negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſita, Procuratore Archidiaconi Turritani ſæpius citato, referente Eminentiſſimo D. Cardin. Portocarrero, decrevit eſſe dandas declarationes ſæpe aliàs factas, videlicet Fratres Minores de Obſervantia non poſſe poſſidere cenſus, & bona ſtabilia, poſſe tamen recipere per viam eleemoſynæ quidquid eis traditur ab executoribus ultimarum voluntatum pro celebratione Miſſarum, & Anniverſariorum, & propterea cenſuit committendum, prout præſentis Decreti tenore committit, Archiepiſcopo Turritano, ut ad limites prædictæ declarationis in cauſa, de qua ſupra agitur, procedat, & ad illius obſervantiam, quatenus opus fuerit, juris remediis, & in ſubſidium etiam cenſuris Eccleſiaſticis compellat. Romæ, Auguſti 1674. Cardin. Brancacius.*

*Loco † Sigilli, &c.*

Cùm autem, ſicut dictus Syndicus nobis ſubindè exponi fecit, ut Decretum hujuſmodi firmiùs ſubſiſtat, & obſervetur exactiùs, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſum Syndicum, &c. abſolventes, &c. ſupplicationibus ejus inclinati, &c. *Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiq; inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, &c.* Sicque in præmiſſis per quoſcumque judices, &c. irritum, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 22. Auguſti 1674. Pontificatûs noſtri anno quarto, &c.

Obſervanti di Lucca. Sacra Congr. Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum,

Epiſcoporum, & Regul. præpoſita: *Sæpiùs declaravit, Fratres Minores de Obſervantia Sancti Franciſci, quamvis attentâ diſpoſitione, Exivi de Paradiſo, & Conſtitutione Nicol. III. & Clementis VIII. ſint incapaces obtinendi cenſus perpetuos, & bona ſtabilia, poſſe tamen per viam puræ, & ſimplicis eleemoſynæ recipere quidquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Miſſarum, pro ornamento Eccleſiæ, aliiſque neceſſariis procurandis;* juxta doctrinam D. Bonaventuræ, relatam in Conſtitutione S. M. Urbani VIII. incipien. Sacroſanctum Apoſtulatûs Miniſterium, &c. *Atq; in præfatis caſibus dictos executores ultimarum voluntatum curare debere, ut hujuſmodi piæ diſpoſitiones adimpleantur;* ne teſtatorum animæ debitis ſuffragiis defraudatæ remaneant, Quam quidem declarationem, illiuſque tenorem, *in caſu, de quo agitur, eadem S. Congreg. ſervari præcipit*, committendo Ordinario Lucenſi pro tempore exiſtenti, ut quatenus alius executor non exiſtat, prænarratam pii teſtatoris diſpoſitionem executioni demandet. Romæ 26. Martii 1677.

Epiſcopus Urbaniæ, volens Canonicatum erigere ex quodam legato relicto Conventui S. Angeli in Vado, ſub prætextu, quod Fratres illius legati incapaces eſſent. Sacr. Congr. Fabricæ 28. Maii 1639. & die 30. Auguſti ejuſdem anni ad eumdem Epiſcopum ſcripſit, legati ſummam Fratribus reſtituendam fore, eò quia Fratres erant capaces illius, non obſtante perpetuo onere Miſſarum, & quaſdam feſtivitates celebrandi.

Et die 30. Julii ejuſdem anni 1639. ſub eadem forma ſcripſit ad Epiſcopum Civitatis Caſtelli. Et quia Epiſcopus difficultatem movit, ne Fratres legati fructus reciperent, eadem S. Congreg. die 28. Auguſti 1640. ſcripſit ut omnia removeret impedimenta, & teſtatoris voluntas impleretur, &c.

Eadem S. Congregatio in una Anconitana die 31. Decembris 1639. declaravit, quòd Fratres illius Civitatis per modum eleemoſynæ capaces erant legati quinque annuorum ſcutorum, cum onere celebrandi officium, &c.

Potentiſſimo, & Catholico Principi DD. Carolo ab Auſtria, &c. felicis proſperitatis augmentum, &c. ejúſque Regnorum, & Provinciarum, &c. Officialibus, &c. ad quos præſentes noſtræ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur: *Franciſcus Columna in utraque ſignatura SS. D. N. Papæ Referendarius, cauſæque, & cauſarum hujuſmodi, &c.* Salutem, &c. Noveritis, quòd introducta aliàs in partibus coram Vicario Gener. Catacen. lite, & cauſa inter Syndicum, & RR. PP. S. Franciſci Minor. Obſervant. Civitatis Tabernarum Catacen. ex una, & RR. DD. Theodorum, & Dominicum de Carcia ex adverſo principalis, Partibus ex altera, de, & ſuper ſolutione eleemoſynæ debitæ pro Miſſis, pro quibus agitur, rebúſque aliis, &c. dictus D. Vicarius Catacen. in cauſa hujuſmodi procedendo ſuam protulit ſententiam, ſive Decretum tenoris ſequentis, videlicet: *Per Curiam Epiſcopalem Catacen. Viſa particulâ ultimi teſtamenti quondam Felicianæ Rivæ Civitatis Tabernarum, conditi ſub die 20. Maii 1634. &c. ac inſuper inſpecto tenore Bullæ S. D. N. fel. record. Clementis Papæ X. ſub datum Romæ die 31. Auguſti 1674. pro confirmatione Decreti Sacræ Congregationis negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ lati, ſub die 3. Auguſti 1674. declarantis, Fratres Minores de Obſervantia poſſe recipere legata annua Miſſarum per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ, etiam pro executione ultimarum voluntatum teſtatorum, viſis actis omnibus, &c. ac Partibus pluries auditis, fuit proviſum, & decretum, ſuſpenſionem duarum Miſſarum in heb-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*domada per eamdem Curiam latam omnino tollendam eſſe, ac proinde PP. Minores de Obſervantiæ Conventus ſupradictæ Civitatis Tabernarum reintegrentur ad legatum celebrãde eaſdem duas Miſſas in hebdomada, & ab hodie in antea RR. DD. Theodorus, & Clericus Dominicus Carcia correſpondeant eiſdem Fratribus ſcutos decem ſingulis annis pro celebratione prædicta, &c. & ita, &c. datum, &c. die* 24 *Januarii* 1691. *Antonius Pavoni Vic. Generalis, &c.* A qua inſerta ſententia, ſive decreto, &c. appellantibus DD. DD. Theodoro, & Dominico de Carcia, fuit hæc cauſa ad Curiam devoluta, *& coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Theomato in utraq; ſignatura Referendario &c. Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. A. C. Locum tenente introducta, qui ſervatis ſervandis procedendo ſua diffinitiva ſententia præinſertam ſententiam, ſeu Decretum D. Vicarii Generalis Catacen. confirmavit, & approbavit;* ad effectum tamen exequendi ſuper bonis per D. Victoriam Rivam donantem, &c. A qua ſententia Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Thomati iterùm appellãtibus DD. Theodoro, & Dominico de Carcia, *fuit cauſa hujuſmodi Nobis commiſſa vigore ſpecialis commiſſionis ejuſdem Sanctiſſimi,* de qua in dictis actis, &c. *Nos in cauſa, & cauſis prædictis, ritè, & rectè, & legitimè procedentes, &c.* Tandem D. Hieronymo Leto ex adverſo Procuratore dd. DD. Theodori, & Dominici Carcia ex adverſo principaliũ, &c. per unum ex ejuſdem Sanctiſſimi Curſoribus more ſolito citato, *noſtram protulimus, & promulgavimus diffinitivam ſententiã præinſerti Decreti, ſeu ſententiæ D. Vicarii Gen. Catacen. & altam Illuſtr. & Rever. Thomati confirmatoriam,* prout in dictis Actis infraſcripti Arcehivii Romanæ Curiæ ſcriptoris. Sed quia à tribus appellare; ideo ex parte ejuſdem Sanctiſſimi, & ad inſtantiam dicti D. Syndici dicti Vener. Conventûs, & RR. PP. Minorum Obſervantia, fuit nobis directa, & præſens commiſſio exequutorialis tenoris ſequentis. *Sequitur tenor Commiſſionis.* Nos denique dicto D. Hieronymo Leto ex adverſo Procuratore dict. Theodori, & Dominici Carcia ex adverſo principalium, iterùm ut ſupra citato *Præinſertam ſententiam, ſive Decretum Vicarii Generalis Catacen. aliámq; dicti Reverendiſſimi Thomati, & dictam noſtram reſpective diffinitivam ſententiam exequi mandavimus, in illarum executionem, rei judicatæ mandatum exequutivum ad favorem dicti Syndici RR. PP. Sancti Franciſci Minorum Obſervantiæ Civit. Tabernarum, Diœceſi Catacen. contra, & adverſus dd. bona per dictam Victoriam donata, dictis DD. de Carcia pro ducatis vigintiquinque monetæ Regni debitis pro ſupradicta eleemoſyna Miſſarum, ab anno* 1691. *per totum menſem Junii proxime præteriti, ad rationem ducatorum decem pro quolibet anno, ſine præjudicio aliorum per annua decurſorum decrevimus, & relaxavimus, exequi volumus, & mandavimus per præſentes.* Quocirca vos Potentiſſimum Regem, veſtroſque Regios Miniſtros ſtudioſè requirimus, & perbenignè in Dominino hortamur, attentèq; rogamus, Vobis verò, aliis omnibus, & ſingulis ſupradictis, &c. tenere præſentium committimus, & in virtute S. Obedientiæ, ac ſub excommunicationis, &c. pœna, &c, mandamus, quatenus ſtatim viſis præſentibus, & quoties præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, &c. ex parte noſtra, ſeu verius Apoſtolica authoritate cogatis, & compellatis, cogiq; & compelli faciatis, &c. dd. Theodorum, & Dominicum Carciam, ad dandum, ſolvendum, tradenda, &c. & effectualiter exburſandum dicto Reverendo Syndico dd. PP. S. Franciſci Minor Obſerv, &c. ſcuta

vigin-

vigintiquinque monetæ Regni, ut præfertur debitæ, unà cùm aliis ſcutis quatuor, & juliis ſeptem monetæ Romanæ, pro expenſis præſentis mandati, &c. In quorum, & ſingulorum fidem, &c. Datum Romæ anno 1693. Indictione prima, die verò 7. menſis Auguſti, Pontificatus SS. D. N. Innocentii Divina Providantia Papæ XII. anno ejus tertio.

1200 Deniq; ad tutò ſimul, & ſine ſcrupulo procedendum in caſibus, in quibus ob circumſtantiarum varietatem, aliqua poſſet ſuboriri difficultas circa materiam paupertatis, valdè juvat reflectere ad finem Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum; finis namque (ut dictum eſt *n.* 1187.) ſemper fuit, & eſt, de paterna benignitate modos aptos tradere, ut fratribus, unà cùm purà obſervantia Regulæ, & Paupertatis, neceſſaria juxtà decentiam non deſint. Conſtat ex Decretali Nic. III. cit. His verbis.

,, Quinimò omnino appareat in eis quoad ,, dominium omnimoda abdicatio, & in uſu ,, neceſſitas. Hæc autem ſecundùm exigen- ,, tiam perſonarum, & locorum, Miniſtri, & ,, Cuſtodes ſimul, & ſeparatim in ſuis admi- ,, niſtrationibus, & cuſtodiis, cum diſcretio- ,, ne diſponant, cùm de talibus interdum per- ,, ſonarum qualitas, temporum varietas, lo- ,, corum conditio, & nonnullæ aliæ circum- ,, ſtantiæ, plus, minùſve, ac aliter provideri ,, requirant. Iſta tamen ſic faciant, quòd ſem- ,, per in eis, & eorum actibus paupertas ſan- ,, ctè eluceat; prout eis ex eorum Regula vi- ,, detur indicta,

Et infrà diſponendo de legatis, uti ſuprà ſtatuit:

,, Ad quæ legata ſolvenda, tam hæredes te- ,, ſtatorum, quàm executores ſe liberales ex- ,, hibeant, quàm Prælati, & etiam Sæcula- ,, res, quibus de jure, vel conſuetudine pro- ,, viſio ſic competeret, cùm expedierit, ſe ,, ex officio ſuo promptus exhibeat ad pias ,, voluntates decedentium adimplendas. Nam ,, & nos etiam per modos licitos, & fratrum ,, Regulæ congruos, intendimus providere; ,, quòd nec pia defunctorum deſtituatur in- ,, tentio, & hæredum cupiditas legitimis ,, ictibus feriatur, ac ipſi fratres pauperes ,, opportunis auxiliis non fraudentur: *v. num.* ,, 1155.

De paupertate, & legatis Minorum, agunt *Pontifices, & Decretales relati nu.* 1188. D. Bonav. Hugo, Quatuor Magiſtri, Corduba, Polizius, Monza, Longus *privil. immun.* Syndici. v. apud Matthæucci: v. infra de legatis.

## DE SIMONIA.

1201 SImonia nomen duxit à Simone Mago, qui donum Dei emere volebat ut venderet; unde definitur: *Studioſa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexum*; melius definitur, *Deliberata voluntas contrahandi ſpirituale, vel ſpirituali annexum*; ſic enim comprehenditur omnis contractus etiam innominatus, *Do ut des.*

1202 Pretium temporale eſt omnis res pretio æſtimabilis; eſt triplex: *Munus à manu, munus à lingua, & munus ab obſequio*: Per munus à manu intelligitur pecunia, & quodlibet bonum temporale; per munus à lingua intelliguntur preces, laudes, &c. in favorem illius, qui beneficium, aut rem ſpiritualem cõfert; ut autem habeant rationem pretii, fieri debent ex pacto; v. gr. *Si intercedas pro me apud Principem, dabo tibi beneficium.* Per munus ab obſequio intelligitur omne ſervitium temporale, quod exhibere poteſt in gratiã alterius, & ſigna etiam honoris; quæ ſi fiant loco pretii, & præſertim cùm pacto, ſimoniam inducunt: ut, *Confero tibi hoc beneficium*, cum

*cum pacto, & onere tale obſequium mihi præſtandi.* Secus ſimoniam non contrahunt.

1203 Nomine rei ſpiritualis intelligitur res ſupernaturalis, quæ vel talis ſit formaliter, ut gratia, &c. vel cauſaliter, ut ſacramenta, concio, ſacramentalia, &c. quæ cauſant gratiam; vel pro effectu, ut conſecratio, abſolutio, diſpenſatio, electio ad beneficium, præſentatio, confirmatio, &c. qui ſunt effectus, & uſus poteſtatis ſupernaturalis. Unde pro diſpenſatione non poteſt aliquid exigi in pretium, bene verò per modum mulctæ ad piam cauſam applicandæ.

1204 Dicitur, *aut ſpirituali annexum*: talia ſunt ea, quæ non ſunt per ſe ſpiritualia, ſed eis ſunt annexa, ut juſpatronatus reſpectu beneficii, vaſa, veſtes, &c. reſpectu ſacramentorum, & redditus beneficiorum, qui dantur propter officium ſpirituale: *v. n.* 1369.

1205 Res ſacræ, quæ per accidens habent annexam conſecrationem, ut calix, planeta, &c. poſſunt vendi ratione materiæ ex ſe vendibilis, ſed non poſſunt plus vendi conſecratæ, quàm venderentur non conſecratæ, quia tunc eſſet ſimonia; quando autem res temporalis vendi non poteſt, niſi ſimul ſpiritualis vendatur, tunc non poteſt & ipſa vendi, ut Reliquia; poteſt vendi reliquiarium ratione ſolius materiæ: *vide à num* 961. *ad* 966.

1206 Lectio Theologiæ, aut caſuum, eſt vendibilis, quia eſt actus naturalis intellectus non connexus cùm ſpirituali, ſeu ſupernaturali re.

1207 Simonia eſt triplex, mentalis, conventionalis, & realis: mentalis non eſt nudum propoſitum committendi ſimoniam, ſed vera traditio rei temporalis in pretium pro re ſpirituali, ſine pacto, & conventione explicita, ſed ſolùm mente concepta. Conventionalis eſt, in qua extrinſecè convenitur, & pactitatur de pecunia, & venditione; ſed adhuc non eſt ſecutus effectus ex utraq; parte. Realis, quando pactum eſt ex utraq; parte executioni mandatum.

1208 Simonia dividitur in eam, quæ contra jus divinum, & hæc eſt prohibita propter malitiam ſuam, ut Sacramentum, Hoſtiam conſecratam vendere; & in eam, quæ contra jus humanum, quæ ſolùm eſt mala quia prohibita; ut cùm Eccleſia prohibet dari pretium pro aliqua re, & functione, propter connexionem cùm re ſacra, cùm tamen res illa, aut functio eſſet ex ſe vendibilis.

1209 Sic ab Eccleſia prohibetur, & ſimoniaca cenſetur: 1. *Venditio beneficiorum ſecundum id, quod temporale eſt, ſcilicet, quoad jus percipiendi fructus*: 2. *venditio officiorum extrinſecè tantùm ordinatorum ad res ſacras, v. gr. Sacriſtæ, Oeconomi, Advocati Eccleſiæ, Theſaurarii*: 3. *oblatio pecuniæ alicui, ſi ſuadeat alteri, ut det beneficium*: 4. *pactum de reſignando beneficio, vel de ſolvenda penſione, ſi alter beneficium tibi impetret*: 5. *permutatio, & reſignatio beneficiorum, item reſervatio penſionis ex beneficio reſignato, ſi abſque Superioris authoritate fiant; quæ ſi accedat, licita erunt*: 6. *acceptio muneris etiam ſponte oblati pro examine ad Parochiam, pro collatione ordinum, pro prima tonſura, & litteris dimiſſoriis, ex Trid. excipitur tamen decima pars aurei pro Notario, ſi ſalarium non habeat, & conſuetudo permittat*: 7. *exactio pecuniæ pro admiſſione ad Religionem, non quidem pro ſtatu Religioſo, qui cum ſit ſpirituale, eſt jure divino invendibilis, ſed pro onere ſuſtentationis ipſius perſonæ profeſſæ, niſi Monaſterii tenuitas, vel conſuetudo contraria excuſet. Pro victu autem, & veſtitu, pro ſuſtentatione novitii pro tempore, quo in probatione eſt, poteſt aliquid accipi.* Triden. *ſeſſ.* 25. *c.* 16. *vide num.* 1241. & 1242.

1210 In

1210 In ſimonia non datur parvitas materiæ, quia nullum donum Dei ſine gravi irreverentia vendi poteſt, unde non poteſt à mortali excuſari, niſi ob inconſiderationem, aut ignorantiam.

1211 Summus Pontifex committere poteſt ſimoniam in iis, quæ ſunt juris divini, quia eſt illi ſubjectus, minimè in iis, quæ ſunt juris humani; quia Princeps non ligat ſuis legibus, *l. Princeps, ff. de legibus*.

1212 Simonia eſt aliquid dare, vel recipere pro informando Prælato de qualitatibus petentis beneficium: *v. n. 1225.*

1213 Non eſt ſimonia dare Prælato munera ſocietati hominum ſolita ad captandum ejus erga te benevolentiam, & voluntatem in genere, licèt poſteà Prælatus bene affectus, non ex muneribus, ſed ex tuis meritis motus, beneficium tibi conferret. Eſt ſimonia, ſi ea des ad alliciendam ejus voluntatē in ſpecie ad beneficium, quia tunc circumſtantiis ſimonis adeſſet tacitum pactum, *Do, ut tes.*

1214 Si igitur tu des Prælato munera, ut illum ſic moveas ad conferendum tibi beneficium, & Prælatus ex circumſtantiis tuum animum cognoſcens, ex muneribus motus beneficium tibi conferat; tunc habetur ſimonia mentalis ex parte utriuſque, & pactum implicitum, quòd ſi Prælatus tuum animum non advertat, & jam benè affectus beneficium tibi conferat, non ex muneribus, ſed ex tuis meritis motus, tu ſolus ſimoniacus mentalis eris. Ratio eſt, quia talis oblatio muneris in motivum pro collatione beneficii eſt æquivalenter emptio. Satis doctè exemplificat Cardenas; ſicut in prudentū exiſtimatione Judex ex muneribus motus ferens ſententiam, dicitur vendere juſtitiam; ita collator beneficii ex muneribus motus conferens beneficium, dicitur vendere beneficium, & è converſo munera dans, ut ad id moveat, dicitur emere beneficium: *vidè n. 1219.*

1215 Clericus, ſi ſuum famulatum præſtet Prælato, intendens inde tanquam finem principalem beneficium, eſt ſimoniacus per munus ab obſequio. Si verò habeat pro fine principali decorem, & gratiam Prælati, pro minus verò principali beneficium, tunc eſt diſtinguendum; vel enim famulatur, ut aliciat, & moveat Prælatum ad dandum beneficium & ſic eſt ſimoniacus, licèt beneficium tanquam finem minus principalem intendat; conſtat ex dictis: vel famulatur, non ut ſic aliciat, & moveat, ſed ſolùm cùm aliqua ſpe obtinendi beneficium à Prælato bene affecto, gratis, & liberaliter conferendum; & non erit ſimoniacus, quia famulatus non fit, ut alliciat, adeòq; non habet rationem pretii.

1216 Si Prælatus famulatum Clerici; quem debet compenſare mercede, velit compenſare beneficio, erit ſimoniacus, quia eſt virtualis commutatio beneficii pro obſequio.

1217 Quando res temporalis, ſpirituali annexa, habet pro fine intrinſeco aliam rem temporalem, poteſt licitè dari, & accipi propter illam tanquam finem minus pricipalem. Me explico. Finis eſt duplex, intrinſecus, ad quem res ex natura ſua ordinatur, & extrinſecus, ad quem res non ex natura ſua, ſed ex libera hominis intentione ordinatur. Sit exemplum: beneficium, prout eſt quid ſpirituale, habet pro fine intrinſeco ſolùm cultum, & honorem Dei; prout verò continet ſubſidium temporale, habet pro fine intrinſeco tam cultum Dei, quàm ſuſtentationem temporalem vitæ ipſius miniſtri, illum tanquam magis, iſtum tanquam minus principalem: hujuſmodi etiam ſunt Præbendæ, Capellaniæ, & ſimilia ad ſuſtentationem vitæ miniſtrorum inſtituta. Hoc præmiſſo,

1218 Poteſt Prælatus abſque ſimoniæ labe beneficium Clerico pauperi conferre propter ſuſtentationem ejus vitæ tanquam finem ipſi beneficio intrinſecum, & ſic Clericus recipere, dummodò talem finem minus principaliter intendat; quia ſic Prælatus dat gratis, & liberaliter; ejus, cui confert, utilitatem intendit, & nullum inde pretium reportat.

1219 Hinc, quando dicitur ſimonia, eſſe dare ſpirituale propter temporale, aut è converſo, intelligi debet de motivo extrinſeco, minimè de intrinſeco ipſi beneficio. Ita Cardenas.

1220 Simonia committitur, ſi temporale detur ut gratuita compenſatio pro re ſpirituali, vel è contra; quia compenſatio eſt virtualis commutatio, & in re tollit titulum gratitudinis, quia ponit æqualitatem, quæ eſt actus juſtitiæ; dum enim per actum gratitudinis intendis compenſare, in re intendis ponere æqualitatem, & ſolvere; ecce pretium, & juſtitiam. *vide propoſit. 45. & 46. ab Innocent. XI. damn.*

1221 Simonia committitur in re noſtra, & uſura in mutuo, ſi aliquid detur ob gratitudinem, & gratitudo deducatur in pactum, v. gr. do tibi pecuniam, hac conditione, ut te obliges conferre mihi ex gratitudine beneficium, vel è converſo; & in mutuo: Do tibi mutuum cùm pacto, ut poſteà ſis mihi gratus ad remutuandum, ad dandum aliquod in recognitionem, &c. quia pactum imponit obligationem juſtitiæ, & conſequenter tollit in re titulum gratitudinis, quæ tantùm reſpicit donum antidotale, remuneratorium, & liberum, minimè ut debitum, quale illud conſtituit pactum.

1222 Non eſt autem illicita ſpes gratitudinis; & oſtenſio animi grati, v. gr. ſi collatori dicas: *Non te pœnitebit exhibiti mei beneficii, ſed ero gratus: do tibi mutuum gratis, ſpero tamen, & te mihi fore gratum.* Si tamen verba proferantur, quia ſunt verba tribuentis, quæ ſpem, non obligationem gratitudinis deſignant; ſi verò circumſtantiæ eam ſint tales, ut videaris inde movere collatorem ad beneficium, recurrunt dicta n. 1214. & tunc erit ſimonia non ſolùm mentalis, ſed etiam conventionalis, in quantum ex verbis, & ſignis externis ſignificatur promiſſio compenſationis. Similiter in mutuo ſi circumſtantiæ ſint tales, ut per illam oſtenſionem ſpei, videaris exigere aliquid ex gratitudine, uſuram committis, quia novum onus mutuo addis: *vid. propoſit. 42. ab Innoc. XI. damn.*

1223 Si ſpondeas cum tuo Prælato, aut cùm interceſſore pro centum, v. gr. aureis, quòd non tibi, ſed alteri ſit beneficium collaturus: Simoniam committis, & palliatam, quia eâ aſtutiâ intendis movere; unde non eſt ſponſio, ſed emptio.

1224 Eum, qui dat pecuniam alicui tertio, ut intercedat apud alterum, ut ille immediate intercedat apud collatorem beneficii; non eſſe ſimoniacum, tenent Rocafull, & alii apud Dian. *p. 4. tr. 4. reſ. 151 & p. 10. tr. 15. r.* 5. quia non datur pecunia pro interceſſione immediata, ſed pro mediata, quæ eſt pretio æſtimabilis, & remota à collatore beneficii, & inde temporalis.

1225 Sed dico, eſſe ſimoniacum. Tamb. *de Rel. tr. 2. lib. 4. diſp. 36. q. 5.* Rodr. & Por. quia licèt talis interceſſio ſit mediata, eſt principaliter, & determinatè ordinata ad collationem beneficii; unde eſt virtualiter ſpiritualis, utpotè ordinata ad rem ſpiritualem, nempè ad beneficium, & verè influit ad illud obtinendum; & ſicut hac ratione immediata interceſſio, perſuaſio, & conſilium, facta pro pretio, eſt ſimonia, in quantum eſt virtualiter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ter ſpiritualis, & determinatè ordinata ad beneficium; ita & mediata interceſſio eſt ſimoniaca.

Eâdem ratione, ſimonia eſt dare pretium, ut ponatur in nominatione, ſeu in numero præſentandorum, aut eligendorum.

Tum quia de hujuſmodi actibus verificatur regula juris, ex *Can. Si quis 7. cauſa 1. quæſt. 3. Quiſquis horum alterum vendit, ſine quo alterum non provenit, neutrum invenditum derelinquit*, quæ regula eſt mente retinenda: *v. n.* 1369.

1226 Non eſt autem ſimonia, pretium dare familiari collatoris; ut viam aperiat, ut cum ipſo collatore loquatur. Mendo *in epit. ver. Simonia n. 2.* quia aditus ille eſt indifferens.

1227 Facere aliquam actionem virtutis ob aliquod commodum temporale, tanquam finem principaliter intentum, eſt ſimonia, quia eſt vendere actionem ſpiritualem: minime verò fiat, ſi ob illud tanquàm finem ſecundario intentum, hoc pacto non eſt ſimonia, celebrare Miſſam, concionari, &c. ob ſtipendium dummodò primariò cultus Dei intendatur, licèt ſine ſtipendio actio non fieret; quia emolumentum illud tunc eſt finis impulſivus, non eſſentialiter ſpecificativus actionis.

1228 Pariter non eſt ſimonia, ſi pater det, aut promittat filio munus, ſi Sacramenta frequentet: infideli, ut baptizetur, vitam hæretico damnato, ut fiat catholicus, alimenta juveni, ut fiat clericus, dotem puellæ, ut fiat Monialis, quia id intenditur non per modum retributionis, ſeu commutationis, quo pacto utique eſſet ſimonia; ſed ut pura conditio, & finis impulſivus, quo ſcilicet intendit impellere infidelem, ut amore fidei moveatur ad ſuſcipiendum baptiſmum, &c. qui finis cedit non in emolumentum donantis, ſed in utilitatem ipſius recipientis; adeóq; nullus habetur contractus, ſed ſiſtitur in liberali donatione.

1229 Pro re igitur ſpirituali nunquam poteſt res temporalis dari in pretium, benè verò, 1. per modum ſubſidii in ſuſtentationem miniſtri in gratiam alterius occupati, 2. per modum eleemoſynæ, 3. per modum oblationis, quæ Deo fit in perſona miniſtri, 4. per modum liberalis gratitudinis.

1230 Simonia juris divini, & naturalis eſt. Primò, vendere actus Ordinum procedentis à poteſtate ſpirituali, ut abſolvere, conſecrare, benedicere, &c. Quia à poteſtate ſpirituali procedunt, & inſuper ad effectum ſpiritualem ordinantur.

1231 Secundò. Vendere actus juriſdictionis ſpiritualis, ſive pro foro conſcientiæ, ut vota commutare, &c. ſive pro foro externo, ut diſpenſare in matrimonio. Unde id, quod à Curia Romana pro diſpenſationibus in matrimonio exigitur, non exigitur in pretium diſpenſationis, ſed per modum mulctæ, per quam compenſetur receſſus à lege communi, & ad reddendum difficilem talem receſſum, ad piam cauſam applicandæ, aut in vim ſuſtentationis, & onerum ferendorum. Ita Pirhing. *in com. lib. 5. tit. 3. ſect.* 3. §. 1.

1232 Deniq; ſimonia juris divini, & naturalis eſt vendere actus juriſdictionis Eccleſiaſticæ, etiam ſi verſentur circa materiam contentioſam, aut temporalem, & politicam. Horum ratio eſt, quia hi actus procedunt à poteſtate ſpirituali.

1233 Non eſt ſimonia dare alicui pretium temporale pro omiſſione actus ſpiritualis peccaminoſi, etiam ſi ſit actus juriſdictionis v. gr. ut ſe abſtineat ab actu ſpirituali, quem cùm injuſtitia, ſacrilegio, &c. eſt poſiturus; quia tunc pretium non datur ad actum ſpiritualem patrandum, ſed ad peccatum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omittendum. Qua ratione non eſt ſimonia dare pecuniam Electoribus, ne indignum eligant.

1234 Non eſt ſimonia, pretium dare pro omiſſione actûs ſpiritualis, qui non ſit actus juriſdictionis, etiam ſi ad illum quis ex officio tenetur, ſi talis omiſſio nullum effectum ſpiritualem moraliter poſt ſe relinquat. Ut ſi quis Sacerdoti pretium daret, ut horarum recitationem omittat; quia talis omiſſio, nec in ſe eſt ſpiritualis, nec effectum ſpiritualem relinquit, nec eſt actus poteſtatis ſpiritualis.

1235 In caſu omiſſionis, hæc ſit regula generalis. Dare pretium pro omiſſione actûs ſpiritualis, eſt ſimonia, ſi omiſſio ſit actus Ordinis, aut juriſdictionis ſpiritualis, vel talis omiſſio poſt ſe relinquat effectum ſpiritualem. Minimè eſt ſimonia, ſi talis omiſſio ſit purus actus exercitii libertatis.

1236 Hinc non committit ſimoniam, qui pecuniam dat Sacerdoti, etiam Parocho, ut non baptizet, non celebret, non excipiat confeſſionem. Committit verò ſimoniam, ſi pecuniam eidem det, ut pœnitentem poſt auditam ejus Confeſſionem non abſolvat. Ratio diſparitatis eſt; quia actus ordinis, & juriſdictionis ſpiritualis in Sacerdote, & in Parocho, non eſt non baptizare, non celebrare, non excipere Confeſſionem; ſed baptizare, celebrare, & excipere Confeſſionem; & hac ratione hi actus poſitivi non poſſunt ſinè ſimonia vendi; recenſitæ autem omiſſiones talium actuum, ſunt præcisè actus exercitii libertatis, qui ſunt pretio extimabiles, adeóque poſſunt ſinè ſimonia vendi. Omiſſio verò abſolutionis pœnitentis poſt auditam ejus Confeſſionem, eſt actus ordinis, & juriſdictionis ſpiritualis; nam poteſtas Sacerdotis, & Confeſſarii, eſt poteſtas ligandi, & ſolvendi, ut conſtat *ex tom. 3. n. 169.* In priori igitur caſu, dum venditur omiſſio, venditur libertas, in poſteriori venditur actio ligandi, qui eſt actus ordinis, & poteſtatis ſpiritualis. Melphi *de pœn. c. 15. reſp. 5.* Pi... *lib. 5. tit. 4. ſect. 3. §. 2.*

1237 Non eſt ſimonia dare pecuniam Parocho, ſeu Sacerdoti, ut baptizet, aut abſolvat conſtitutum in articulo mortis, alio extante; quia datur ad redimendam vexationem, ſeu ad removendum prohibens, minimè, ut pretium rei ſpiritualis. Qua ratione [ut bene ait Melphi *cit.*] non eſt ſimonia dare pecuniam infideli ad redimendum Euchariſtiam, aut Reliquias, quas captivas retineret: *Quia hæc non eſt emptio, ſed vindicatio ab injuria: Pari ratione, non emo vitam, dum latroni pecuniam do, ſed redimo, ne me interimat.*

1238 Item non eſt ſimonia dare, vel accipere aliquid in pretium ad redimendam vexationem in Beneficiis, dignitatibus Eccleſiaſticis, & præbendis, ſi quis habeat jus in re, ſeu jus acquiſitum in illa, ex *cap. Dilectus 26. de ſimonia.* Hinc D. Gregor. Magnus (ut ex Baronio refert Fagnanus *in lib. 5. cap. Nobis de ſimonia num. 105.*) pecuniam Imperatori Mauritio contulit pro confirmatione ſui Pontificatûs, ſinè labe ſimoniæ; quia cùm jam haberet jus in re ad Pontificatum per legitimam electionem, confirmatio tyrannicè uſurpata non contulit Pontificatum; unde per eam pecuniam non fuit redemptus Pontificatus, ſed executio muneris, ab illa vexatione liberando. Ità Baronius *cit.*

1239 Quòd ſi habeat jus ad rem, videlicet jus non jam acquiſitum, ſed primò acquirendum, tunc non licet abſque ſimoniæ labe aliquid dare ad redimendam vexationem etiam injuſtam, & doloſam ab eo, qui non tantùm obeſſe, ſed etiam prodeſſe poteſt; licèt tamen redimere ab eo, qui tantùm obeſſe

poteſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poteſt. Pirhing. *in comp. lib. 5. tit. 3. §. 6.* Quia in primo caſu datur illi, qui prodeſſe poteſt ad beneficium obtinendum, intercedendo, aut conferendo, &c. & ſic movet, & influit, & inde pecunia data habet rationem pretii pro beneficio: In ſecundo caſu non datur pecunia, ut beneficium conferatur, ſed ut vexator injuſtè infamare, nocere, & impedire deſinat; unde tunc, qui pecuniam dat, illam dat ſolùm, ut iniquias machinationes vexatoris impediat, minimè ut poſitivè influat in beneficii collationem; nam (ut ſupponitur) prodeſſe non poteſt.

1140 Jus ad rem quis acquirit per concurſum habitum, in quo ſit repertus dignior, vel per præſentationem. Jus in re quis ad beneficium acquirit per legitimam electionem, collationem, proviſionem, inſtitutionem, vel poſtulationem, de qua infra *num.* 1276. Pirhing. *cit.*

1141 Simonia eſt dare pecuniam patrono beneficii ſimplicis, & non-curati, quod eſt de jurepatronatus laici; quia beneficio qua tali eſt annexum officium ſpirituale, nempe munus, preces, & officia Deo perſolvendi; & hæc eſt ratio, cur aliquid dare in pretium pro beneficio, ſit ſimonia: *v. num.* 502.

1142 Dices. Licet ſinè labe uſuræ recipere pecuniam cum uſura, à potente dare cum uſura, & ſinè uſura, qui tamen vult dare cum uſura: ut *in num.* 372. Ergo licet ſinè labe ſimoniæ recipere beneficium ſimplex à patrono potente dare cum pecunia, & ſinè pecunia, qui tamen vult dare cum pecunia; ſequitur à fortiori, quia uſura eſt prohibita jure divino, ſimonia in beneficiis jure Eccleſiaſtico: ut in n. 1209.

Reſpondeo, argumentum etiam probare in beneficio curato ob rationem *de nu.* 1242. Diſparitas tamen eſt; quia uſura, eſto ſit de jure divino, in dante nunquam poteſt eſſe licita, quia poteſt dare ſinè uſura; in recipiente liberatur à labe uſuræ, ex neceſſitate recipientis, & ex libertate dantis, qui poteſt non dare ad uſuram; & præcepta divina non ſunt ſupra vires humanas; aliunde talis receptio non eſt prohibita, ſed ſolùm datio: ut *in num.* 372. In caſu ſimoniæ, licèt prohibitio ſit Eccleſiaſtica, cadit tamen tam ſupra dantem, quàm ſupra recipientem; quoniam tam datio, ſeu collatio; quàm receptio, eſt prohibita ſub labe ſimoniæ, ut modò de pœnis dicemus; qua ſeclusâ prohibitione, curreret utique paritas.

Cæterùm paritas tenet, ſi uniformiter de uſura, & ſimonia diſcurras; ſicut enim in ſimonia quis peccat, ſi ſinè legitima cauſa recipiat, ità in uſura: Et ſicut in uſura cum legitima cauſa recipiens non peccat; ità nec in ſimonia, putà ſi recipiat media pecunia ad redimendam vexationem, ut modò dicemus.

Et maximè, quia quamvis receptio beneficii ſit prohibita jure Eccleſiaſtico, quantùm ad id, quod materiale eſt; eſt prohibita jure divino, & naturali, quantùm ad id, quod ſpirituale eſt.

## QUÆRES I.

1243 *An ſimoniam committat, qui dat pretium Electoribus pro Prælatura aut officio Regulari, v. gr. Provincialatu, Prioratu, Guardianatu, Diffinitoratu, &c.*

NEgant Bonac. *tom. 1. de ſimonia diſp. 1. q. 7. §. 2. n. 4. & tom. 3. diſp. 2. q. 3. punct. 24. n. 4.* Peyrinus *de ſubdito q. 1. cap. 31. §. 9.* Barb. Azorius, & alii apud Dianam *par. 4. tr. 4. reſol.* 156. Quia non ſunt propriè beneficia, de quibus intelligi debent jura, nec habent jus ad redditus: ut *in num.* 502.

1244 Mendo *in epit. ver. ſimonia n5.* concedit

cedit eſſe ſimoniacum, ſed addit, non contrahere ipſo jure excommunicationem; quia ſumus in odioſis, & jura excommunicationem latæ ſententiæ fulminant pro beneficiis propriè dictis.

1245 Dico tamen, ſimoniam committere. Rodr. *in comp. reſ.* 129. *n.* 5. Port. *ver. ſimoniæ n.* 6. Pignatelli *tom.* 10. *conſult.* 44. Diana *cit.* Cajet. Filliuc. & alii apud ipſum. Quia Prælaturæ ſunt beneficia Regularia, & habent annexam auctoritatem, & juriſdictionem ſpiritualem: ut *in n.* 1209. Inſuper Diffinitoratus, &c. (quod etiam eſt commune Prælaturis) ſunt officia Eccleſiaſtica, annexam habentia auctoritatem ſpiritualem.

1246 Tum quia juſpatronatus, ſeu jus ad præſentandum; item jus ad beneficium conferendum, ſeu ad eligendum, vendi non poteſt ſinè labe ſimoniæ; quia ordinatur ad beneficium, cui eſt annexum munus ſpirituale, ità & Diffinitoratus, &c. qui dat jus ad eligendum Prælatos Regulares.

1247 Inſuper addo, hujuſmodi ſimoniacum ipſo jure contrahere excommunicationem. Ità citati DD. cum Sorbo, qui refert Bullas Pauli II. Pii IV. & Pii V. infligentes pœnas excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis ipſo facto ab officio, vel beneficio ſimoniacè acceptis, & inhabilitatis ad alia. Ubi nomine *Officiorum*, uſi ſunt Pontifices. Et quidem de dictis Prælaturis, & officiis, verificatur definitio ſimoniæ: *de num.* 1201.

## QUÆRES II.

1248 *An ſit ſimoniaca commutatio Prælaturarum, & officiorum Regularium?*

Sinè labe ſimoniæ poteſt commutari, etiam ex pacto, ſpirituale pro ſpirituali, v. gr. Reliquia pro Reliquia, Miſſa pro Miſſa; quia ſimonia eſt commutatio rei ſpiritualis, a[...] ſpirituali annexæ, pro pretio temporali.

1249 At hæc commutatio eſt ſimon[...] ſi fiat in beneficiis, idque ex Jure Canon[...] ex *cap. De hoc autem; de ſimonia.* Itic[...] Unde commutatio ſpiritualis pro ſpi[...] non eſt cenſenda ſimoniaca, niſi in ca[...] expreſſis in jure.

1250 Hinc difficultas oritur. An ſi[...] niaca commutatio Prælaturarum, & Offi[...] rum Regularium: *de num.* 1243. Non eſ[...] moniacam, tenet Sanchez, Victoria, [...] tus apud Dianam *par.* 4 *tract.* 4 *reſol.* [...] *alii de num.* 1243. ob rationem ibi alla[...] Et ſic dicunt, non committere ſimoniam [...] ctores, ſi inter ſe conveniant hoc pacto: [...] *tu dederis mihi tuum ſuffragium in hac* [...] *ctione, ego dabo tibi meum in illa alia.* Vel [...] eumdem effectum promittatur Guardia[...] tus, aut Diffinitoratus.

1251 At dico, eſſe ſimoniam, ut co[...] ex dictis *num.* 1245.

## QUÆRES III.

1252 *An excuſari poſſit à ſimonia pa[...] illa: videlicet: Quòd in Capitulis, in qu[...] diverſæ fiunt electiones, Electores in tra[...] alicujus in Generalem, aut Provincialem [...] veniunt, ut poſtea tales eligantur in Provinciales, Diffinitores, Guardianos, &c.*

PEyr. *tom.* 3. *privil. cap.* 9. *num.* 7. Pella. [...] alii docent, poſſe excuſari ex duplici [...] te. Primò, quia ſic eligendus non promi[...] aliquid pendens à ſua libera poteſtate (qu[...] ſolùm videtur prohiberi *in cap. de hoc, de ſimonia*, ſi quidem quantumvis eligendu[...] promittat, adhuc poſſunt Electores illum eligere, aut non eligere, & de facto plures [...] terdum contradicunt, ità ut in talibus electionibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[..]ribus, eligendus non habeat niſi proprium votum. Unde praxis iſta videtur potiùs quædam convenientia, ſeu concordatio electionum faciendarum ad terminandum tractatum electionis, quàm realis aliqua promiſſio.

1253 Secundò, quia talis tractatus eſt merè conſultorius, minimè conventionalis, aut conditionalis; tunc námque utique eſſet ſimoniacus, quia intercederet verum pactum, & promiſſio realis.

Diana *par. 3. tr. 2. reſ.* 125. docet ex Rodr. & Villal. non committi ſimoniam, ſi inter Electores non interveniat pactum, ſed tantùm oblatio futuræ ſpei, ut ſi dicant: *Da huic votum, & providebitur tibi de altare.*

1254 Quibus addo, præfatam praxim (reali promiſſione ſecluſa) præſentibus temporibus ſæpè expedire ad vitandas diſcordias, quæ aliàs prudenter timerentur, ad terminandum tractatum electionis pacificè, & ſinè ſcandalo, uti Religioſos decet, ad providendum de Superiore magìs opportuno, & Religioſis magis charo, & pluries ad facilitandam electionem dignioris, aut ad vitandam electionem indigni, vel ne eveniat electio digni, digniore relicto, quæ prudenter timerentur ex ſequela vocalium, quam quidem Pater poſſet habere, aut ex indebita eorumdem unione, non reſpiciente Deum, ſed propriam paſſionem, vel humanam officioſitatem; quæ uniones, non ſemel, dici debent potiùs factiones per Sacros Canones, & Conſtitutiones damnatæ, quàm Religioſa fraternitas.

Tum quia, qui tenetur ad finem, tenetur ut mediis neceſſariis ad obtinendum finem, juxta regulam juris: *Qui vult conſequens, vult & antecedens conducens ad illud.*

1255 Hinc Peyr. *cit. num.* 14. docet, Electores teneri ad tractatus merè conſultorios permittendos, adhibendo mediocrem diligentiam ad inquirendum digniorem.

Advertendum tamen eſt in hujuſmodi tractatibus, ut ſi ſimoniam fugiant, in ſubornationem non incidant.

## SUBORNATORES

1256 Dicuntur, qui donis, & promiſſis, comminationibus, & obſecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falſis aliquem inducere conantur, ut ſibi, vel alteri ſuffragium in electionibus ferat: quive colligationes, aut inductiones fecerint. Ità *in Conſt. noſtris, c. n.* 7. 43. Melphi *de pœnis cap* 15. *q.* 3.

1257 Obſecratio debet eſſe importuna, ità ut importet vehementem violentiam precum aptam ad extorquendum ſuffragium; ſecus, ſi ſit civilis, & blanda. Laudes pariter debent eſſe importunæ. Secus ſi quis laudet, conſulat, & conferat civiliter in ordine ad ſanctam Electionem dignioris.

1258 Vituperationes debent eſſe falſæ, aut de delicto vero, ſed occulto, & ità ut timorem incutiant. Ut ſi quis malæ linguæ minitetur: *Si non dederis mihi ſuffragium, publicabo te fornicarium.*

1259 Colligatio, & inductio habetur, cum quis minimè zelo publici boni, ſed ut de electione diſponat, alios electores allicit, & impellit, ut ſecum permaneant.

1260 Pœnæ ſubornatorum ſunt excommunicatio latæ ſententiæ reſervata Generali, ſi electio fuerit ſuperiorum inferiorum; eſt autem reſervata Papæ, ſi fuerit electio Generalis ex Conſt. Greg. XIII. Inſuper privatio actuum legitimorum ipſo facto.

1261 Requiritur tamen effectus ſecutus,

DE

## DE OFFICIIS ORDINUM MILITARIUM, ET ACADEMIARUM.

1262 MEndo in Epit. *ver. Simonia, n. 6. & 7. hec habet.*

,, Certò probabile eſt, non eſſe ſimoniam
,, vendere commendas ordinum equeſtrium
,, Hiſpaniæ: nam minimè conferuntur pro-
,, pter munus Eccleſiaſticum, aut finem ſpiri-
,, tualem: nec requirunt Ordinem, adhuc
,, nec primam Tonſuram, nec recitationem
,, Horarum: & præſtantur ob labores pretio
,, æſtimabiles militiæ; & quamvis ex fructi-
,, bus Eccleſiaſticis comparentur, tamen cer-
,, tum eſt, plures accipere redditus ex ejuſ-
,, modi fructibus ob temporalem laborem
,, in Eccleſiæ utilitatem impenſum. Idem eſt
,, de Habitibus Equeſtribus, quippè conce-
,, duntur intuitu finis temporalis; & qui eos
,, emit, non intendit emere Religionem (eſtò
,, ſit ſtricta Religio quælibet Equeſtris, ſicut
,, eſt Ordo D. Joannis Hieroſolymitani)
,, Et quamvis ea venditio, olim valdè com-
,, munis, ſit jam prohibita, ob motiva urgen-
,, tia, & ob opinionem contrariam; tamen
,, id non tollit probabilitatem hujus opinio-
,, nis, quæ ex conſuetudine antiqua vendendi
,, eos Habitus, non parum roboratur, nam
,, id nunquam fuiſſet permiſſum, niſi opinio-
,, ni certò probabili inniteretur.

,, Non eſt ſimonia, accipere, & præſtare pe-
,, cuniam pro gradibus, qui in Academiis
,, conferunt, nam omnia, quæ in eis
,, præſtantur, poteſtates, & privilegia,
,, ſunt bona naturalia pretio æſtimabilia, &
,, quæ ad finem ſupernaturalem proximè, &
,, immediatè non referuntur; & quamvis con-
,, ferantur poteſtate Pontificiâ, poteſt Pon-
,, tifex conferre aliqua temporalia ad ſplen-
,, dorem rerum ſpiritualium, & ad illas condu-
,, centia, ſicut illi gradus, maximè in Theolo-
,, gia, & jure Canonico, conducunt.

## POENÆ SIMONIACORUM.

1263 PRimò, ob ſimoniacam colla[tio]nem, & ſuſceptionem Ordin[is] etiam primæ tonſuræ, ſcienter habitam [in]currit excommunicatio major, & ſuſpen[ſio] ab exercitio Ordinum ſuſceptorum Papæ [re]ſervata, ità ut conferens ſint ſuſpenſi à colla[]tione cujuslibet Ordinis, etiam primæ [ton]ſuræ.

2 Ob ſimoniam realem in benefi[cio] ſcienter contractam incurrit etiam ab u[]excommunicatio major Papæ reſervata, [] irrita eſt electio, præſentatio, confirmatio, unde talis non faciat fructus ſuos; [] etiam ſi à tertia perſona tali modo provi[] vitium illud ignoraverit; niſi ſuſpicatus [] ne ſimonia committeretur, & omnino co[n]tradixerit; vel niſi à tertio data fuerit pe[cu]nia in fraudem, ut redderetur inhabilis; [] niſi electus ſimoniam ignorans, benefi[cium] pertriennium bona fide poſſederit, 3. [in]habilis ad idem beneficium: quas pœnas [in]currit ipſo facto, etiam ſi ſimonia ſit occulta. Ad nova autem beneficia non fit inhabili[s] ante ſententiam judicis.

Simoniacus tenetur ipſo facto renunc[iare] beneficium, niſi diſpenſationem à Rom[ano] Pontifice obtinuerit, & fructus, utpote [ma]ter perceptos; non tenetur reſtituere fructus bonâ fide conſumptos, ſed eos, quos habet, quando mala fides incipit. Eos reſtituere [te]netur Eccleſiæ, cui eſt facta injuria.

Pretium ſimoniacè acceptum, reſtitu[en]dum eſt ipſi danti, ſi non ſit ſecuta collatio; [ſi] verò ſit ſecuta, probabilius, quòd reſtitui de[]beat Eccleſiæ beneficii quia Eccleſia tam dantem, quàm recipientem punire inten[dit]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel pauperibus, ubi eſt conſuetudine receptum.

SIMONIA CONFIDENTIALIS

1264 HAbet locum in beneficiis, *Et tunc eſt, quando quis alteri dat, cedit, aut procurat beneficium in confidentiam cum intentione eum obligandi, ut poſt aliquod tempus illud reſignet ſibi, vel alteri, v. gr. ſuo nepoti, amico, &c. vel cum onere, ut penſionem aliquam, ſeu fructus in totum, aut in partem ſolvat ipſi danti, cedenti, procuranti, aut alteri, ad ejuſdem libitum.* Hæc, ſi nullum intercedat pactum exterius, eſt ſimonia confidentialis mentalis: ſi intercedat, eſt conventionalis; ſi pactum eſt ex utraque parte completum, eſt realis, *ut in num.* 1207.

Quantùm ad ejus pœnas, ait Buſem. *Simonia confidentiæ completa dato, & accepto beneficio, licet accipiens promiſſionem vicissim non impleverit inducit, 1. excommunicationem majorem utrique parti contrahenti Papæ reſervatam, 2. annullat reſignationem, & collationem beneficii, in quo eſt commiſſa, & inhabilitat ad idem poſtea obtinendum, 3. privat omnibus beneficiis, & penſionibus ante obtentis, non tamen ante ſententiam latam 4. beneficia ſic collata ſoli Pontifici reſervantur.*

Quæ leges ſunt latæ à Pio IV. & Pio V. ad evitandas fraudes, quæ in collatione, ceſſione, procuratione, & conſecutione beneficiorum fieri poſſunt.

Licitè poteſt Pontifex beneficium uni conferre, reſervata pro alio penſione; tunc enim nihil aliud facit, quàm fructus beneficii dividere, partem beneficiario dando, & partem alteri benemerito reſervando.

De Simonia agunt Scotus *in 4. d. 25. qu. 1.* D. T. & *diſt.* 13. *q.* 2. *litt. H.* Maſtrius *diſ.* 4. q. 3. Bonac. *tom.* 1. la Cruz, Melphi *de Pœnis* § 13. Fagnanus *lib.* 1. *C. Non ſine de Arbitris*, & *lib.* 5. *tit. de Simonia*, Pirhing. *l.* 5. *tit.* 2. Clericatus *c.* 25. Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tract.* 4. Cardenas *diſ.* 27.

DE BENEFICIIS.

1265 BEneficium Eccleſiaſticum, vocatur à Decretalibus etiam Præbenda, & definitur *ut in n.* 502.

Beneficia Eccleſiaſtica multipliciter dividuntur: & præſertim, alia ſunt *Curata*, quibus eſt annexa cura animarum, ſive quoad forum internum, qualem habent Parochi reſpectu ſuorum Parochianorum, ſive contentioſa, & quoad forum externum: Et alia non curata; quibus talis cura non eſt annexa.

Item alia ſunt duplicia, alia ſimplicia. *Duplicia* ſunt, quibus eſt annexa aliqua ſolemnis qualitas juris; videlicet Cura animarum, juriſdictio, Præeminentia, aut adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum. Hinc Archidiaconatus eſt duplex; quia habet præeminentiam quoad locum magis honoratiorem. *Simplicia* ſunt, quæ nullam talem ſolemnitatem habent, ſed inſtituta ſunt ad preces, & officia Deo perſolvenda: hujuſmodi ſunt Canonicatus tam Cathedralium, quàm Collegiatarum.

1266 Inſuper alia ſunt Manualia, alia non Manualia. *Manualia* ſunt, quæ conferuntur revocabiliter ad nutum Superioris: Talia ſunt plura Regularium beneficia, quæ nec ſunt electiva, nec curata. *Non manualia* ſunt, quæ conferuntur in perpetuum, dum beneficiarius vivit, ità ut amoveri non poſſit, niſi in pœnam delicti; & hæc ſunt verè, & propriè beneficia.

1267 Demùm. Alia ſunt *Collativa*, quæ conferuntur à libera voluntate eorum, ad quos collatio pertinet.

1268 Alia *Electiva*, quæ conferuntur mediante electione à Clericis, ſeu Canonicis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facta, legitimè à Superiore confirmata. Alia ſunt *Patronata*, quo nominante Patrono, ad quem ſpectat clericum promovendum præſentare, àb Epiſcopo conferuntur.

1269 Beneficium perſonale, ſeu perſonatûs, eſt illud, quod inſtituitur ex redditibus certis, & ſtabilibus, auctoritate Epiſcopi, in favorem alicujus perſonæ, quæ ſola, vel alii duo, aut tres, juxta voluntatem fundantis, obtineant illud, & poſtea beneficium ceſſet, & redditus illi in alia opera pia convertantur, juxta mentem ejuſdem fundantis.

1270 Unde perſonatus ſunt beneficia Eccleſiaſtica, quæ primam tonſuram expoſcunt, & obligant ad recitationem Officii Divini, ſed non ſunt perpetua. Vacat beneficium, ſi quis illud habet, nubat. Mendo *in Epit. ver. Beneficium, num.* 18.

1271 Capellania collativa, quæ ſcilicet authoritate Epiſcopi erigitur ex *nu.* 504. eſt beneficium, cui eſt annexum onus Officii Divini, adeóque dat titulum ſufficientem ad Ordines Sacros, & jus ſpirituale ad fructus percipiendos, nec poteſt conferri, niſi Clerico, & à perſona Eccleſiaſtica. Capellania verò non collativa, quæ temporalis dicitur, eſt illa, in cujus erectione nulla intervenit Epiſcopi auctoritas, ſed conſiſtit in aſſignatione determinata ſalarii pro celebratione, & ſervitio præſtando; adeóque non eſt beneficium, nec obligat ad Divinum Officium, nec dat titulum ad Ordines, nec pactum de ea [ſi quoad fiat] eſt ſimoniacum; bene verò, ſi fiat pro Collativa.

1272 Poteſt autem Capellania de conſenſu Epiſcopi fundari cum expreſſa conditione, ut non teneatur Capellanus Officium recitare, donec ſit initiatus in ſacris, Mendo *ver. Capellania, num.* 9.

1273 Non poteſt Beneficium conferri, niſi vacet. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 19. Nec alteri mortem procuret, aut optet.

1274 Beneficio vacante, Collatoribus conceditur tempus ſex menſium, intra quod ſi conferre negligant, ipſi privantur pro ea vice poteſtate conferendi, & collatio ad proximum Superiorem devolvitur, *cap.* 2. *de conceſſ. Prabend.*

1275 Si autem proviſio facienda ſit per plurium electionem pro Eccleſia Cathedrali, aut Regulari, conceditur tempus trium menſium, intra quos ſi electio celebrata non fuerit, proviſio devolvitur ad Papam, ex jure novo *Extrav. ad Regimen.* 13. *de Praben.* Pariter trium menſium tempus coceditur pro Eccleſia Collegiata, ſi proviſio facienda ſit de Prælato, Ordinariam juriſdictionem habente in Clericos ſuæ Eccleſiæ. Phœbeus *lib.* 1. *ex pluribus juribus. v. n.* 1345. & 1346.

1276 Eccleſiæ vacanti tribus modis provideri poteſt: Per electionem, per poſtulationem, & per Nominationem. *Electio*, eſt cujus perſonæ idoneæ ad dignitatem Canonica vocatio. *Poſtulatio*, eſt quædam gratioſa petitio Superiori facta de promovendo aliquem ad Prælationem, ad quam de jure communi, propter defectum aliquem, vel impedimentum, eligi, ſeu promoveri non poteſt: Unde poſtulatio eſt perſonæ, quæ prohibetur eligi non propter vitium, ſed propter defectum, putà ſi patiatur defectum natalium, ætatis, Ordinis, quatenus laicus eſt, aut in minoribus, &c. *Nominatio*, eſt præſentatio unius, vel plurium à patrono facta Prælato, ad quem ſpectat Clerici promotio, & Beneficii collatio.

1277 Electio, Poſtulatio, & Nominatio conveniunt in hoc, 1. Quòd Electio, & poſtulatio ſit facta à majori parte capituli. Idem dic de Nominatione, ſi ſpectet ad plures, 2. Quòd repellatur indignus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si tamen electio cum poſtulatione concurrat; videlicet, ſi una pars ſuffragiorum Capituli poſtulet unam perſonam, & alia eligat aliam; tunc, ut prævaleat poſtulatio, requiritur, quòd poſtulantes ſint duæ partes ex tribus.

Quòd ſi poſtulantes non adæquent duas tertias partes, ſed eligentes excedant unam tertiam partem, prævalet electio, *ex cap. Scriptum 40. de elect.* Ratio eſt; quia poſtulatio eſt modus providendi extraordinarius, & requiritur gratiæ: Electio eſt modus Providendi ordinarius, magis fundatus in jure, & ideo minus requiritur ad Electionem: *v.* num. 1175.

1278 Differunt in hoc, quòd per electionem acquiritur jus electo ante confirmationem, jus inquam beneficii, & adminiſtrandi; nam electio dat beneficium, confirmatio verò ſolum dat exercitium. Per poſtulationem jus acquiritur poſtulato poſt poſtulationis præſentationem ſuperiori factam.

Per nominationem jus acquiritur nominato poſt præſentationem. Unde ante præſentationem poſſunt poſtulantes, aut nominantes, à poſtulatione, aut nominatione recedere; minimè poſt præſentationem.

Verum tamen eſt, quòd ſicut, ſi electus adminiſtret ante confirmationem, ejus electio caſſatur, *ex cap. jam dudum, de præb.* Ità ſi poſtulatus adminiſtret ante admiſſam poſtulationem, privatur jure poſtulationis, *ex cap. Bonæ memoriæ.* Et ſic pariter nominatus, ſi adminiſtret ante admiſſionem. Hinc electio dicitur confirmari, poſtulatio, & nominatio admitti.

1279 Item differunt; quia electio, & poſtulatio fiunt tantùm de uno; nominatio de pluribus, putà de duobus aut tribus, ubi primò nominatus cenſetur dignior, *cap. Quorundam, de elect.*

Hinc, ſi unus tantùm nominetur, erit quaſi poſtulatio, non nominatio.

Denique differunt, quia electio fieri debet de digniori, Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de ref. cap. 18.* poſtulatio autem fit de intelligibili, non ob crimen, ſed ob defectum diſpenſabilem, ut in *n.* 1276.

1280 Electio indigni eſt nulla; unde electus non facit fructus ſuos, & tenetur illos reſtituere.

1281 Electio digni relicto digniori, etiam per concurſum, eſt valida, ſed illicita. Imò Fagnanus *in lib. 5. C. Mandato de Simonia num. 29.* cum Nav. vult, quòd impediens, ne poſt concurſum beneficium detur digniori, teneatur ad reſtitutionem: *v. infra tit. de reſtitutione.*

Diana *p. 3. tr. 5. reſ.* 110. ſubdit, probabile eſſe, & tutum in praxi, quòd electores non teneantur ad reſtitutionem; fatetur tamen affirmativam opinionem eſſe probabiliorem: v. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tr. 3. c. 4. §. 3.*

1282 Diana *cit.* cum nonnullis, plures (ait) eſſe cauſas, quæ à mortali excuſant eligentes minùs dignum digniore relicto. Primò. Quando exceſſus dignitatis non eſt notabilis, 2. quando dignus eſt indigena, dignior verà alienigena, 3. Quando major pars vult eligere minùs dignum. Quod procedit (ſubdit ipſe) etiam ſi electores juràſſent eligere digniorem, & ſic eligendus eſt minùs dignus, quando eſt magìs acceptus Conventui. In ſimilibus námque caſibus impletur juramentum ſecundũ rationabilem intentionem jurantis, 4. Si aliàs omiſſo digno, & digniore, eligendus foret tertius indignus, 5. quando dignior præeſſet alteri Eccleſiæ, & oporteret illum poſtulare, 6. Quando dignior eſſet implicatus negotiis externis, quæ illum à reſidentia retardarent, 7. Si dignior non eſſet expertus, ſicut minùs dignus, 8. Quando collator tenetur confir-

mare electum à Patrono, 9. Si Beneficium ex prima ſui inſtitutione per Eccleſiam acceptata conferendum ſit alicui ex certa familia, vel oppido, 10. Si fundator beneficii Parochialis præſentet minùs dignum, 11. Quando quis reſignat beneficium. Ità ille.

1283 Illud certum eſt, quòd dignior ille cenſendus eſt; *Qui omnibus penſatis, & reſpectu habito ad doctrinam, & mores, utilior Eccleſiæ futurus judicatur. Ità com. v. infra tit. de reſtitutione.*

1284 Hinc loquendo de ſuperioribus Regularium, *Port. ver. election. 20. & 21.* doctiſſimè ait:

„ Si video, Petrum eſſe digniorem, & tamen maior pars communitatis eſt inclinata „ infallibiliter ad Franciſcum minus dignum, „ ſed tamen dignum: poſſum ſuffragari Franciſco minus digno: quia tunc fruſtraneum „ eſt ſuffragari Petro digniori, & nemo tenetur ad actum fruſtraneum. Vega *in Summ. Moral. 1. part. ver. Electio caſu 1.* At ſi major pars inclinat ad indignum, nunquam licet illi ſuffragari.

„ Denique pro complemento, & conſolatione aliquando Religioſorum, attendenda „ eſt doctrina D. Thom. *quodlib. 8. art. 6.* „ quam tradit Comitolus *lib. 1. reſp. Moralium quæſt. 77.* cum multis, ubi ex D. Thom. „ dicit, quòd licèt ſimpliciter, & abſolutè eligendus ſit melior: hoc debet intelligi, quòd „ non ſit melior ſimpliciter, & abſolutè, ſed „ ſufficit, quòd ſit melior ad hoc officium, & „ hic eſt melior ſecundùm quid. Et ponit ibi „ exemplum Comitolus: quòd aliquando „ minus ſanctus poterit habere majorem potentiam, & induſtriam ſæcularem, vel aliquid hujuſmodi, quod pro nunc magìs conducit ad bonum commune, & diſpenſationes ſpirituales ordinantur ad bonum Eccleſiæ. Denique arbitrium boni viri debet penſare varias circumſtantias temporis, pe „ næ, &c ex quibus inferre poſſit, qu „ quis pro nunc ſit dignior ſecundùm qu „ id eſt, in ordine ad hoc officium: ità ta „ ut nunquam eligatur indignus.

Et Phæbeus *lib. 1. tit. 12. n. 7.* inqui

„ Qua ratione tradunt etiam Authores „ nulli, apud Azor. *in cit. cap. 15 qu. 3.* „ poſſe nonnumquam ignobili doctiori, „ ſanctiori præferre nobiliorem, & poten „ rem, ſufficienti doctrina, ac probitate „ tatum, quando ſcilicet beneficium ind „ defenſore, vel protectore adminiſtran „ item præferri poſſe, qui certò cognoſc „ eſſe dignus, ſeu ſufficienter doctus, & p „ bus, relicto doctiori, cujus vita ignora „ de qua re extat etiam declaratio Cardi „ Concilii citata à Piaſec. *in Praxi p. 1. ca* „ *art. 3 num. 10.* Ex eadem quoque majo „ utilitatis Eccleſiæ ratione deſcendit, ex „ magìs idoneo præferri debere idoneum „ ſit ex eadem civitate, vel de gremio Ecc „ ſiæ, *ex cap. Nullus 13. dict. 61.* Præſum „ enim utiliùs, & cum majori peritia admi „ ſtraturus res Eccleſiæ, qui in eadem ſu „ tranſegit ætatem: & ità Sacrum Cardi „ lium Collegium ex ipſis Cardinalibus d „ gniorem eligit, ut præſcribitur *in c. Oportebat, 3. cum ſeq dict. 79.* quamvìs extra Co „ legium alius ipſo dignior inveniatur.

Vide *prop. 47.* ab Innoc. XI. *damn.*

## PLURALITAS BENEFICIORUM

1285 CUjuſcunque generis, eſt prohibi eidem perſonæ cujuſvis digni tis, etiam ſi Cardinalatus honore fulgeat, Trid. *ſeſſ. 24. de ref. c. 17.*

1286 Tria autem ſunt capita, quibus beneficia redduntur incompatibilia.

Primum, ſi requirant continuam reſidentiam perſonalem. Talia ſunt beneficia cura-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta v. gr. duæ Parochiæ, duo Epiſcopatus, &c. quæ proinde eidem conferri non poſſunt, niſi unum in titulum, alterum in commendam temporalem.

Secundum, Si ſint beneficia uniformia ſub eodem tecto: v. gr. duo Canonicatus in eadem Cathedrali, quamvis ſint beneficia ſimplicia; quod depoſitum eſt, ne ob beneficiorum confuſionem minuatur divinus cultus.

Tertium. Si unum ad congruam Clerici ſuſtentationem ſufficiat. Nam plura beneficia ſimplicia conferre eidem; cui unum ſufficit, eſt bona Eccleſiæ diſſipare, non diſpenſare. Et Trid. *cit. concludit*:

*Statuit ut in poſterum unum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem, ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſte ſuſtentandam non ſufficiat; liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre.*

REDDITUUM ECCLESIÆ

1287 A Conc. Rom. 2. *cap.* 4. ſub S. Sylveſtro 1. ut patet in Sum. Conc. hæc facta fuit diſtributio:

*Commoneo autem vobis omnibus mihi conſcribas monumentum hoc, ut de redditibus Eccleſiæ quatuor partes fiant, quarum una cedat Pontifici* (ſeu Epiſcopo.) *Altera Presbiteris, & Diaconis, & omni Clero. Tertia Templorum & Eccleſiarum reparationi. Quarta pauperibus, infirmis, & peregrinis.*

1288 Finis hujus diſpoſitionis ortum habuit, quoniam in primitiva Eccleſia fideles omnes (ut habetur Actorum 4.) vivebant in communi; quia tamen laici cœperunt bona propria retinere, & modus vivendi in communi ſolùm apud Clericos remanſit; ideo edita fuit allata diſpoſitio.

1289 Nunc autem [ ait Bardi in Selectis *lib.* 3. *q.* 10. *ſect.* 1. *num.* 8. ] recenſita diſpoſitio non viget cum illo rigore, ſaltem quoad omnia. Nam nunc Clericis Cathedralibus inſervientes ſunt aſſignatæ Præbendæ, & Eccleſiis pro fabrica, & ſuppellectilibus ſunt applicati quamplures redditus & oblationes; ut etiam advertit Barboſa *de jure Eccleſ. l.* 3. *c.* 17. *n.* 7. *&* 8. quia ideo ſubdit, vigorem illum de quarta parte fructuum eroganda Eccleſiæ, & Clero, remitti. Ità Bardi. Qui concludit ad præſens ſevandam eſſe conſuetudinem: *v. num.* 1295.

QUÆRES I.

1290 *An Epiſcopi, & alii beneficiarii ſint domini redditnum, ſeu fructuum, qui ex ſuis beneficiis ipſis proveniunt?*

RESpondeo, eſſe veros omnium fructuum dominos. Bardi. *cit. ſect.* Suarez, Vaſq. Bonac. Bannes, Sotus, & alii 20. Doctores ad ipſum. Inſuper ex Canoniſticis, Fagnanus *lib.* 3. *cap. Si quis ſanè de Peculio Cleric. num.* 3. Pirhing. *in Comp. lib.* 3. *tit.* 25. §. 2. *&* 3. cum aliis multis.

Eſt contra Panorm. Sylveſtr. Palud. & alios, qui volunt eſſe diſpenſatores; & adminiſtratores. Item contra Cajet. qui tenet eſſe dominos quoad portionem fructuum ſuæ ſuſtentationi neceſſariam, quoad exceſſum verò diſpenſatores; & inde, ſi de ſuperfluis diſponant, non in pauperes, aut Eccleſiam, teneri ad reſtitutionem.

1291 Ratio communis, & firma noſtræ reſolutionis deſumitur ex Conc. Trid. quod *in ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de ref.* contra beneficiariu m Curatum, Canonicum, & Præbendatum diſponit,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſponit, quòd, niſi intra duos menſes à die poſſeſſionis, fidei profeſſionē emittat: *Privetur dimidiâ parte fructuum, quos ratione etiam prabenda, & reſidentiæ fecit ſuos.*

1292 Item idem Conc. *in ſeſſ. 23. c. 1.* de recenſitis loquens ſtatuit, quòd ſi quis abſq; legitima cauſa à Superiori approbat, à ſua Eccleſia abſit ultra tres menſes, ſive continuos, ſive interruptos, ſub eodem anno; *Eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere.*

Ex quibus locis per locum ab oppoſito ſolidè infertur, quòd ſi fidei profeſſionem præſcripto tempore emittant, & uti ſupra; non abſint, fructus ſuos faciant; & conſequenter, quòd ſint veri domini omnium fructum, qui ex beneficiis Eccleſiaſticis ipſis proveniunt.

1293 Idem confirmat Julius III. per Bullam, *Cum ſicut nobis*, edita 26. Junii 1550.

Unde concludo cum Fagnano *cit.* & aliis, Epiſcopos, & Beneficiatos omnes æquiparari uſufructuaris in vita, & uſuariis in morte, quantum ad hoc, quòd in vita habent verum dominium, non quidem proprietatis, & quoad fundos, ſed quoad redditus, & fructus: *v. n.* 1302.

1294 Objicis pro parte oppoſita quoſdam antiquos Canones, maximè *c. Clericos 1. qu. & c. Quoniam 16. q. 1.* ubi Hieronymus ad Damaſum Papam ait: *Clericos autem illos convenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona: Qui autem bonis parentum, aut ſuis ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperū eſt, accipiunt, ſacrilegiū profectò committunt, & per abuſionem talium, judiciū ſibi manducant, & bibunt.*

1295 Reſp. cum Fagnano *cit. n.* Bardi, & aliis apud ipſos, tria eſſe diſtinguenda tempora. Primum primitivæ Eccleſiæ, tempore Apoſtolorum, quo omnes fideles vi[...] bant in communi.

1296 Secundum, quo laici cœperunt [...] na propria poſſidere, & modus vivendi [...] communi remanſit ſolùm apud Cler[...] Et hoc tempore commonita fuit diſtrib[...] in quatuor partes: *ut in n. 1287.* atque [...] fuerunt relati Canones de *num.* 1294. q[...] diſpoſitum fuit, ut Clerici, qui bona pa[...] monialia poſſidebant, viverent ſolùm de [...] & redditus Eccleſiæ eis competentes di[...] buerentur Clericis indigentibus, & aliis pa[...] peribus.

1297 Tertium tempus eſt, quo cœperu[...] Clerici bona propria poſſidere, Eccleſia [...] tari, *ex c. Nona de Conſecr. diſt. 1. c. Paſtora[...] lis, de his quæ fiunt à Prælat.* Item pro Cle[...] cis, & miniſtris erecti fuerunt tituli Bene[...] ciales, & Præbendæ, *c. 1, & per totam q[...] 22. C. de multa, de Præbendis.* Et hoc tem[...] re diſpoſitum fuit, *in c. Epiſcopi, in c. Q[...] nos de teſtam.* & aliis juribus, ut Clerici p[...] ſint licitè vivere de redditibus Eccleſiæ, & [...] hæredibus bona patrimonialia relinquere.

Et noviſſimè Trid. relatum *in tom. 4. n. 48. ad 73.* diſpoſuit, ut nullus Clericus [...] Ordines Sacras promoveatur, niſi benefi[...] cium, aut patrimonium poſſideat ſuæ con[...] gruæ, & honeſtæ ſuſtentationi ſufficiens, ſ[...] pœna Epiſcopo ſcienter aliter promovent[...] ut teneatur de ſuis fructibus eum alere: *v. [...] citat.*

1298 Hinc clare conſtat, per relatos, & alios poſteriores Canones ceſſaſſe antiquos, & ſimul non vigere rigorem diſtributionis [...] quatuor partes, ut dictum eſt *num.* 1288. Te[...] neri tamen Epiſcopos de fructibus, q[...] ſuæ honeſtæ ſuſtentationi ſuperſunt, ſ[...] mortali eleemoſynas elargiri pauperibus, quibus aliter ſubveniri non poteſt, ut mo[...] dicemus.

Co-

Corroborantur dicta ex juribus noſtri temporis nunc adducendis.

## QUÆRES II.

1299 *An Epiſcopi & Beneficiarii poſſidentes ſufficiens Patrimonium, poſſint licitè de redditibus, & fructibus beneficii Eccleſiaſtici, conſentientibus Eccleſia, vivere juxta decentiā ſtatus, ac dignitatis: Patrimonio unà cum fructibus ſervato ad alios uſus, & de eo diſponere etiam aliis donando, prout eis placuerit?*

Reſp. Poſſe, Doctores *n.* 1290. *cit.* Probatur ex Innoc. *in c. Epiſcopus, n.* 1. *de Præbend. Non credimus, quòd qui habet beneficium, vivere debeat de Patrimonio, ſed de Altari v. n.* 1297.

1300 Quod eſt conforme dicto Pauli 1. ad Cor. 9. *Quis militat ſuis ſtipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? &c. Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? Qui Altari deſerviunt, cum Altari participant: Et* 1. ad *Thim.* 5. inquit: *Dignus eſt operarius mercede ſua.*

1301 Idem dicendum eſt de bonis propria induſtria acquiſitis.

## QUÆRES III.

1302 *De quibus poſſint teſtari?*

Reſp. Poſſe teſtari de bonis patrimonialibus, & propria induſtria acquiſitis; minimè de fructibus beneficii. Doctores *cit. n.* 1290.

Probatur ex *c. Epiſcopi* 12. *quæſt.* 1. ubi affertur decretum Conc. Agathenſis, *c.* 18. *Epiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis, vel quidquid de proprio habent, hæredibus ſuis ſi voluerint derelinquant. Quidquid verò de proviſione ſuæ Eccleſiæ fuerit, ſive de agris, ſive fructibus, ſive de oblationibus, omnia in jure Eccleſiæ reſervare cenſuimus.*

Item ex Alex. III. *in c. quia nos, de Teſtam. Licet Clerici de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, & amicorum, non habito reſpectu ad Eccleſiam, pervenerunt ad ipſos, liberè diſponere valeant: de his tamen, quæ conſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de jure facere poſſunt teſtamentū.*

1303 Quibus accedit communis Eccleſiæ conſuetudo, qua nedum pauperes, ſed etiam divites ad beneficia promoventur, eiſque ſuſtentantur.

1304 Dices. Beneficiarii ſunt domini fructuum beneficii: Igitur poſſunt de illis teſtari.

Reſp. negando conſequentiam; quia ſtat, quòd non poſſint de illis teſtari, cum hoc; quòd ſint eorum domini; nam etiam impubes non poteſt de ſuis bonis diſponere, & tamen eſt eorum dominus. Ratio eſt; quia dominium eſt facultas diſponendi de re quoad omnes uſus à lege non prohibitos; à jure autem Eccleſiaſtico in relatis locis prohibitum eſt beneficiariis de fructibus beneficii teſtari, ad Clericorum cupiditatem cohibendam, quoad parentes ditandos: *v. n.* 1293.

## QUÆRES IV.

1305 *Quæ ſit congrua beneficiorum ſuſtentatio?*

Congrua ſuſtentatio, pro qua licitè beneficiarius poteſt fructus, & proventus beneficii Eccleſiaſtici applicare, non eſt eadem in omnibus, quia à quamplurimis circumſtantiis attendendis dependet; unde remittenda eſt arbitrio prudentis.

1306 Et quidem ſub congrua ſuſtentatione ve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veniunt non ſolùm neceſſaria, verum etiam decentia juxta conditionem ſtatûs, perſonæ, & circumſtantiarum. Bardi *in Selectis lib. 3. q. 10. ſect. 6. & 7.* Fagnan. *in lib. 3. c. Si quis ſane, De Peculio Cleric.* cum multis apud ipſos.

Sub congrua ſuſtentatione comprehenduntur donationes remuneratoriæ, etiam liberales, & gratuitæ, maximè de conſuetudine; expenſæ ad hoſpitandum Magnates, &c. hæc namq; decent, & conveniunt decori ſtatûs, felicitati gubernii, & incremento virtutum.

1307 Hinc poteſt ſuis conſanguineis, & familiaribus donare uſq; ad ſtatus decentiam, *ex c. Studeat in fin. 50. diſt.* his verbis: *Præcipimus, ut tale beneficium ſibi Eccleſiæ concedatur, quo & ipſe, & ſui ſufficienter poſſint habere ſuæ ſuſtentationis ſolatium.*

1308 Poteſt de Eccleſiæ redditibus ſorores, vel alias conſanguineas dotare, ſi ex ſe, aut ex parentibus, ad quos primariò dotare ſpectat, ſatis non habeat. Fagnanus *citat. ex c. 1. de cohabit. Cler. & Mulier.*

1309 Cavendum autem eſt, ne quoad conſanguineos, & nepotes ſanguinis paſſio obcæcet, & plus æquo excedatur. Unde [ ut refert Fagnanus cit. ] D. Bernardus in declaratione ſuper illis verbis Evangelii. *Ecce nos reliquimus omnia,* ſic ait: *Vivat de altario, ut juxta eumdem Apoſtolum alimenta, & quibus tegatur habens, his contentus ſit. De altario,* inquit, *vivat, non ſuperbiat, non luxurietur, denique non ditetur, non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis, nec loculos inde congreget, aut ſuperfluitione diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut nepotis, aut neptes nuptui tradat:* & Ambroſius *lib. 1. de offic. c. 30.* relatus à D. Thom. *in 2. 2. quæſt. 185. art. 7. ad 2. Hæc eſt approbanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen ut illos ditiores fieri velis ex eo, quod tu potes conferre inopibus.*

1310 Inſuper, quoad alios uſus, eſt [illegible] denda moderatio Trid. *ſeſſ. 25. de refor.* [illegible] Epiſcopis monita his verbis:

*Quapropter exemplo Patrum noſtrorum in Concilio Carthaginenſi, non ſolùm jubet, ut Epiſcopi modeſta ſupellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint: verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum: quodq; non ſimplicitatem Dei, zelum ac vanitatum contemptum præſeferat.*

1311 Item conſideranda venit [illegible] ratio loci, ubi eſt beneficum. Plura [illegible] vehiunt Epiſcopo Urbis, quæ eſt Regia [illegible] cipis, aut caput Regni; quàm Epiſcopo [illegible] Urbis.

Hinc Paulus 5. per Bullam In Emin[illegible] edita 8. Aprilis 1606. facultatem conc[illegible] Clericis incolis, & civibus Urbis Romæ, [illegible] ejus diſtrictus infra decem milliaria, [illegible] omnibus redditibus, fructibus, & proven[illegible] Eccleſiaſticis quomodolibet eis proven[illegible] bus, in eadem Urbe, ac ejus diſtrictu [illegible] decem milliaria conſiſtentibus, libere [illegible] nendi, tam inter vivos, quàm in ultima vo[illegible] luntate, in favorem ſuorum conſanguineo[illegible] rum, & affinium, aut perſonarum extran[illegible] rum, atq; etiam decrevit, ut illis ab inteſ[illegible] decedentibus, eadem ad eorum hæredes [illegible] inteſtato proveniant.

1312 Secundò conſideranda venit ra[illegible] nobilitatis perſonæ beneficiarii, aut digni[illegible] tis, ſeu qualitatis beneficii.

Hinc in Extrav. *Execrabilis,* Joan. 22. [illegible] obtinentibus, ex diſpenſatione plures digni[illegible] tates, perſonatus, aut beneficia curata, pr[illegible] cipitur, ut non poſſint retinere niſi unum, & [illegible] ſimul ab hac lege excipiuntur Cardinales, & [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

filii Regum, quibus proinde plurimum incompatibilium beneficiorum retentio conceditur.

1313 Cujus rei duæ ſunt rationes, una, quæ innuitur in Extrav. relata. Nam Cardinales Summo Pontifici Univerſalis Eccleſiæ inſerviendo, ſingulis Eccleſiis proſunt.

Alia, quia ipſi Eminentiæ dignitatis (ait Fagnanus) convenit familiares apud ſe habere, minimè ſordidos, vel obſcuros. Hinc (ut idem rectè obſervat) in prœmio literarum commendæ beneficii, hæc ſolent apponi verba: *Ut tuum ſtatum juxta Cardinalatus ſublimitatem decentiùs tenere, & expenſarum onera, quæ te jugiter de neceſſitate ſubire oportet, faciliùs perferre valeas.*

1314 His de cauſis noviſſimè Clemens IX. in Conſt. 19. *incip. Cum à prima*, edita 28. Febr. 1668. apud Bullarium Lantuſcæ, *tom. 6.* Privilegia S. R. E. Cardinalium teſtandi de bonis, ac juribus ab ipſis, dum vivunt, quomodolibet acquiſitis à bonis, redditibus, emolumentis, & juribus Eccleſiaſticis, extendit etiam ad fructus civiles, aut naturales inconſumptos, vel cùm aliis ipſorum bonis non commiſtos, aut eorum patrimonio non incorporatos, atq; etiam ad fructus pro affictibus bonorum, ac jurium quorumcumque, ſi fructus tam civiles, quàm naturales conductoribus, & affictualariis locati, & conceſſi pro illis erunt percepti, quamvis termini ſolutionis affictuum per locatores fuerint poſt obitum conventi. Hæc Pontifex.

## QUÆRES V.

1315 *An ſi beneficium ſit tenue, & congruâ ſuſtentatione detractâ, nil pro pauperibus ſuperſit, adhuc fructus beneficii ſint dividendi?*

RESponendeo cum Fagnano *in lib. 3. c. Si quis ſanè, de Peculio Clericorum à n. 27.* alimenta Clerici eſſe anteponenda.

Probatur *ex c. Nulli Epiſcoporum, §. His ita reſpondetur, 12. qu. 1. Sicut perfectione charitatis manente, licèt res Eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes primum tamen ſibi, & ſuæ Eccleſiæ deſervientibus subminiſtret; reliqua quæ ſuperſunt fidelium uſibus miniſtraturus; ita & prabenda Eccleſiarum, eadem charitate manente, piè, & religiosè poſſunt diſtribui; nec tunc rebus Eccleſiæ, ut propriis, ſed ut communibus utilitatibus deſervituris, ut ex his, quæ ſibi aſſignata ſunt, primùm ſibi neceſſaria percipiat: ſi qua verò ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes uſus Eccleſiæ expendat.*

Et D. Auguſt. relatus *in c. qui vult de Pœnit. diſt. 3.* ait: *Qui vult eleemoſynam ordinatè dare, à ſe ipſo debet incipere, & eam ſibi primùm dare; eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ, veriſſiméq; dictum eſt; Miſerere animæ tuæ placens Deo.*

1316 Ratio eſt; quia alimenta ex redditibus beneficii debentur Clerico ex juſtitia, pauperibus ex charitate. Unde pauperibus debentur ſuperflua: vide *à n. 410. ad 415.*

1317 Concluditur, alimenta beneficiati eſſe anteponenda reparationi Templi, *ex c. de his de Eccleſ. ædif.* Reparationem verò Templi, cum ſpectet ad Dei cultum, eſſe anteponendam ſuſtentationi pauperum.

1318 Auctoritates, quæ adduci poſſunt in contrarium, ſunt intelligendæ de fructibus, qui ſuperſunt, detracta decenti benefi-

ciarii ſuſtentatione; hi quidem ſunt dividendi. Ità Fagnanus *cit.*

1319 Conari autem debent Beneficiarii, ut Templa, quorum Beneficia ſunt eis commendata, decentibus ſuppellectilibus, & neceſſariâ reparatione non deſtituantur, ſed in quantum poſſunt, de illis provideant. Inſuper attendere debent, an Commendæ, & Abbatiæ Eccleſiaſticæ ipſis collatæ, ſint fundatæ cum aliquo onere alendi pauperes. Ac proinde recolenda ſunt dicta *n.* 1309.

## QUÆRES VI.

1320 *An Epiſcopi, & beneficiarii non erogantes pauperibus redditus ſuperfluos beneficiorum, aut eis ad malos uſus abutentes, teneantur ad reſtitutionem?*

Affirmant Doctores *cit. n.* 1290. qui tenent non eſſe veros dominos fructuum.

1321 Reſpondeo, peccare mortaliter, ſed non teneri ad reſtitutionem. Doctores *cit.* 1290. qui tenent eſſe veros dominos fructuum beneficii.

Probatur valida, & clara auct. D. Thomæ 2. 2 *q.* 185. *art.* 7. apud Fagnanum *cit. Si Epiſcopo portio ſeparatim ab aliis eſt aſſignata, poteſt de illa diſponere, ut de patrimonio, & peccat malè diſpenſando contra charitatem, non contra juſtitiam, nec tenetur ad reſtitutionem. Sin autem portio illius non eſt ſeparata, ejus fidei diviſio committitur, qui ſi ſuam portionem faciat paulò majorem, non eſt in mala fide; alias ſi eſſet magnus exceſſus, non eſſet fidelis diſpenſator, & eſt reſtitutioni obnoxius.*

1322 Item in *quodlib.* 6. *art.* 12. *ad* 3. docet alio modo eſſe diſcurrendum de redditibus Hoſpitalium, ac de redditibus beneficiorum; his verbis: *Aliter dicendum eſt de illis Eccleſiaſticis bonis, quæ principaliter ſunt attribuenda neceſſitatibus pauperum, & ex conſequenti neceſſitatibus miniſtrorum, ſicut ſunt bona hoſpitalium, & aliorum hujuſmodi: & aliter de illis bonis, quæ ſunt principaliter attribuenda uſibus miniſtrorum, ſicut ſunt prebendæ Clericorum, & alia hujuſmodi; nam in primis peccatum committitur non ſolùm ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerum conditione, dum aliquis in ſuos uſus aſſumit, quod eſt alterius, & tenetur ad reſtitutionem tanquam defraudator rei alienæ. In ſecundis verò bonis non committitur peccatum, niſi per abuſum, ſicut in bonis patrimonialibus dictum eſt. Unde non tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolùm ad pœnitentiam peragendam.*

Ubi (ut vides) S. Doctor, quantum ad onus reſtitutionis, diſcurrit de redditibus beneficii, ſicut de redditibus patrimonialibus; adeóque vult, quòd ſit eorum dominus.

1323 Non tenentur igitur ad reſtitutionem, ſi fructus ſuperfluos beneficiorum pauperibus non erogent, ſed eis abutantur; peccant verò mortaliter contra charitatem; quia jure naturali, & divino tenentur pauperibus ſubvenire.

1324 Hinc Mendo in Epit. ver. beneficium Eccleſ. *nu.* 7. rectè addit: *Quod ſi ex Eccleſiaſticis fructibus quis detrahit aliquid neceſſariis ad ſui ſtatûs decentiam, id non tenetur erogare pauperibus, ſicut nec id, quod datur pro celebratione Miſſæ, pro comitandis funeribus, pro concionibus, pro labore adminiſtrandi Sacramenta, pro aliiſque miniſteriis, & probabiliter pro diſtributionibus quotidianis, dum hæ totam, aut ferè totam ſummam reddituum non conſtitutione. Quare & ... ſtari poſſunt de illis ad uſus profanos ... tè.*

1325 Nomine pauperum veniunt etiam Hoſpitalia, Eccleſiæ pauperes, Domus Religioſorum, & ipſi Religioſi.

QUÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES VII.

1316 *An quando beneficiarii peccant dan-do, etiam ipſi accipientes peccent?*

P[eccare], ſi inducant, vel excitent dantem; minimè, ſi ſinè inductione donata acceptent; tenet Tambur. *tom.* 1. *lib.* 8. *tom.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 2. cum de Lugo; quia in primo caſu ſunt cauſa peccati alterius, in ſecundo autem non ſunt cauſa, ſed tota malitia eſt ex parte dantis.

Vide dicta de ſcandalo *à num.* 321.

1317 Certum tamen eſt, eos non teneri ad reſtitutionem; quia validè accipiunt.

## QUÆRES VIII.

1318 *An Epiſcopi pœnas pecuniarias poſſint ſibi applicare?*

P[oſſunt] ſibi, aut ſuæ Cameræ, applicare, & non habere onus, applicandi piis operibus, tenent Riccius, Zerola, & Barboſa, apud Barthol. à S. Fausto lib. 3. q. 10. *ſect.* 12.

1319 Dico tamen, non eſſe recedendum à Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. cap.* 3. quod ſic diſponit: *Sed liceat eis, ſi expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus contra quoſcunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi exiſtentibus eo ipſo, quod exactæ fuerint, aſſignentur.*

## QUÆRES IX.

1330 *Ad quem ſpectent bona à beneficiario acquiſita, & meliorationes ab eo in rebus Eccleſiæ factæ?*

R[eſp.] cum Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. §. 3. *in comp.*

Si beneficiarius nullum, aut tenue patrimonium habeat, bona ab eo empta, putà fundus, prædia, &c. ad Eccleſiam ſpectant, quia ex fructibus Eccleſiæ cenſentur empta, *cap. inveſtigandum,* 1. *de Peculio Cleric.* Poteſt tamen eorum fructibus uti, dum vivit.

1331 Si amplum patrimonium, dum bona emit, habet, & beneficium tenue; ſpectant ad beneficiarium, ejúſque hæredes; quia cenſeri debent ex fructibus patrimonialibus acquiſita, adeóque illorum naturam ſequuntur, *ut in num.* 1302. eò maximè, quia delictum in dubio non eſt præſumendum. Niſi conſtet, fuiſſe ab eo empta animo donandi Eccleſiæ, ſeu nomine Eccleſiæ. Addit tamen Pirhing. talem poſſe contingere caſum, ſive proprio, ſive alieno nomine bona empta ſint, ut ſint, inter Eccleſiam, & hæredes dividenda, niſi certò conſtet, quòd fuerint ex redditibus patrimonialibus empta, *cap. inquirendum* 4. *hujus tit.*

1332 Bona donata beneficiario ratione ejus perſonæ, ad ipſum ſpectant, uti bona patrimonialia, & quaſi patrimonialia; bona verò ei donata pro ſervitio Eccleſiæ, ad Eccleſiam ſpectant, ſive immobilia ſint, ſive mobilia; unde eorum non eſt dominus, ſed fidelis adminiſtrator.

1333 Meliorationes factæ in fundis Eccleſiæ ex fructibus beneficii, ad Eccleſiam ſpectant, & ſolùm beneficiarius illis uti poteſt, dum vivit; ſi ſint factæ ex fructibus patrimonialibus, debent æſtimari, & pretium talis æſtimationis tranſit ad hæredes, niſi conſtet fuiſſe factas animo donandi Eccleſiæ.

## QUÆRES X.

1334 *An Religioſus ad Epiſcopatus aſſumptus, dominus fructuum?*

PRima opinio affirmat, eſſe dominum, & de illis diſponere poſſe, uti Epiſcopi ſæcula-

res. Medina, Palatius, Sotus, Angles, Vaſquez, Hurtado, apud Bardi in *ſelectis lib. 3. q. 10. ſect. 16.* Ratio eſt, quia *in cap. ſtatutum* 18. *q. 1.* decernitur, quòd Monachus factus Epiſcopus poſſit ſibi paternam hæreditatem acquirere: ſibi autem hæreditatem acquirere, eſt eſſe dominum, nam *ex l. in rem actio ff. de rei vendica:* nullus ſibi dominium acquirit, niſi qui eſt verus dominus.

Si igitur Religioſus ad Epiſcopatum aſſumptus poteſt eſſe dominus hæreditatis paternæ, poterit eſſe dominus fructuum beneficii; tota namque ratio, quæ obſtare poſſet, eſt profeſſio paupertatis Religioſæ, quæ æquè militat pro utroque caſu.

1335 Secunda opinio, quam ſequor, negat eſſe dominum, ſed liberum adminiſtratorem: D. Thomas 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. D. Bonaventura *in 4. ſent. d.* 38: §. *ad illud num.* 47. Caſtropal. *tr. 6. de Char. diſ. 2. p.* 8. & alii quamplures apud Bardi *cit. num.* 5.

Ratio eſt (ex dicendis de obligatione voti) quia Religioſus per aſſumptionem ad Epiſcopatum non deſinit eſſe Religioſus, nec eſt liber à tribus votis eſſentialibus; ſed ſolùm manet liber ab uſibus, & obſervantiis illis regularibus, quæ obſtant ſtatui Epiſcopali, ejúſque decentiæ; carentia autem dominii omnium bonorum immobilium, & mobilium, illi non obſtat, ſi Epiſcopus liberam eorum adminiſtrationem habeat.

Ad rationem in oppoſitum reſpondetur cum Gloſſa *ibi ver. legitimus*; quòd ſicut ſi ante aſſumptionem hæreditatem paternam vendicaret ſibi, non pro ſe, ſed pro Monaſterio vendicaret; ità poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum illam vendicat ſibi quoad uſum; quoad dominium verò illam vendicat Eccleſiæ, & hic eſt ſenſus relati Capitis.

1336 Dices cum Vaſquez: Si acquireret dominium non ſibi, ſed Eccleſiæ, non poſſet hæreditatem illam renunciare; ex relato tem textu, dicitur, quòd poſſit, at non cap illam vendicare.

Reſp. Quòd ly *poteſt* ibi denotat libertatem à peccato, minimè libertatem exercitii; ac ſicut Monachus, ſi ei proveniat hæreditas paterna ante aſſumptionem, non poteſt illi renunciare; quia poteſt licitè pro Monaſterio paci acceptare, & Monaſterio utpote cui eſt jus jam acquiſitum; ità ſi ei proveniat poſt aſſumptionem, non poteſt illi renunciare, quia poteſt licitè acceptare, & Eccleſiæ eſt jus acquiſitum. Colligitur ex eodem textu, ubi infra diſponitur, ut Monachus hæreditatem Monaſterio reſtituat ante promotionem, Eccleſiæ verò poſt promotionem ad Epiſcopatum.

Tamb. *in tom.* 1. *lib.* 8. *tract.* 1. *cap.* 2. §. 1, citans Sanchez *lib.* 6. *in Decal. c.* 6. *n.* 13. ait eos, ſive ſint domini ſive liberi adminiſtratores, peccare mortaliter, ſi ſuperflua in pios uſus non expendant, ſed non teneri ad reſtitutionem; quia validè expendunt.

Et Fagnanus *lib.* 3. *c. ad audientiam, de Cler. non reſid. num.* 18. ait, proprium eſſe duplicis generis, unum importat verum dominium, & proprietatem; quales habent homines ſæculares; alterum intelligitur proprium quoad liberam adminiſtrationem, qualem habent beneficiati, &c. & ſecundum hoc Clerici ſæculares, & Religioſi habentes adminiſtrationem, hoc eſt beneficia in titulum, æquiparantur, quoad poteſtatem diſpenſandi fructus beneficiorum. Cardin. Navar. *in cap. Non dicatis n.* 10. 11. Rota, &c. ità Fagnanus.

## RENUNCIATIO BENEFICII

1337 E*St ſpontanea beneficii ceſſio legitimè facta.* Eſt duplex, tacita, & expreſſa. *Tacita* fit, quando quis aliquid agit, quod ex natura

naturæ rei, aut ex ex ſtatuto juris retentioni beneficii opponitur; ut ſi Clericus beneficiarius nuberet, Religionem profiteretur, aut Militiam aſſumeret, &c. His námque actibus eſt ancti vacatio, *ex 1. de Cler. conjug. c. beneficium, 4. de regul. 6. c. fin. de Cler. non reſidentibus*; tunc námque cenſetur per actum facti renunciaſſe.

*Expreſſa*, fit per ſcriptum ordinario præſentatum, in quo debet exprimi juſta cauſa, v. gr. inſalubritas aëris loci beneficii, impoſſibilitas moralis reſidentiæ, implicatio ad negotia incompoſſibilia, &c. *v. n.* 1341.

Renunciatio expreſſa eſt duplex, ſimplex, ſeu abſoluta, & conditionata. Abſoluta eſt quæ fit abſque conditione, aut pacto. Conditionalis eſt, quæ fit ſub aliqua conditione, aut pacto.

Ut ſit valida, requiritur acceptatio, ſeu conſenſus ſuperioris, *cap. Admonet 4. de renunc.* Nomine ſuperioris non venit ille, qui ſimpliciter poteſt beneficium conferre; ſed ille qui poteſt beneficio privare, qui ſcilicet juriſdictionem ſupra beneficiarium habet: Hujuſmodi regulariter ſunt Epiſcopi, etiam quoad beneficia illa, quæ ſunt Papæ reſervata ſolum quoad collationem, quæ ſcilicet Epiſcopus conferre non poteſt, ſed poteſt illis privare.

Quamvis enim plura ſint beneficia, & dignitates, quorum collatio ex jure Canonico eſt reſervata Summo Pontifici, ut Eccleſiæ Patriarchales, Epiſcopales, &c. ut in regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, quas referunt Canoniſtæ, & breviter Phœbeus *lib. 1. tit. 13.* plura conſtant, quæ ſunt reſervata Pontifici, vel ratione ſuæ liberæ diſpoſitionis, & juriſdictionis, quatenus ipſe velit beneficium conferre, cujus collatio ad Epiſcopum ſpectaret; vel ratione devolutionis ob negligentiam, vel delictum inferiorum ordinariorum.

Inſuper extat reſervatio menſium, & alternativæ; dantur enim menſes Apoſtolici, in quibus quorumvis beneficiorum, aliter quàm per reſignationem vacantium, ſpectant ad Summum Pontificem. Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis perſonaliter in ſuis Eccleſiis reſidentibus conceditur alternativa ſeu menſium, in quibus ſi vacent beneficia libera, & ab aliis, v. gr. à Patronis independentia, poſſint illa conferre; ità ut Januarius ſpectet ad Papam, Februarius ad Epiſcopum, Martius ad Papam, Aprilis ad Epiſcopum; & ſic alternatim quoad reliquos menſes.

### RENUNCIATIO, SEU RESIGNATIO CONDITIONALIS.

1338 NOn poteſt fieri, niſi in manibus Papæ; unde non poteſt ab Epiſcopo admitti ſinè authoritate Summi Pontificis. Ità B. Pius V. per Bullam 58. editam 1. Aprilis 1068. *incip. Quanta Eccleſiæ.* Talis, 1. eſt renunciatio beneficii facta in favorem tertiæ perſonæ, ſub conditione alicujus penſionis ſolvendæ ipſi reſignanti, vel alteri: *v. num.* 1209. *&* 1264. 2. Facta ſub conditione, ſeu reſervatione regreſsûs, vel ingreſſus, aut acceſſus. Cum reſervatione *Regreſſus* fit, quando quis beneficium jam adeptum alteri renunciat, reſervando ſibi jus ad beneficium redeundi, ſi reſignatarius præmoriatur. Cùm reſervatione *Ingreſſus* fit, quando quis poſt beneficii collationem ſibi factam, ante poſſeſſionem illud alteri renunciat, ſub conditione, ut reſignatario præmortuo, poſſit propriâ auctoritate in ejus poſſeſſionem ingredi. Cùm reſervatione *Acceſſus* fit, quando beneficium alicui incapaci, v. gr. puero deſtinatum, alteri interim confertur, ſub conditione, ut incapacitate illius ceſſante v. gr. poſt legitimam ætatem, poſſit ille pro-

priâ authoritate ad beneficium alteri collatum accedere, & pro ſe accipere. Hinc ingreſſus, regreſſus, & acceſſus eſt prohibitus per Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 7.

1339 Reſignatio, ſeu renunciatio beneficii facta ſub conditione præcisè, ut conferatur alicui certæ perſonæ, abſq; alio addito, aut pacto ex relatis, à Caſtropal. *part.* 2. *tr.* 13, *diſ.* 6. *punct.* 2. §. 1. *n.* 3. & aliis, vocatur ſimplex in favorem, & conſequenter, quòd poſſit ab Ordinario admitti. Alii apud Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 9. *ſect.* 5. § 4. volũt, quod poſſit ab Epiſcopo admitti, itâ tamẽ, ut dicta clauſula rejiciatur, & habeatur pro nõ adjecta, nam reſignans non poteſt Epiſcopum reſignationem admittentem obligare, ut beneficium renunciatum certæ perſonæ conferat, ſed poteſt libere cui velit conferre; unde perſonæ à reſignante deſignatæ ſi conferat, liberè conferet, non ex vi conditionis reſignantis.

Dicendum tamen eſt, hujusmodi reſignationem faciendam eſſe in manibus Summi Pontificis, ad cavenda pericula, quæ intervenire poſſunt; & itâ ſervat ſtylus Curiæ, & recepta conſuetudo (ait Pirhing. *cit.*) fundata in Bulla B. Pii V. *cit*, ubi hæc habentur verba:

*Caveant autem Epiſcopi, & alii prædicti, itémq; omnes electores præſentatores, & patroni, tam Eccleſiaſtici, quàm laici quicumq; ſint, ne verbo quidem, aut nutu, vel ſigno, futuri in hujuſmodi beneficiis, & officiis ſucceſſores, ab ipſis reſignantibus, aut aliis eorum ſignificatione, vel hortatu reſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, vel etiam intentio qualiſcumq; intercedat.*

Reſignatio bneficii facta ab uno certæ perſonæ ſub conditione, ut illius beneficium ſibi conferatur, poteſt ab Epiſcopo admitti, quia eſt permutatio permiſſa in jure Canonico, *ut infra n.* 1347.

1340 Reſignatione beneficii in favorem tertiæ perſonæ, authoritate legitimâ facta ſuperior eam admittens, non debet illi tertio beneficium conferre, niſi ſit idoneus; quia reſignatio illi facta includit tacitam conditionem Canonum, *ſi ſit idoneus.*

Verùm tamen eſt, quòd in renunciatione atq; etiam in permutatione non tenetur renuncians, aut permutans aſſumere digniorem; quia ex nullo jure tale onus imponitur; quoniam ipſe cedit; unde ſufficit, quòd dignum aſſumat Caſtropal. *par.* 2. *tr.* 13, *diſ.* 6. *punct.* 12. *n.* 11. cum pluribus.

## RENUNCIATIO PURA,

1341 SEu ſimplex, & abſoluta, poteſt ab Epiſcopo admitti ſub juſtis, & certis cauſis. Ita B. Pius V. in Bulla *cit.*

Cauſæ ad ſimplicem, & abſolutam renunciationem honeſtandam, & ab Epiſcopo admittendam requiſitæ ex jure Canonico, maximè B. Pii V. *in cit.* Bulla ſunt plures, 1. Si beneficiarius ſit ſenio confectus, 2. Valetudinarius, 3. Corpore impeditus, v. gr. ſi laboret lepra, partliſi, &c. itâ ut non valeat, ut oportet, ſuo ſatisfacere muneri, 4. Corpore vitiatus, v. gr. ſi ſit ſurdus, cæcus, &c. 5. Si ſit obnoxius crimini, ob quòd poſſit beneficio privari, 6. Si ſit ad aliud beneficium ſufficiens promotus, maximè ſi ſit incompatibile, 7. Si ſit cenſuris, aut pœnis Eccleſiaſticis irretitus, quarum abſolutionem, aut diſpenſationem faciliter obtinere non poteſt, 8. Si capitales habeat inimicitias, aut aliud, ob quod non ſit in loco beneficii ſecurus, 9. Si ſit Religionem ingreſſurus, aut matrimonium contracturus, dummodò realiter exequatur.

1342 Ubi nota, 1. quòd beneficium reſignatum ob matrimonium, ſtatim provideri poteſt, illo contracto. At reſignatum ob Re-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Religionem, provideri non poteſt, niſi profeſſione ſecutâ.

2. Si beneficiarius ſit in ſacris, & ſit ordinatus in titulum illius beneficii, debet hoc in reſignatione exprimere. Et neque admitti poteſt, niſi conſtet, quòd poſſit aliunde commodè vivere, *ut in tom. 3. num.* 48. Admitti tamen poteſt, ſi fiat Religioſus.

3. Pro beneficiis reſidentiam expoſcentibus, in reſignatione exprimi debet tempus, à quo beneficium obtinuit, ex Stylo Curiæ, cum non ſolet reſignatio admitti, niſi ſint triennio poſſeſſa.

4. Reſignatio beneficii, ſive ſimplex, & abſoluta, ſive ad favorem alterius facta à Clerico in gravi infirmitate conſtituto, ſi Clericus ultra viginti dies à die conſenſus per ſe, vel per procuratorem coram legitimo ſuperiore præſtiti, non ſupervixerit, ſed infra viginti dies moriatur, cadit, & beneficium vacare cenſetur, non per reſignationem, ſed per obitum, *ex Reg.* 19. Canc. Apoſt. Idem dicitur de Clerico ſano, qui ultra viginti dies à die conſenſus præſtiti non ſupervixerit, ſed poſt reſignationem, ſive à ſuperiore admiſſam, ſive non admiſſam, infra viginti dies morte naturali (non ſufficit civilis) mortuus eſt. Quod eſt diſpoſitum ad vitandas fraudes, & ne de beneficiis diſponatur per modum ultimæ voluntatis, ſicut de bonis patrimonialibus. Pirhing. *cit. ſect.* 3. §. 2.

Ex recenſitis igitur cauſis in jure expreſſis, atque etiam ex aliis honeſtis cauſis, utilitatem item, & neceſſitatem Eccleſiæ reſpicientibus, inſuper notatis conditionibus ſervatis, poſſunt Epiſcopi reſignationes ſimplices, & abſolutas beneficiorum admittere, *v. n.* 1337.

1343 Et quamvìs B. Pius V. in citata Bulla velit, hanc ſervari conditionem, ut beneficia reſignata non conferantur ipſorum reſignantium, aut Epiſcoporum reſignationes admittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitū multiplicatarum per extraneos collationum; Caſtropal. *part. 2. tr. 13. diſ. 6. punct. 2. §. 1. n. 7.* ait: *Adverto tamen, hanc conſtitutionem, quoad hanc conditionem, non videri uſu receptam, ſed potius à principio fuiſſe ab ea ſupplicatum.* Garc. 11. *par. de benef. cap. 3. n.* 270. Auguſt. Barboſ. *allegat. 69. n. 48. & conſequenter nec pœnas ob hanc cauſam ibidem impoſitas.* Idem innuit Pirhing. *in lib. 1. tit. 9. ſect. 4. §. 3.*

1344 Renunciatio facta ex metu gravi, juxta plures eſt ipſo jure nulla; per alios cum Caſtropal. *cit. §. 5. nu.* 4. eſt ipſo jure valida, ſed venit reſcindenda à ſuperiore: talis tamen metus eſſe debet extrinſecè incuſſus ab alio homine ad finem extorquendi renunciationem, juxta dicta de metu in votis, in contractibus, & matrimonio.

Hac ratione valida eſt renunciatio facta ex metu inimicitiæ in loco, ut dictum eſt *num.* 1341. aut ex metu malitiæ plebis, *ex cap. Niſi cum pridem* 10. *de renunc.* quia tunc renunciatio libere à reſignante eligitur tamquam medium ad malum, quod timet vitandum.

1345 Renunciatio verò facta dolo, ſeu fraude, eſt ipſo jure nulla. Caſtropal. *cit. n.* 7. & Pirhing. *cit. ſect. 7. §. 3.* quia metus minuit, ſed fraus, & dolus omnem tollit libertatem; *& ex l. 1. ff. de dolo, fraudatori ſua malitia non debet eſſe lucroſa. Nec debet quis alterius odio pragravari, ex reg 20. in 6. v. num.* 1664.

1346 Denique. Quævis reſignatio beneficii, etiam cauſa permutationis facta, & cujuſvis beneficii, ſive curati, ſive ſimplicis, &c. eſt publicanda intra determinatum tempus. Ità præſcribit Greg. XIII. in Bulla 85. *Humano vix judicio*, cujus ſummam refert Pirhing. *cit. ſect. 6. §. 5.*

„ Debent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ Debent autem publicari à quibuſvis reſi-
„ gnatariis, etiam exemptis, etiam officiali-
„ bus Curiæ Romanæ, imò ab ipſis etiam
„ Cardinalibus, ſi in eorum favorem benefi-
„ cia aliqua reſignentur; & quidem intra ſex
„ menſes, ſi in Curia Romana reſignatum ſit
„ beneficium, & hoc ſitum ſit citra montes;
„ ſi verò ultra montes ſitum ſit, intra 9. men-
„ ſes à die ſupplicationis datæ, & reſignatæ. Si
„ verò extra curiam coram ordinariis loco-
„ rum reſignatio facta ſit, intra tres menſes à
„ die, quo collatum beneficium reſignatum
„ fuit, computandos, quòd intra menſem à
„ tempore factæ reſignationis, ſub pœna pri-
„ vationis juris conferendi, à collatore incur-
„ renda, niſi intra menſem reſignatum be-
„ neficium reſignatario contulerit, & ſub pœ-
„ na nulliter factæ reſignationis, ſi forma
„ Gregorianæ conſtitutionis in factis his re-
„ ſignantibus ſervata non fuit.

## PERMUTATIO

1347 Eſt, quando duo Clerici ſua beneficia cedunt, ut alter alterius beneficium conſequatur. Unde involvit duplicem reſignationem conditionalem. Eſt autem à jure Canonico permiſſa, & poteſt ab Epiſcopo, ſeu ſuperiore ordinario admitti; non eſt enim aliud, quàm mutua permutatio beneficii proprii cum beneficio alterius.

Quatuor tamen requiruntur conditiones. Prima. Quòd fiat authoritate ſuperioris; quòd ſi fiat authoritate propriâ, erit nulla, & ſimoniaca. Nomine ſuperioris, veniunt Epiſcopi, & illi, qui juriſdictionem habent Epiſcopalem, licèt non dignitatem, ita ut ad ipſos ſpectet nedum conferre, ſed etiam privare. Si beneficia permutanda ſint in diverſis Diœceſibus, permutatio ab utroq; ordinario debet authoritatem deſumere.

Secunda; ut non fiat, niſi ex legitima ca-ſa; cauſæ legitimæ ſunt ſuperiùs recenſitæ; de non ſufficit ſolus permutantis favor, eius privatum temporale commodum; ſemper requiritur aliqua Eccleſiæ neceſſi- aut utilitas, ut qui uni loco eſt minùs u- alibi valeat ſe utiliùs exercere, *c. quæſitum de rerum permut. ¶ ſi autem.*

Tertia; ut, ſi beneficia permutanda ſ- inæqualia, talis exceſſus non compen- pecuniâ, aut alio temporali pretio æſtim- li, ſive talis exceſſus ſit in dignitate, ſpirituali, ſive in fructibus, domo- annexus titulo beneficii; aliàs erit ſimo- *n.* 1201.

Pariter ſimonia erit paciſci de aliqua ſ- ma pecuniæ pro compenſando aliquo o- quod extat in beneficio permutato; ſed- beneficia permutari debent.

Quarta conditio, ut permutatio non ſi- niſi inter duos. Hinc ſimoniaca eſt permu- tio triangularis, aut quadrangularis: v.g. Petrus ſuum beneficium cum beneficio P- permutat, ut Paulus illud Nepoti Petri - gent. Nam hæc (ut ritè obſervat Phœbe- *non tam eſſet permutatio quæ nonniſi* - *duos eſſe poteſt, ſed contractus quidam* - *minatus, Facio, ut facias ſive* Do, ut des, - *iure Canonico circa ſpiritualia reprobat-* *eò quòd in ſpiritualibus interdicta ſit* - *pactio, omniſque conventio ex c. fin.* de p-

De beneficiis agunt Caſtropal. *part.* - 13. Fagnanus *in locis citatis, & aliis, ut in* - *indice.* Phœbeus *lib.* 1. *ex tit.* 11. *ad* 17 - *cit.*

## DE JUREPATRONATUS.

1348 Juſpatronatus eſt poteſtas præſ- tandi inſtituendum ad beneficiu- vacans. Quod jus vendi non poteſt ſine ſimo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tia, *ex c. de jure 16. de jurepatr.* quia eſt ſpiritualium merum, ſeu ad beneficii collationem ordinatum: *v. n. 1241.*

Præſentatio eſt legitima perſonæ exhibitio per patronum facta Epiſcopo, vel alteri, ad quem inſtitutio pertinet.

Juſpatronatus Eccleſiæ, beneficii, aut Capellæ, non acquiritur, niſi per ejus novam fundationem, conſtructionem, aut per ejus jam erectæ competentem dotationem de propriis bonis, ex Trid. *ſeſſ. 14. de refor. c. 12.* Unde Gloſſa in *cap. Pia mentis 26. 16. q. 7.* affert verſum:

*Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*

Omnino tamen requiritur aſſenſus Diœceſani, ſine quo juriſpatronatus non acquiritur, *ex c. Nobis 25. de jurepatr.*

A dicta lege Trid. *ſeſſ. 25. de refor. cap. 9.* excipit, et ſequitur: *Exceptis patronatibus ſuper cathedralibus Eccleſiis competentibus: & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſupremos Principes, jura Imperii in dominiis ſuis habentes pertinent, & quæ in favorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt.*

1349 Juſpatronatus dividitur in laicum, Eccleſiaſticum, & mixtum. *Laicum* dicitur, ſi fundatio, conſtructio, aut dotatio ſit facta ex bonis propriis patrimonialibus. Eccleſiaſticum, ſi ſit facta ex bonis Eccleſiæ. Mixtum, ſi ſit facta partim ex bonis patrimonialibus, partim ex bonis Eccleſiæ, ſeu quod ex patronis Eccleſiaſticis, & laicis coaleſcit: *v. n. 1350.*

1350 Patrono plura competunt jura, 1. competit præcipuus locus in Eccleſia, 2. onus, & officium Eccleſiam, ejúſque bona tuendi, & protegendi, 3. Jus præſentandi ad beneficium vacans, 4. Quòd ſi ipſe, aut ejus filii ad ſummam inopiam pervenerint, debeant ex bonis Eccleſiæ à ſe fundatæ ſublevari, & ſuſtentari, ex relato *cap. Nobis.*

Quæ jura Gloſſa *in cit. cap. Nobis,* his verſibus comprehendit:

*Patrono debetur honor, onus, utilitaſque.*
*Præſens ut præſit, defendat, alatur egenus.*

Patrono Eccleſiaſtico conceditur tempus ſex menſium ad præſentandum, laico verò tempus quadrimeſtre à die notitiæ vacationis beneficii, intra quod ſi præſentare negligant, devolvitur collatio ad Superiorem illum, ad quem inſtitutio pertinet, *ex c. unico de jurepatr. in 6.*

Pariter collatio devolvitur, 1. Si patroni ſint plures, & intra ductum tempus de perſona inſtituenda non concordaverint, 2. Si perſona à majori parte patronorum præſentata, repugnantibus aliis, non poſſit ſine ſcandalo ſubſtitui; tunc námque poteſt, & debet Prælatus, ut melius ſecundum Deum judicaverit, Eccleſiæ providere, 3. Si de jurepatronatus contingat lis, & intra dictum tempus non fuerit definitum, cui competat, *ex c. quoniam 3. de jurepatr.* Idque proviſum eſt, ne Eccleſia diu maneat legitimo Rectore deſtituta, & ne beneficia diu ſuſpenſa maneant in Eccleſiæ perniciem: *v. n. 1274.*

1351 Epiſcopus non tenetur monere patronum de beneficiarii morte, ſi patronus potuit ſcire; tunc enim ad ipſum patronum ſpectat curare de uſu ſui juris.

E contra Mendo *in Epit. ver. beneficium, n. 4.* addit:

„ Quòd ſi beneficiarius diſtans decedat è
„ vita, ejúſque mortem ſolus Epiſcopus ſciat,
„ & non moneat patronum, qui eam non
„ potuit ſcire, & tranſeant quatuor men-
„ ſes deſignati patronis laicis ad præſentan-
„ dum, & ſex menſes deſignati poſt obitum
„ beneficiarii patronis Eccleſiaſticis; adhuc
„ non pertinet proviſio beneficii de jure de-
„ voluto ad Epiſcopum, ſicut pertineret, niſi
„ adeſſet ea circumſtantia; nam patrono

„ nequit tunc imputari omiſſio præſentandi. „ Quòd ſi Epiſcopus rectè provideat de jure „ devoluto Capellaniam, & in ejus inſtitione „ injungatur, conferendam fore perſonis ex „ tali loco, familiæ, aut ſanguinis, non po- „ terit pro libito eam aliis conferre.

1352 Hoc eſt diſcrimen inter patronum Eccleſiaſticum, & laicum ad præſentandum; quòd Eccleſiaſticus, poſtquam aliquem præſentavit, non poteſt intra ſuum tempus alium præſentatare, poteſt verò patronus laicus, *ex c. cum autem 24. Paſtoralis 29. de jurepatronatus*. Et hæc potuit eſſe ratio; quia in Eccleſiaſtico præſumitur cognitio idoneitatis, & morum præſentati, non ſic in laico. Hæc autem limitatio præſentationis in Eccleſiaſtico, compenſatur per conceſſionem longioris temporis, ut diligentiùs ſuper idoneitate præſentandi perquirat, cùm variare non poſſit.

Quòd ſi patroni ſint duo, unus Eccleſiaſticus, hoc eſt jure Eccleſiæ, & alter laicus, hoc eſt jure laicali: *ut in n. 1343.* tunc laicus variare poteſt, & ſimul ſex menſes habet ad præſentandum: Habet ſex menſes ad præſentandum, ob communionem cum Eccleſiaſtico, & dignius ad ſe trahit minus dignum: Poteſt variare, ob privilegium, quod per ſe habet, cujus commodum ſentit etiam ipſe patronus Eccleſiaſticus ob communionem cum ſocio privilegiato in re communi, & ne privilegiato ſocietas non privilegiati præjudicet.

1353 Præſentatio fieri debet de perſona idonea. Si ſit de indigno, & in ea perſiſtatur, libere poteſt Superior beneficium perſonæ idoneæ conferre; quia præſentatio indigni eſt præſentatio nullius, & ſe habet toto legitimo tempore pro non facta. Colligitur *ex c. 2. de transl. Epiſc. & ex c. tuæ 12. de Cler. non reſid.*

Præſentatus debet à ſuperiore examinari ſuper idoneitate. Et repertus idoneus, debet ad beneficium inſtitui, ità ut ſi Epiſcopus illum inſtituere negligat, & abſq; cauſa legitima, ſine patrono, beneficium alteri conferat, collatio eſt ipſo jure irrita. Panor. *in c.* [illegible] *de jurepatr.*

1354 Non poteſt Epiſcopus malitioſè repellere præſentationem à patrono factam, ad effectum, ut alium præſentet. Et tunc, ſi patronus alium præſentet, valida eſt inſtitutio ſecundò præſentati, ſed Epiſcopus in pœnam tenetur ei, quem recuſavit, de alio competenti beneficio providere, *ex c. Paſtoralis 29. de jurepatr.*

Si verò patronus laicus ex ſua libertate plures præſentaverit, liberè poteſt Epiſcopus quem maluerit, inſtituere, ſi ſint æquè digni; per hoc namq; non læditur jus patroni; quia per variationem nominationis non cenſetur priorem revocare, ſed priori aliam cumulat, *ex c. cum autem 24. de jurepatr.* Quòd ſi non ſint æquè digni, tenetur Epiſcopus inſtituere digniorem: ita probabilius cùm Caſtrop. *part. 2. tr. 13. diſ. 2. punct. 9. n. 3. & alii. à n. 1358.*

1355 Si perſona à patrono laico præſentata in examine non reperiatur idonea, & Epiſcopus benigne ei indulgeat, ut melius ſe præparet, & redeat ad ſecundum examen: tunc Patronus id ſciens poteſt alium intra tempus legitimum præſentare ſub conditione, ut hic inſtituantur, in caſu quòd prior idoneus non reperiatur. Et hoc pacto jus ſuum ſervat illæſum, nam aliàs Epiſcopus, quadrimeſtre elapſo, ſuppoſità incapacitate præſentati, liberè poſſet alium inſtituere: *ut in nu. 1351.* Nec tenetur Epiſcopus patronum monere de incapacitate præſentati, ſed poſſet liberè uti jure ſuo.

1356 Non poteſt patronus præſentare ſe ipſum, *ex c. per noſtras 26. de jurepatr.* poteſt tamen præſentare proprium filium, Panor. *in c. conſuluerit*, quem plures ſequuntur; quia

Pa-

Pater, & filius ſolùm per ſolam juris fictionem cenſentur una perſona, at re ipſa ſunt duæ perſonæ.

1357 In jurepatronatus hæredes ſuccedunt per ſtirpes, non per capita. Et ſic, ſi Petro patrono ſuccedant duo filii, Joannes, & Franciſcus, & his defunctis, ſuccedant unus filius Joannis, & duo, aut plures filii Franciſci; hi duo, aut plures filii Franciſci ſuccedunt, non tamen ut tot patroni, ſed ut unus patronus in jure ſtirpis, nempe ſui patris Franciſci.

## QUÆRES.

1358 *An patronus teneatur præſentare digniorem?*

Reſpondeo cum Caſtropal. *part. 2. tract. 13. diſ. 2. punct.* 7. ſi patronatus ſit Eccleſiaſticus, patronus in beneficiis curatis tenetur præſentare digniorem, ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 1. de ref.* his verbis,

*Meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem utilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant: eoſq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi, quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, non quidē precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum meritis præſci diligenter curaverint.*

In beneficiis verò ſimplicibus, ſi patronatus ſit Eccleſiaſticus, non tenetur patronus præſentare digniorem; quia nullibi extat hoc onus.

1359 Si patronatus ſit laicalis, patronus, ſive in beneficiis ſimplicibus, ſive curatis, tenetur præſentare dignum, ſed non tenetur præſentare digniorem. Conſtat, quia Conc. Trid. in tali præſentatione non expoſcit concurſum, ex quo videtur innuere, quòd ſufficiat, ſi præſentetur dignus, & eligatur. Imò hoc clare inſinuat *ſeſſ. 24. de refor. c.* 18. his verbis.

*Peracto deinde examine, renuncientur quotcumq; ab his idoneis judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandum opportunis, ex hiſq; Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atq; illi, & non alteri, collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. Si verò jurispatronatus Eccleſiaſtici erit, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, ut ab eo inſtituatur. Cum verò inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quam patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. Quòd ſi jus patronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, ut ſuprà, examinari, & non niſi idoneus repertus fuerit, admitti.*

1360 Præſentatus tamen ſemper debet ab Epiſcopo examinari pro idoneitate comprobanda. Quòd eſt verum, etiam ſi inſtitutio ſit facienda ab inferioribus. Trid. *ſeſſ. 25. de ref, c. 9.* his verbis:

*Ad hæc liceat Epiſcopo præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere. Quòd ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen juxta alias ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur; alioquin inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit, & inanis.*

De jurepatronatus agunt Caſtropal. *part. 2. tr. 13. diſ. 2.* Ant. à Spir. Sanct. *tom. 1. tr. 4. diſ. 4. ſect. 22.* Fagnanus *lib. 3. ſub hoc tit.* Pirhing. *in Comp. lib. 3. tit.* 38. Phæbeus *lib. 1. tit.* 15.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DE PENSIONIBUS, ET PRÆSTIMONIIS.

1361 PEnſio eſt jus percipiendi fructus certos, ex beneficio alieno, auctoritate legitimâ, ad tempus, juſta de cauſa conceſſum. Hinc non eſt beneficium, cùm hoc ſit perpetuum, & detur in titulum, non ſic Penſio; unde ex Trid. *ſeſſ.* 21. *c.* 2. *de ref.* non poteſt quis ad penſionem ordinari; ut in *no.* 3. *n.* 48. *ad* 50.

Penſio ex dictis *n.* 509. eſt duplex laica, & Clericalis. *Laica* eſt, quæ datur titulo temporali, nimirum ob aliquod temporale obſequium, aut officium præſtitum, aut præſtandum; v. gr. ob pulſandum organum, ob canendum figuratè in choro. Ant à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 4. *diſ.* 4. *ſect.* 21. *n.* 335. Propter ſenectutem, paupertatem, &c. laica erit, ſive detur laico, ſive Clerico, ſi titulus ſit temporalis; materialiter enim tunc ſe habet, quòd penſionarius ſit Clericus: *v. n.* 380.

1362 Clericalis eſt, quæ datur ſoli Clerico titulo clericali. Quæ eſt duplex, una, quæ datur Clerico ob aliquod ſpirituale munus exercendum, quæ dicitur ſimpliciter ſpiritualis; v. gr. ad recitandum Officium; pro munere coadjutoris Epiſcopi, Concionatoris, Viſitatoris &c. Alia, quæ datur ob aliquod temporale motivum, putà ſenectutem, paupertatem, &c. Sed exigit ut penſionarius ſit Clericus: & hæc dicitur penſio mixta.

Ad penſionem Clericalem requiritur ſeptennium completum; quia requiritur Clericatus, ſeu prima Tonſura. Fagnanus *lib.* 1. *c. Cùm in cunctis, de elect. n.* 98. *v. tom.* 3. *n.* 21.

1363 Penſiones ſuper beneficiis imponere poteſt Papa, quia ad ipſum ſpectat plena beneficiorum diſpoſitio, *ex c.* 1, *de b.* *ben. in* 6. Expoſcit tamen juſtam cauſam citè imponat, ne diſſipator appareat, ſe[d ad]miniſtrator.

1364 Cæterùm, ſtando in jure Cano[nico] nullus inferior Papa poteſt ſuper bene[ficiis] penſiones imponere.

1365 Et quamvis poſſit Epiſcopus, judex delegatus penſionem imponere in [cau]ſa tranſactionis, ex *c. niſi,* 21. *de Præben.* mirum in caſu, quo ſuper eodem bene[ficio] ſit jus dubium, & lis inter duos Cleri[cos] tunc námque Epiſcopus ad compone[ndam] litem, poteſt uni beneficium conferre, [cum] onere, ut alteri penſionem ſolvat. Id[que] imponi non debet, niſi ad tempus, vide[licet] durante vitâ beneficiarii, ut vult com[munis], durante vita penſionarii, ut docent apud Ant. à Spir. Sanct. *to.* 1. *tr.* 4. *diſ.* 4. 27. taliter, quòd non beneficium, ſed ſola [per]ſona beneficiarii maneat onerata; & hoc [fa]cto non fit ſectio beneficii quoad fructus nam penſio morte beneficiarii, aut penſion[a]rii extinguitur. Non poſſunt autem colli[gan]tes id propriâ auctoritate præſtare ſine [con]ſenſu Epiſcopi; quia eſſet ſimonia, cum p[enſio] ſit rei ſpirituali annexa.

1366 Imò, quamvis plures Doct[ores] apud Pirhing, *in comp. lib.* 3. *tit.* 12. doceant poſſe Epiſcopum in quibuſdam ca[ſibus] ſpecialibus ex juſta, & neceſſaria cauſa, vel evidentem Eccleſiæ utilitatem, penſion[em] imponere: hoc tamē docent cum limitatio[ni]bus, 1. Ut non imponat in perpetuum, cum facultate transferendi ad alterum, durante vita penſionarii, 2. Ut non im[po]nat præciſè in favorem alterius, aut [con]ferendo beneficium cum pacto penſionis [ſol]vendæ, quod ſimoniam ſaperet, ſed ob Eccleſiæ utilitatem, aut neceſſitatem, Ita Pirhing,

1367

1367 In his igitur caſibus non beneficio, ſed beneficiario cenſetur penſio impoſita. Et inde remanet, quòd nullus inferior Papa poſſit penſionem imponere, loquendo de penſione in ipſo beneficio conſtituta; quæ quidem eſt ſervitus ipſi beneficio impoſita, adeóq; perpetua, quæ non beneficiarii morte finitur, ſed tranſit ad ſucceſſorem.

1368 Impoſitio, ſeu reſervatio penſionis fieri poteſt, tam ante, quàm poſt beneficii collationem; ſed regulariter fit, cum beneficium confertur. Semper tamen attendi debet, ut ſimoniæ periculum vitetur.

1369 Nam ſive in præſentatione, ſive in collatione beneficii, pactio de penſione ſolvendi ſine auctoritate Papæ eſt ſimoniaca, *ex c. cum Nos 34. de ſimonia, c. fin. de pactis, &c. Si quis objecerit, 7. 1. q. 3.* Ubi omnis pactio, & contractus onéroſus circa beneficia prohibetur, & præcipitur, ut ſimpliciter conferantur. Ibiq; additur ratio; quia *quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit: v. à num. 1201 ad 1204. & 1209.*

1370 Hinc fit, quòd patronus, nedum non poſſit ſine auctoritate Papæ, abſq; ſimoniæ labe, penſionem imponere, ſed neque aliquid pro præſentatione recipere, *ex c. de jure 16. de jurepatr,* ob rationem *de n.* 1225. quia de cauſa princeps in præſentatione, quam facit Pontifici, proponit ſimul penſionem, quam cupit imponere, & liberum conſenſum ipſius promovendi.

1371 Pariter Epiſcopus ipſe beneficium conferendo, ſtando in jure communi, non poteſt ſibi partem fructuum beneficii retinere; quia beneficia ſunt ſine diminutione conferenda; *c. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.*

1372 At poteſt Epiſcopus de conſenſu capituli redditus beneficii vacantis, aut partem ob juſtam, & neceſſariam cauſam ad tempus reſervare, putà ad ſolvenda Epiſcopatûs debita, ad fabricam Cathedralis, aut aliam communem cauſam. Sed non poteſt illos reſervare directè in ſui, ſuæ menſæ, aut menſæ capituli utilitatem: ità ibi.

1373 Subdit Pirhing. *in com. lib. 3. tit. 12. §. 1 Quod ſi tamen conſuetudo alicubi vigeat ut ex primi anni fructibus beneficiorum, in Diœceſi exiſtentium, ad augendos Epiſcopi redditus, reſervetur aliquid, obſervandum hoc eſt, cùm nullibi clara hujus rei prohibitio ſit, neq; ulla ſimoniæ ſit ſpecies, & multam etiam probabilitatem ex annatis Pontifici ſolvendis trahere poſſit.*

1374 Penſionarius per ſe, & ſpectato jure communi, tenetur ad ſolvenda onera beneficio Eccleſiaſtico annexa; pro rata tamen penſionis, *ex reg. 77. juris in 6. rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.*

1375 Penſio, ſi ſit impoſita beneficio, eo vacante, & vivente penſionario, eſt ſolvenda ab adminiſtratore beneficii. Imò ſi beneficiarius aliquas annualitates omiſit ſolvere in quantum illas ad uſus privatos conſumpſit, onus eas ſolvendi tranſit ad hæredes illius, ſi aliquid ex ejus fructibus ad ipſos pervenit; quod ſi nihil hæredes perceperunt, peti poſſunt à beneficiario ſucceſſore; quia onus eſt reale, & impoſitum beneficio, adeóque cum eo tranſit, penſionario vivente: *v. num.* 1365.

1376 Penſio ceſſat, & extinguitur, 1. per mortem penſionarii, 2. per matrimonium à penſionario contractum de præſenti, ſi penſio ſit Clericalis: vel per promotionem ad Epiſcopatum, profeſſionem religioſam, vel per aſſumptam militiam; quia penſio æquiparatur beneficio, 3. ſi penſionarius libere penſionem in perpetuum remiſit.

1377 Penſio Clericalis non poteſt vendi ſinè ſimoniæ labe, ex Bulla Pii V. bene verò penſio laicalis. Tancr. *tr.* 2. *lib.* 4. *d.* 20. *n.* 2. Caſtropal. *d.* 3. *de ſimonia p.* 13. *nu.* 7. Anton. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 4. *diſ.* 4. *ſect.* 21. *n.* 336. *& alii apud ipſum.*

1378 Ratio primi; quia penſio Clericalis habet annexum titulum ſpiritualem; nam eſt jus percipiendi fructus ob officium ſpirituale; & ſaltem obligat ad recitandum Officium Virginis: *v. n.* 1361.

Ratio ſecundi; quia penſio laicalis non eſt annexa titulo ſpirituali, nec ex parte finis, nec ex parte ſubjecti.

1379 *Nec obſtat* (ait Ant. à Spir. Sanct.) *quòd illa Penſio extracta ſit ex aliquo titulo ſpirituali, nempe ex beneficio, ad hoc ut ſit ſpiritualis. Nam etiam tertiæ decimarum Regi conceſſæ, extractæ ſunt ex beneficiis; & tamen quia ad nullum officium ſpirituale ordinantur, vendi poſſunt, & de facto quotidie venduntur.*

Adde, penſionem non extrahi ex beneficio prout dicit munus ſpirituale, ſed prout importat fructus temporales.

1380 Neque obſtat, quòd penſionarius ſit Clericus, ſi titulus ſit laicalis, quia id materialiter ſe habet, ex *num.* 1362. Unde ex *n.* 508. non tenetur talis Clericus ad recitandum Officium Virginis, niſi penſio ſit ei data, ut Clerico, nempe titulo Clericali, ſeu ſpirituali; ut expreſsè conſtat ex Bulla Beati Pii V. incip. *Ex proximo*, 20. Septembris 1571. his verbis:

*At quicumque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, ut Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium parvum B. Mariæ, Virginis decernimus obligatum, & penſionum fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium.*

1381 Si tamen Beneficiarius penſionem propriâ authoritate redimat, ſimoniam non committit. Caſtropal. *cit. num.* ... cred. *tract.* 2. *lib.* 4. *diſt.* 20. *num.* ... Spir. S. *cit. num.* 339. & nonnulli ... pſum, Contra Navar. Sotum, & alios. ... redemptio penſionis non eſt emptio ... jus juris ſpiritualis, ſed extinctio ... temporalis. Imò eſt quædam ... ſolutio, per quam non tollitur, ... ſolvitur jus, quod penſionarius habet ... recipiendos fructus; ſed perficitur ... completur. Adeóque, qui penſionem ... mit, non emit jus penſionarii ad fructus ... ſed anticipatè ei fructus, ad quos ... jus, ſolvit. Solet autem auctoritas ... ficis ad redemptionem penſionis interve... re ob majorem ſecuritatem, & ex ſtylo ... riæ.

1382 Illud certum eſt, quòd qui ... legitima licentia reſignat beneficium ... onere penſionis, non poteſt facere pactum ... conſtituta penſio poſtea redimatur; ... tale pactum, & onus, cum ſit pretio æſtimabi... le, ſimoniam importat. Ant. à Spir. S. ... *n.* 339.

1383 Ex his colliges, quòd aliud ... vendere penſionem, & aliud vendere fru... ctus penſionis; nam vendere penſionem ... vendere jus ad fructus, quod in penſio... ne Clericali habet titulum ſpiritualem an... nexum, adeóque ſinè ſimoniæ labe ven... non poteſt, ut ex *num.* 1361. & ... Vendere autem fructus penſionis, eſt ven... dere rem purè temporalem, quæ ... poteſt ſinè ſimonia pretio temporali ... Et jus, quod conſurgit in emptore ad ... los fructus, non eſt jus ſpirituale, ... ſit titulus ſpiritualis annexus, ſed eſt ... omnino temporale, conſurgens ex con... ctu materiali, & civilis emptionis; ... eſt, inquam jus penſionarii, ſed emp...

...ſis ; qui proinde ut emptor fructus penſionis colligit , & recipit nomine penſionarii.

1384 Hac de ratione beneficiarius ipſe, ſinè ſimoniæ labe , fructus beneficii ... , imò etiam ſuâ durante vitâ ven... non enim vendit titulum, & jus benefi...

1385 Eadem pariter dicenda veniunt de patrimoniis , quæ titulo ſpirituali dantur. ... patrimonia ſunt quaſi penſiones quæ ... ſingulis beneficiis ſeparatæ pro ſuſtentatione pauperum Clericorum, ut in Clero ... A penſionibus diſtinguuntur, ... patrimonia non ſunt perſonalia, aut vi... ut penſiones , ſed perpetua ; unde non ... per mortem ea habentium , ſed ... Ecclesiaſticum aliis transferri poſſunt. Ità Ant. à Spir. S. cum com. *vide* ... ;

QUÆRES.

1386 *An penſione jam collatâ , poſſit Princeps imponere penſionario onus, ut partem penſionis ſibi, aut alteri ſolvat?*

Reſp. non poſſe , ſi penſionarius ſit Clericus , niſi urgeant , & adſint conditiones relatæ in impoſitione gabellæ *à num.* ... Conſtat ex dictis *à num.* 704. *ad* 714. Quod eſt verum, ſive penſio ſit Clericalis , ſive laicalis , quia licèt fructus ſit temporalis , eſt fructus Clerici , adeóque exemptus.

1387 Si verò penſio ſit laicalis , & ... laico , recurrunt dicta *à num.* 791. ... Illud certum eſt , non poſſe ad longum tempus imponere ; quia id eſſet penſionem transferre , & penſiones transferri non poſſe ſinè licentia Papæ , decrevit B. Pius V. *Conſtit.* 73. *Sacroſanctum*, *in tom.* 2. *Bullar.* & Urbanus VIII. *Sanctiſſimus* , *in tom.* 4.

De penſionibus, agunt Caſtropal. *par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 11. Fagnanus *lib.* 1. *cap. Cum in cunctis* , *de elect. à num.* 99. *ad* 105. *cap. Ad audientiam, de reſcriptis à num.* 136. *& lib.* 2. *cap. Gravis, de reſtit. ſpoliat. num.* 36. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 12. Phebæus *lib.* 1. *tit.* 16. *a num.* 24.

## CAPUT V.

### DE MONIALIBUS.

1388 IN Monaſteriis , ubi eſt præfixus Monialium numerus, ſi augeantur redditus, poſſunt aliæ admitti, juxta eorum incrementum, quia præfixio ſupponitur facta, ne Monaſterium gravetur.

1389 Numerus Converſarum, juxta mentem Clem. VIII. non debet excedere tertiam partem Choriſtarum.

1390 Choriſtæ ( minimè Converſæ ) afferre debent dotem pro ſuſtentatione ; quæ debet eſſe à S. Congr. aut ab Epiſcopo conſideratis conſiderandis taxata.

Debet præfigi æqualis pro Civibus, & exteris. Sac. Congr. 30. Septembris 1616. Non poteſt Monaſterium plus, aut minus taxa recipere , ſed plus eſt reſtituendum. S. Congr. 2. Maji 1596. Non minus, ne Monaſterium gravetur. Non plus, ne ſimonia committatur. Non prohibetur autem, ſi aliquid omnino liberaliter pietatis, & virtutis causâ, extra dotem elargiatur.

1391 Tertia Soror, ex S. Congr. 5. Septembris 1604. ducere debet duplicatam dotem, quarta Soror triplicatam ; inſuper tertia, & quarta carent voce. Sed in hoc attendenda eſt conſuetudo, & praxis.

1392 Dos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1392 Dos eſt ſolvenda, quando fit profeſſio, minimè prius, ne tollatur puellæ libertas; debet tamen prius apud perſonam fidelem Monaſterio beneviſam depoſitari, pro ejuſdem Monaſterii ſecuritate: *v. àn.* 1107. *ad n.* 1111. Item *v. n.* 899. & 900.

1393 Novitiæ, ſi ad ſæculum redeat, reſtituenda ſunt omnia utenſilia, & bona, quæ pro ſe ſecum detulit, & ſua ſunt. Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. Quòd ſi intra Novitiatum moriatur, reſtituenda ſunt hæredibus.

1394 Novitiatus debet eſſe unius anni integer de momento ad momentum; ità ut ſi Novitia ſinè licentia ad breviſſimum tempus exeat, animo deferendi Religionem, interrumpatur.

1395 Novitiæ voluntas explorari debet ante profeſſionem: *An ſit coacta, ſeducta, & an ſciat, quid agat.* Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 17.

1396 Intra bimeſtre ante profeſſionem facere debet renunciationem bonorum, ex Trident. *ſeſſ.* 25. Quæ revocari non poteſt, niſi per teſtamentum, ſi tunc mori contingat. At ſi è Religione egrediatur, ſive ante profeſſionem, ſive poſt, ſuppoſitâ profeſſione invalidâ, renunciatio corruit; quia includit virtualem conditionem: Si validam profeſſionem emittat.

1397 Novitia, ſi poſt primum quadrimeſtre infirmetur cum periculo mortis, poteſt ex indulto B. Pii V. profeſſionem emittere. Poteſt etiam tunc renunciationem condere, aut teſtamentum.

1398 Profeſſio facta ante annum vigeſimum ſextum expletum, tam pro viris, quàm pro mulieribus, eſt invalida. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15.

1399 Mortaliter peccant, & excommunicationem incurrunt cogentes mulierem invitam ad ingreſſum Monaſterii ad finem profitendi, vel ad habitum ibi ſuſcipiendum, aut ad profeſſionem emittendam: *Præterquam caſibus in jure expreſſis.* Quam pœnam [illegible] runt etiam conſulentes, aut quovis [illegible] cooperantes ad vim. Pariter peccant, [illegible] eamdem pœnam incurrunt impedientes [illegible] greſſum, aut profeſſionem. Conc. Trid. [illegible] 25. *cap.* 18.

1400 Vis, & metus injuſtus cadens in [illegible] cum conſtantem, incuſſus à parentibus, [illegible] alio homine, ad finem ingreſſus, & profeſſio[illegible] nis, nullam reddit profeſſionem, juxta [illegible] citata *n.* 1344.

1401 Quòd ſi puella domi ſit à parenti[illegible] gravibus anguſtiis preſſa, & urgentibus [illegible] nis perterrita, non ad finem, ut ſtatum Reli[illegible] gionis eligat, ſed ex alia cauſa; & puella [illegible] naſterium ingrediatur, & profiteatur; va[illegible] eſt profeſſio, & libera, ob rationes [illegible] *in locis citatis nu.* 1344. non obſtante [illegible] metu reverentiali. Ipſi verò parentes, [illegible] vertant puellam inde ſumere voluntatem [illegible] gendi ſtatum Monaſterii, & à ſævitie [illegible] deſiſtant, mortaliter peccabunt, & cenſur[illegible] Trid. incurrent, per illa verba: *Quomodocum[illegible] que coegerint.*

1402 Item, ſi vis gravis incuſſa ad fi[illegible] Religionis, & profeſſionis ſit juſta, valida [illegible] profeſſio, & illam incutientes non peccant [illegible] ut patet per verba Trid. *de nu.* 1399. *Præter[illegible] quam in caſibus in jure expreſſis.*

1403 Tres poſſunt contingere caſus. [illegible] mus. Si conſtet, puellam votum Religio[illegible] emiſiſſe, quod non ſit relaxatum; unde [illegible] poteſt ad executionem voti promiſſi.

1404 Secundus. Si mulier matrimo[illegible] contracto, poſt bimeſtre conceſſum ad de[illegible] liberandum de Religione, recuſet matrimo[illegible] nium conſumare; tunc cogi poteſt ad utrum[illegible] libet, ad conſummationem ſcilicet, vel Reli[illegible] gionem.

1405 Tertius. Si ambo conjuges ſint [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuo conſenſu Religionem ingreſſi, & unus profeſſionem emiſerit, alius verò voluntate mutatâ recuſet profeſſionem; poteſt ad illam cogi, ex ſpeciali obligatione, quam liberè aſſumpſit ad profitendum; qua ratione Clerici, Subdiaconatu liberè ſuſcepto, cogi poteſt ad votum caſtitatis emittendum, ſi illud recuſet: *vide dicta in imped. matrim. de voto.*

1406 In dubio de vi, & metu profeſſionem invalidante, ſtandum eſt pro valore profeſſionis, quia poſſeſſio ſtat pro profeſſione, quæ eſt certa.

1407 Nota Si parentes nobiles puellæ proponant, ſe ob inſufficientiam dotis non valere nubere pari, ut propria conditio expoſcit, & hoc, aut motivis ſimilibus, ac veris, eidem ſuadeant electionem Religionis, & inde puella Religionem profiteatur, valida erit profeſſio; quia non fuit illata vis, ſed propoſita humana, & honeſta veræ convenientia ſtatus.

Eâdem ratione, ſi puella profiteatur ob purum reverentiam Patris, aut alterius ſui majoris, cui diſplicere timet, valida, eſt profeſſio; quia non eſt timor injuſtus, ſed fundatus in reverentia, quæ jure naturæ eſt parentibus debita; & timor reverentialis profeſſionem invalidans non eſt, niſi ille, cui ſunt graves minæ ab extrinſeco incuſſæ ad finem extorquendi profeſſionem.

1408 Quòd ſi recenſita puella profeſſionem emiſit, cum expreſſâ intentione nolendi ſe ad vota obligare, peccavit mortaliter, & pro tempore ſequenti perdurat in continuo peccato mortali, ob continuum onus, quod habet obligandi ſe ad vota expreſsè, licèt occaſione, & voluntate mutatâ, juxta dicta *in imped. matr. de Ordine ſacro.*

1409 Monialis tranſiens de uno in aliud Monaſterium, debet novum Novitiatum perficere; quia debet novam profeſſionem emittere: Et habilis pro uno, non cenſetur ad cætera habilis. Sanchez *in ſumm. lib. 5. cap. 4. num. 12.*

1410 Moniales non poſſunt intra Monaſterium Euchariſtiam retinere. Ex Trid. *ſeſſ. 25. cap. 10.*

1411 Poſſunt Corporalia, Agnus Dei, & ſimilia, ut ea componant, & ornent, tangere.

1412 Non poſſunt habere oſtium intra Eccleſiam, per quod poſſint è Monaſterio ad Eccleſiam egredi. Greg. XIII.

1413 Non poſſunt erigi Confraternitates in Eccleſiis Monialium.

1414 Poſſunt eſſe teſtes in cauſis criminalibus Monialium; imò duæ ſufficiunt ad condemnandum, quamvis duæ mulieres ſæculares non ſufficerent. Non poſſunt cogi, ut ſint teſtes in cauſis ſæcularium, niſi quando aliundè veritas conſtare non poſſet. Puellæ autem ſæculares non ſunt exemptæ à poteſtate ſæcularis fori.

1415 Gaudent privilegiis, & indulgentiis virorum ſui Ordinis, quibus ſunt capaces: *v. n. 471.*

1416 Poſſunt per Procuratorem tenere infantes in Baptiſmo, quamvìs non poſſint Monachi; quia ſub ea prohibitione non comprehenduntur.

1417 Abbatiſſa eligenda eſſe debet ætatis annorum quadraginta expletorum, & profeſſionis octo. Quòd ſi nulla talis in Monaſterio reperiatur, poteſt diſpenſare Prælatus, ut eligatur, quæ trigeſimumum ætatis annum excedat. Monialis in infirmaria ægrotæ ſuffragium eſt ſuſcipiendum per diſquiſitrices. Et ſervanda ſunt dicta de electione *à nu. 1277.*

Suffragia dari debent per ſcrutinium ſecretum à Monialibus profeſſis, inter quas

non veniunt Converſæ. Quantùm ad ætatem ſuffragantiam, ſtandum eſt propriis ſtatutis. Scrutinium, datis jam ſuffragiis, eſt diſquirendum à Præſide, & diſquiſitricibus quoad numerum, an ſcilicet numerus ſuffragiorum ſit conformis numero vocalium; quo peracto, ſcrutinium eſt publicandum, minimè quoad nomina ſuffragantium, quia hæc debent eſſe ſecreta; ſed quoad nomina, quibus ſunt ſuffragia lata, & quoad numerum ſuffragiorum.

1418 Prælatus Monialium debet Electioni præſidere, & ſuffragia recipere, haud intus Clauſuram, ſed ad Crates.

1419 Poteſt tamen clauſuram ingredi in viſitatione, tres ſecum ducendo ſocios. Item in caſibus magnæ neceſſitatis, & ad Sacramenta miniſtranda, ſecum probum ducendo ſocium, uti ducere poteſt Confeſſarius.

1420 Moniales monendæ ſunt, ut ſaltem ſemel ſingulis menſibus confiteantur, & Euchariſtiam ſumant. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 10.

CONFESSARII MONIALIUM.

1421 NOn ſufficit, ſi ſint pro ſæcularibus approbati; ſed requiritur, quòd in ſpecie ſint approbati pro Monialibus. Approbatus pro uno Monaſterio, aut pro una Moniali, aut pro una vice, non poteſt audire Confeſſiones alterius Monaſterii, & reſpectivè alterius Monialis, aut aliâ vice, deputatione expletâ. Clemens X. anno 1670. *Superna* §. 2. ut infrà de Sacr. Pœnit.

1422 Confeſſarii Monialium, quæ Regularium gubernio ſubſunt, non ſolùm à propriis Prælatis, verùm etiam debent eſſe approbati ab Ordinario loci, qui tamen non poteſt deputare quem vult; ſed eorum deputatio, & præſentatio, ad ipſos Superiores Regulares ſpectat, & ab eis per proprias litteras patentales eſt facienda. Greg. XV. *Inſcrutabili.* Confeſſarius autem ad triennium à Superiore Regulari deputatus, non poteſt ab Ordinario limitari ad annum; ſed eſt vel ad trienium admittendus, vel abſolutè rejicien[dus]. Conſtat ex Epiſtola S. C. Epiſcop. & R[eg.] ſub die 4. Maji 1696. Ordinario Cata[nensi] apud Matthæucci *tom.* 1. *ſub tit. de Conf[eſſa]riis Monialium*, tenoris ſequenti:

*Referito in Sacra Congregatione dell' Eminentiſſimo d' Adda, tutto ciò, che V. S. ha [rap]preſentato in ordine all' approvatione fatta lei per un ſol anno del Confeſſore ordinario [de]putato dal Provinciale della Provincia O[ſſer]vante di Sicilia, per le Monache del Monaſte[ro] di S. Chiara d' Adernò di coteſta Dioceſi, [ſog]getto all' Ordine de' Minori Oſſervanti di [S.] Franciſco: queſti Eminentiſſimi miei Sig[nori] ſono ſtati di ſenſo, ch' Ella, ò ammetta il Confeſſor deputato à compire il triennio, ò aſſolutamente lo rigetti; e che in advenire debba oſſervarſi dal principio dell' approvatione [de'] ſimili Confeſſori. Glielo ſignifico, & il Sig. [Id]dio la proſperi.*

1443 Moniales unius Monaſterii non [poſ]ſunt virtute Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, [eli]gere Confeſſarium non approbatum pro [illis], ſed pro ſæcularibus, aut pro Monialibus [alte]rius Monaſterii. Lantuſca *ver. Jubilæum* ... Matthæucci *de Confeſſariis Monialium* ... liz. *de Monialib. cap.* 9. *n.* 20. & 21. com. Peyr. *tom.* 3. *c.* 4. *n.* 4. *pag.* 325. Bonac. *de Sac.* *diſ.* 5. *q.* 7. §. *num.* 22. Port. & Summa Di[ana] *ver. Jubilæum n.* 20.

Qui affirmant, id poſſe virtute Jubilæi, quia attentatâ ſolitâ formâ Jubilæi apparet, Summum Paſtorem tempore illo univerſalis gratiæ nullum velle excludere à libertate ſua confitendi peccata. Quod confirmant, *ex Conſt.* 17. Urb. VIII. *Pontificia ſolicitudo*, 28. *Januarii* 1624.

1444 Mea autem reſolutio negativa pro[ba]batur, 1. *ex Reg.* 81. *juris in* 6. *In generali con*[*ceſſione*]

*conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*

1445 Secundò, ſequitur ex Bulla Clem. X. cit. n. 1421. & ex Bulla Urb. VIII. *In ſpecula, ſub die* 19. Junii 1630. ut ſequitur:

*In Specula, &c. Nos, &c. Motu proprio, &c. Conceſſionem S. Cruciatæ quæ reſpectu facultatis hujuſmodi, etiam laicis, & Clericis ſæcularibus cujuſcumque ſtatûs, gradûs, & conditionis, etiam ſpeciali notâ dignæ, quoad caſus reſervatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos, non niſi in foro conſcientiæ, minimè autem in foro externo ſuffragatur, aliorumque indultorum hujuſmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi confeſſarium, & abſolvendi prædictos à caſibus reſervatis, etiã in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum & aliorum quorumcumq; Ordinũ, ſuffragium minimè habuiſſe, neq; habere, neque illis ullo modo ſuffragari potuiſſe, neq; poſſe, &c. ſed noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe, quòd iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, &c. ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedis Apoſtolicæ, quoad ſibi reſervata ſubjecti ſint, earumdem tenore præſentium perpetuò declaramus, &c. ac irritum, & inane, ſi ſecus, &c. Datum Romæ, &c. die 16. Junii 1630.*

Ubi per illa verba, *aliorumque indultorum hujuſmodi*, excludit Jubilæum, ità ut velit, nec Bullam, nec Jubilæum, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſuffragari Regularibus, & Monialibus. Vide infrà, *de Bulla, Iubileo, & caſibus reſervatis.*

1446 Tertiò, meam magis firmant ſententiam Bulla ipſa Urban. VIII. *n.* 1443. relata pro parte oppoſita; nam ibi non dicitur abſolutè, ut Sanctimoniales eligere valeant Confeſſarios ſæculares, vel Regulares ab eiſdem Ordinariis locorum probatos; ſed additur: *Ab eiſdem Ordinariis locorum ad id probatos*; hoc eſt, ad munus Sanctimonialium Confeſſiones excipiendi probatos. Unde Bulla ſupponit Confeſſarios jam probatos per illis: Generaliter autem approbatos pro ſæcularibus non cenſeri aprobatos pro Monialibus: *Sed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione*, decernit Clem X. *n.* 1421. *cit*

1447 Iiſdem verbis uſus eſt noviſſimè Innoc. XII. in Bulla Jubilæi anni Sancti, quæ incip. *Pontificia ſolicitudo*, edita 19. Januarii 1700. ubi concedit Jubilæum anni Sancti Monialibus, & facultatem eligendi pro reſervatis Confeſſarios: *Ab eiſdem Ordinariis locorum ad id probatos.* Quid clarius? Vide infrà de Bulla Cruciatæ.

1448 Id verum eſt, Ordinarios Jubilæi tempore debere pro eis approbare plures, ſive ſæculares, ſive Regulares, quos aptos judicaverint, quouſque Moniales ipſæ exoptaverint, ex Decr. Sac. Congr. Epiſc. & Regul. 24. Martii 1643. apud Lantuſcam *cit.* ut eos Moniales pro majori ſuo ſpirituali ſolamine eligere valeant ad effectum Jubilæum lucrandi, juxta intentum Pontificis.

1449 Quantum verò ad Religioſos, fateor poſſe virtute Jubilæi ſibi eligere Confeſſarium etiam ſæcularem ab Ordinario loci approbatum, à quo à reſervatis abſolvantur, niſi aliud in contrarium in forma Jubilæi exprimatur, quod hactenus non eſt expreſſum. Tambur. *tom.* 2. *pag. mihi* 37. *n.* 40. Quia declaratio contraria Pontificum eſt expreſsè edita pro Bulla Cruciatæ, minimè pro Jubilæo; maximè cum Jubilæus ſoleat ab ipſis Superioribus Regularibus Religioſis proponi.

1450 Reſervatio caſuum facta pro Monialibus, non comprehendit puellas ſæculares ibi detentas, quia non ſunt Moniales; nec Novitias, quia hæ in odioſis non veniunt nomine Monialium.

1451 Confeſſarii Monialium, tam Ordinarii, quàm Extraordinarii, eſſe debent ætatis quadraginta annorum; & ſpecialiter pro Patribus Reformatis Ordinis Minorum de Obſervantia, declaravit Sac. Congr. Concil. ſub Alexan. VIII. 26. Novembris 1689. ut in Archivio Provinciæ in Conv. S. Mariæ Angelorum Panormi.

1452 Confeſſarius Ordinarius Monialium, non poteſt in eodem Monaſterio deputari, niſi ad triennium, Sac. Congr. apud Gavantum. Quo elapſo, poteſt pro alio Monaſterio Ordinarius deputari, & pro eodem Extraordinarius. Imò qui in ſupplementum Confeſſarii Ordinarii per menſes aliquot munus Confeſſarii in aliquo Monaſterio exercuit, ſi Confeſſariorum Ordinariorum contingat, poterit ad triennium, menſibus illis non computatis, in eodem Monaſterio pro Ordinario deputari, quia cum ſimus in odioſis, Sac. Congr. Decr. eſt benignè intelligendum de deputatione ordinaria, minimè accidentali in ſupplementum.

## DE INGRESSU CONFESSARII ORDINARII

1453 BReviter Mendo *in epit. verb. Moniales*, cum multis ait:

*Poteſt Confeſſarius ingredi ad miniſtranda Sacramenta Moniali ægrotanti, non ſolùm in periculo mortis, ſed quoties ipſa pro ſua devotione velit, ſeu quoties ſana ſolebat Sacramenta recipere, etiamſi id faceret quotidie; nam eo ſolatio ſpirituali non eſt privanda, quo plus indiget ægra, quàm ſana; eaque eſt cauſa juſta ingrediendi; eique ſufficit licentia, quam habeat, dum juſta adſit cauſa. Similiter poteſt ingredi ad aſſiſtendum moribundæ, quouſque è vita decedat. In ingreſſu autem ad ſepeliendas defunctas, ſervanda eſt conſuetudo cujuſque Monaſterii.*

Imò poteſt etiam nocte ingredi ad aſſi[ſten]dum moribundæ, ſi opus fuerit.

1454 In præmiſſis autem caſibus, de[bet] pro ingreſſu à Superiore habere licenti[am], niſi periculum ſit in mora, & tempu[s non] ſuppetat ad petendum. In quo caſu peti[to] in defectum Confeſſarii deputati, poteſt [in]gredi quilibet promptus Sacerdos ad Con[feſ]ſionem excipiendam moribundæ. Idem [dic] de Medico Pelliz. *de Monialib. c. 5. n.* [...]

## CONFESSARIUS EXTRAORDINARIUS

1455 EX Trident. *ſeſſ. 25. cap. 10.* e[...] aut ter in anno Monialibus ab [...] dinario offerendus præter ordinarium. [...] qualibet vice aſſignari ſolet per inte[grum] menſem; ferè menſe Januarii, Maji, [Se]ptembris. Verba Trid. ſunt: *Præter ordinarium autem Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis, [aut] ter in anno offeratur, qui omnium Confeſſ[iones] audire debeat.*

1456 Per hoc autem non prohibe[tur] quin poſſit plures extraordinarius depu[tari], ſed quoties opportunum judicaverit, po[teſt] Prælatus paterna benignitate deputare. Pel[liz.] *de Monialib. cap. 10. nu. 250.* quia [...] unius, non eſt excluſio alterius. Et ſuffi[cit], bat, & monet Pelliz. *cit.*

1457 Extraordinarius tempore deputationis pro Communione miniſtranda ad o[...] lum communionis, & maximè pro ingreſſu intra clauſuram ad Communicandum, [in]firmæ Confeſſionem excipiendam, ſeu ad [aſ]ſiſtendum moribundæ, indiget ſpeciali lic[en]tia. Poterit tamen Prælatus Sacerdotem [ſecu]larem, aut regularem, quem opportunum [ju]dicaverit, deputare, ut alicui infirmæ [in] Monaſterium aſſiſtat, & cuncta uſque ad mortem præſtet, quæ Confeſſarius Ordinarius [...] Pelliz. *cit. num. 249.*

1458 Con[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1458 Confeſſarius extraordinarius deputatus pro uno menſe ad audiendas Confeſſiones Monialium alicujus Monaſterii ſemel in hebdomada, ſi in aliqua hebdomada non ſit eâ licentiâ uſus, poterit ea uti aliâ hebdomadâ, ejuſdem tamen menſis, non alterius, etiam ſi ſequenti menſe de novo pariter deputetur. Ratio deſumitur ex verbis Bullæ Clem. X. *Supra n.* 1443. *cit.* §. 3. *Itidemque Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones prima vice audiendas, haud poſſe expletâ deputatione, in vim approbationis hujuſmodi, illarum Confeſſiones audire.*

Ex quibus verbis ſequitur, intra menſem illum poſſe, quia pro eo non eſt expleta deputatio, ſed durat; pro alio verò menſe, etiam immediato, deputatio menſis prioris eſt expleta, & deputatio, quæ ſequi ſupponitur, eſt nova; unde non poteſt prioris menſis approbatio, & licentia ad ſequentem menſem extendi.

1459 Extraordinarius approbatus cum licentia ſemel in hebdomada, non poteſt bis eodem die, putà mane, & poſt meridiem, ad excipiendas Confeſſiones accedere. Et multò minùs poteſt bis accedere diſtinctis diebus ejuſdem hebdomadæ, ſub prætextu, quod ly *ſemel* afficiat diem, & bis accedendo duobus diſtinctis diebus, ex illis duas diei medietates computet, quæ unum integrum conſtituant diem vigintiquatuor horarum.

Ratio eſt, quia ſi id verum eſſet, poſſet tandem duobus diſtinctis diebus accedere, ſed diſtinctis ejuſdem hebdomadæ diebus mane, & poſt meridiem, vigintiquatuor computando horas, quot ſufficerent ad conſtituendum integrum diem; quod præter abſurdum, moleſtiam affert. Ly *ſemel* igitur in hebdomada non afficit diem, ſed actum acceſsûs ad Confeſſiones excipiendas. Conſtabit perſcrutando diſcrimen inter has duas licentias. Licentia enim conceſſa pro octo diebus, pro menſe, pro die, diſtinguitur à licentia data pro ſemel, ſeu pro una vice; & minimè ex alio capite, niſi quia licentia primo modo conceſſa afficit tempus, nempe octo dies, menſem, diem, &c. & ſic poterit Confeſſarius ſingulis recenſiti temporis diebus accedere, imò die, & poſt meridiem eorumdem dierum, quoties opus fuerit; quia actus illi exercenti intra tempus deputationis, ſupra quod licentia cadit. Licentia igitur ſecundo modo conceſſa, cum diſtinguatur à prima, non afficit tempus, nempe diem, ſed actum acceſsûs; ac proindè ſequitur, quòd recenſitus Confeſſarius, virtute talis licentiæ, non poſſit bis eodem die, mane, & poſt meridiem; & multò minùs ſub diſtinctis diebus ad Confeſſiones excipiendas accedere.

Minimè te pigeat lector, ſi moleſtum [neſcio] aut riſu dignum tibi hunc propoſuerim caſum, & rejecerim; quoniam haud ſinè tædio relatum habui.

1460 Illud tamen tibi certum ſit, quòd recenſitus Confeſſarius, ſi dum confeſſiones excipit, ex aliquo accidenti ad breve tempus reverſurus exeat, & redeat ad alias confeſſiones excipiendas, quas excepturus erat, licitè, & validè abſque nova licentia redit, & excipit; quia id totum moraliter cenſetur unicus acceſſus, & unicum munus, atque complementum exercitii licentiæ.

1461 Idem dic, ſi habita licentia quo una vice, ingreſſus es Monaſterium ad excipiendam Confeſſionem ægrotæ, & poſt egreſſum, ſtatim, antequam ad alia divertatis, vocatus, eò quia ægrota ſit alicujus oblita peccati, redeas, licitè, & validè abſque nova licentia iterùm ingrederis ad ejuſdem Confeſſionem complendam; quia moraliter eſt unus ingreſſus, unâque Confeſſionis perfectio. Pelliz.

*de Monialibus c.*10.*ſect.*3.*q.*9.ubi plures alios refert caſus *à n.*260.*ad* 265.

1462 Licentia conceſſa extraordinario ad ingrediendum pro Confeſſione infirmæ, extenditur ad ſocium, maxime ſi ſit Regularis, qui debet ſecum ducere ſocium probum,atq; maturum,qui nunquam à Confeſſario ſejungatur; eòq;Confeſſiones excipiente, in aliqua parte ſiſtat,ut eum videri, ab eoq; videri poſſit,ità tamen,utConfeſſionem audire non valeat.

Dictus Confeſſarius in rigore juris debet peracto negotio exire,quod intelligitur recto tramite. At ſi per tranſitum officinas Monaſterii circumeat brevi tempore,non peccare, tenet Mendo *in epit.ver.Moniales n.*15.Pelliz. *de Monialib.cit.n.*166.&167.Sanch. Rodr. Miranda, Peyr. Bonac. & alii apud ipſum.

1463 Quando, & quomodo liceat Superioribus Regularibus,&Confeſſariis, ingredi Clauſuram Monaſterii ipſis ſubjecti,&prope illud commorari:*v.in Conſt.*Alex. VII. *Felici* 1664 apud Lantuſcam *verb.Moniales*

Item,quid poſſitEpiſcopus quoad Clauſuram in Monaſteriis exemptis,vide apud Matthæcucci *ver.Clauſuram Monialium.*

DE ALLOCUTIONE CUM MONIALIBUS

1464 QUantum ad ſæculares, etiam Eccleſiaſticos, ſunt attendenda edita Ordinarium, & Conſtitutiones Synodales, in quibus plura præſcribi ſolent.

QUANTUM AD REGULARES

1465 SUnt ſpecialia Decreta à S. Congreg. edita.Et quamvìs his non obſtantibus Caſtropal.*part.*3.*diſp.*4.*punct.*11. Vidal. *in Inquiſit.mor.tit.de Monialib.Inquiſit.*2. & alii apud ipſos,&apud Vericelli *in quæſt.mor. tract.*8.*quæſt.*66.teneant, acceſſum ad colloquendum cum Monialibus, etiam cum frequentia,non eſſe mortalem, ſed ad ſummum venialem, ſecluſis circumſtantiis extrin[illegible] pravæ intentionis, ſcandali, & pericul[illegible] candi:hac moti ratione, quia prohibitio [illegible] creti Sixti V.de anno 1590.cui cætera De[illegible] ta ſubordinantur, fundatur in præſump[illegible] ſcandali,his verbis:*Ad occurrendum ſcan[illegible] lis,quæ contingere ſolent:*Et ex c.*Tua nos* [illegible] *Is,qui fidem* 30. *de ſponſ.lex fundata in p[illegible] ſumptione;non habet locum in foro conſcien[illegible] quando veritas eſt in contrarium.*

1466 Omninò dico, eſſe peccatum m[illegible] tale,etiam ſi nullum adſit ſcandalum, [illegible] riculum, nec prava intentio. Vericelli [illegible] *n*:11:Donatus *tom.* 3.*tr.*6. Et ut omni[illegible] mente S.Congreg. adducenda puto ejuſ[illegible] Decreta:

1467 Principale Decretum eſt S.Congr[illegible] anno 1590.juſſu Sixti V.editum,

*Illuſtriſſimi.& Reverendiſſimi DD.Cardin[illegible] les,Sacræ Regularium Congregationi Præf[illegible] ad occurrendũ ſcandalis, quæ contingere [illegible] ſunt,aliiſq; juſtis,& rationabilibus cauſis [illegible] mũ piè moventibus,de ſpeciali,& expreſſo m[illegible] dato S.D.N. Sixti Divina Providentia P[illegible] V.vivæ vocis oraculo eis facto,decreverunt [illegible] mandaverunt, nulli poſthac Religioſo, cuj[illegible] cumq;Ordinis gradus,qualitatis,& dignita[illegible] exiſtat(Superiore,cui Monaſterii, ſeu Mon[illegible] cura incumbit,viſitatore,vel viſitatoribus,C[illegible] feſſarioq;Ordinario, & Extraordinario, c[illegible] ad tempus deputabitur, dumtaxat excep[illegible] licere abſque licentia expreſſa ejuſdem Sac[illegible] Congregationis accedere ad Monaſteria, [illegible] domus quarumcumque Monialium, vel Soro[illegible] rum,ſive ſui,ſive alterius cujuſvis Ordinis, [illegible] colloquendum, ſive tractandum cum eis, [illegible] ſi aliquando mandato ſui Superioris, alio[illegible] Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel [illegible] celebrandas Miſſas in ipſarum Monialium [illegible] ſororum Eccleſiis ſive Oratoriis exterioribus [illegible] ſive extra clauſuram exiſtentibus, mitti [illegible]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[Su]periores prohibuerunt, ne dicti Religioſi, ullo quæſito colore, moniales, ſorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentes, alloqui poſſint,

Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrendis, aliiſq; ejuſdem Congr. arbitrio, præceperunt inviolabiliter obſervari.

1468 Quod Decretum fuit per eamdem S. Congr. anno 1623. confirmatum, & quoad Superiorum licentiam moderatum, ut ſequitur:

Cum aliàs, de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiis Regularium Præfectorum Congregationem, de mandato fel. rec. Sixti Papæ V. circa acceſſum Regularium cujuſcumque Ordinis ad Monialium Monaſteria, fuerit decretum, quod nulli Religioſo cujuſcumq; Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat [Superiore, cui Monaſterii, ſeu domus cura incumbit, viſitatore, vel viſitatoribus, Confeſſariis Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis] liceat abſq; licentia expreſſa ejuſdem Sacræ Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeu domus quarumcumq; Monialium, vel Sororum, ſive alterius cujuſvis Ordinis ad colloquendum, ſive tractandum cum eis. Quòd ſi aliquando mandato ſui Superioris, aliquos Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum Monialium, ſeu Sororum Eccleſiis, ſive Oratoriis exterioribus, ſive extra clauſuram exiſtentibus, mitti contigerit, ne dicti Religioſi ullo quæſito colore Moniales Sorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentes alloqui poſſint, ſub pœna privationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurren. aliiſque ejuſdem Sacræ Congregationis arbitrio; fueritq; poſtmodum declaratum, etiam Equites S. Joannis Hieroſolymitanos ſub eodem Decreto comprehendi, & quoſcumq; contrafacientes ab alio, quàm ab Apoſtolica Sede, aut à Sac. Congregatione abſolvi, & rehabilitari non poſſe: Ampliſſimi ejuſdem Sacræ Congregationis Patres Decreta hujuſmodi innovanda, & inviolabiliter obſervanda ſtatuerunt. Verùm quia experientiâ compertum eſt, interdum ob pias, & rationabiles cauſas, eaſq; [ita ferente caſu] repentinas, ut ab eadem Sacra Congregatione licentiam expectari, ſummè incommodum, vel inutile ſit Regularibus ſupradictis colloquendi cum Monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obvenire; facto verbo cum Sanctiſſimo Domino Noſtro Urbano VIII. & de Sanctitatis Suæ expreſſo ordine, & mandato, facultatem tribuerunt impoſterū locorum Ordinariis, ut quatenus ſibi viſum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummam, quolibet anno, cuicumq; Regulari, ut Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui poſſit. Id verò non aliter, quàm ſervata forma infraſcripta ad unguem, ut id nullo modo liceat diebus Feſtivis, aut in Adventu, Quadrageſima, feria ſexta, Sabbatho, & vigiliis; prædictáque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem ſpectet eam concedere, aſſignetur Cōfeſſario Ordinario Monaſterii, qui penes ſe retinere debeat, iſq; aſſociat, & præſens ſit, & auſculatrices de more, nō autem aliæ aſſiſtant. prædictaq; licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libriſq; Cancellariæ ejuſdem Ordinarii adnotetur. Quòd ſi prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter, quàm ſervata forma ſupradicta licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant ſe intentionis Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Sacræ Congregationis tranſgreſſores, judiciumq; reformident. Regulares autem pœnis in ſupradicto Decreto contentis, & ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo ſe noverint eſſe

addi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*addictos.& arbitrio Sacræ Congr. ſeverius puniendos. Romæ 12. Kal. Decembris 1623.*

1469 Et cùm dubitatum fuerit, an ſupradictum Decretum Sixti confirmatum obliget ſub mortali? S. Congr. ſub die 1. Julii 1626. reſpondit:

*Sacra Congregatio, attentis narratis, cenſuit, & declaravit, Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium contra formam decreti, quo hujuſmodi acceſſus per Sac. Congr. prohibetur, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ, incurrere pœnam peccati mortalis.*

1470 Noviſſimè, quia plures Doctores prætendebant, non eſſe prohibitam allocutionem per breve tempus, etiam per quadrantem horæ cum dimidio, acceſſit Declaratio Sac. Congr. Conc. ſub Clemente IX. ut ſequitur:

*Die 11. Maji 1669. Congregatio S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, habitâ notitiâ, quod nonnulli Regulares abſque licentia crates Monaſteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non eſſe interdictum per breve tempus etiam uſque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales aliaſque perſonas intra Clauſuram exiſtentes alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirment, diſſeminent, & forſan etiam ſcriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conſcientias, & ſcandala confoventes; ad hujuſmodi pernicioſos errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, rejiciens, ac damnans declaravit, Regulares cujuſcumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & inſtituti, etiam de quibus ſpecialis mentio foret habenda, qui ad Monaſteria Monialium, quamvis ab Ordinarii juriſdictione quomodolibet exempta, & etiam ipſis Regularibus ſubjecta, vel aliàs ſpeciali mentione digna, abſque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis ſpatium cum Monialibus, aut in aliis intra Clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis, privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque contra Regulares accedentes ſinè licentia ad Monaſteria Monialium ſtatutis pœnis, poſſe ab Ordinariis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coerceri.*

1471 Ex quibus Decretis, & Declarationibus conſtat, Sac. Congregationem ſub ... tali prohibere quamlibet brevem allocutionem; licèt enim allocutio in ſe ſit levis, conſiderata tamen ſub fine extrinſeco à legislatore intento, eſt materia gravis; finis autem legislatoris etiam brevem allocutionem prohibens, reſpicit bonum communitatis ad vitanda ſcandala, & pericula, quæ contingere ſolent. Pro quo faciunt dicta *in tom. 1. a ... ad 14.*

1472 Eò maximè quia ſpeciale ... Religioſorum, & Sanctimonialium eſt ſolitudinem cellæ diligere, diſciplinam regularem ſervare, Chorum frequentare, majori perfectioni ſtudere, Deo mentem tenere, & Christum ſponſum amare, à quibus ſolent hujuſmodi allocutiones divertere, & ſpiritum ... peſacere.

1473 Ad rationem in oppoſitum p... ctè, reſpondet Donatus ex Verticellis,

*Non tunc ceſſat lex, ceſſante facto, aut delicto præſumpto, quando fundatur in præſumptione facti, aut delicti ſeu periculi determinati; ſecus autem, quando fundatur in præſumptione delicti indeterminati, & vagi; tunc enim obligat in ſingulis caſibus, etiamſi in aliquo non adſit periculum, ut patet de eo, qui legem tulit, ne quiſquam ferat arma, eo fine, ut evitetur periculum occiſionis, obligat enim omnes arma portantes, etſi multi illa deferant ad defenſionem, vel decorem; quandoquidem legem*

*reſpicit id, quod ſolet adeſſe in pluribus, non autem in paucis.*

*Ita pariter dicendum eſt de legibus prohibentibus locutionem cum Monialibus, non enim præſumunt periculum aliquod determinatè, ſed vagè & indeterminatè, quare obligant omnes ſubditos, in ſingulis caſibus, etiamſi in aliquo non adſit periculum.*

1474 Sub recenſitis Decretis non comprehenduntur ſcribentes, & mittentes litteras; quia loquuntur de alloquentibus. Attendendæ autem ſunt conſtitutiones particulares diœceſium; nam in aliquibus locis adeſt prohibitio ſub excommunicatione, ut Neapolis.

1475 Comprehenduntur alloquentes è domo proxima, aut via publica. Verricelli *cit. n.* 10. & Donatus *cit q.* 15. quia allocutio eſt principale, quod prohibetur, acceſſus verò eſt acceſſorius. Eſt contra Diana *par.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 18. Pelliz. *de Monial. c.* 5. *ſect.* 4. *q.* 14. *num.* 214. & *alii*, qui negant, quia pœna non debet extendi ad non expreſſa.

1476 Comprehenduntur alloquentes cum Novitiis, aut puellis educandis, in Monaſterio detentis, ut conſtat ex verbis Decreti, quod non ſolùm exprimit Moniales, ſed etiam *Sorores, aut quamlibet aliam perſonam intra Clauſuram degentes.*

1477 Non comprehendi alloquentem cùm Abbatiſſa, tenent Verricelli *tr.* 8. *q.* 66. *n.* 25. Diana *p. par. tract.* 2. *reſol.* 48. *not.* 3. & alii contra Merollam; quia in odioſis, nomine Monialium non venit Abbatiſſa, ſicut nomine Monachorum in odioſis non venit Abbas. Gloſſa *in c. ſin. de ſimon.* Panormi, Donatus *par.* 1. *tr.* 6. *q.* 19. *n.* 1.

Verùm tamen eſt, quòd Alex. VII. in Conſt. *Sacroſancti*, prohibuit hujuſmodi allocutionem cùm Abbatiſſa Urbis Romæ.

1478 Non incurrere in pœnas pauperes publicos quæſtores pro eleemoſyna ſine dolo accedentes, docet Donat. *tom.* 3. *tr.* 6. *q.* 25. quia adeſt tacita licentia, publicus actus virtutis, uſus, & praxis.

1479 Non incurrere ſocium Religioſi habentis licentiã, docent Verricelli *cit. n.* 27. cum Pelliz. Peyr. & aliis contra Delbene; quia par eſt ratio de connexis, & durum eſt illum mutum aſſiſtere: ita illi.

1480 Denique pro plena hujus materiæ notitia, Pelliz. *de Monialibus c.* 10 *ſect.* 3. *nu.* 277. habet:

„ Addo, quòd cum Diana *par.* 3 *tract.* 2. *reſ.* „ 104. & ante illum Peyr. *tom.* 1. *privil. Conſt.* „ 6. *Pii V. n.* 36. aliiq; docti recentiores putent, „ Religioſum non ſubjacere pœnis latis con„ tra Regulares ad Monaſteria Monialium „ accedentes ſine licentia, ſi alicui Moniali „ declarent caſum aliquem conſcientiæ; cum „ talis locutio ſpeciem habeat piæ exhorta„ tionis; & alioqui ceſſet finis prohibitionis „ in particulari, juxta ea quæ habet Diana „ *par.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 96. ſi velint conſe„ quenter philoſophari, concedere debent, „ Ordinarium poſſe mittere Religioſum ad „ aliquod Monaſterium Monialium cauſa i„ bi exercendi aliquod opus pietatis (ver. gr. „ ad componendam aliquam ſeditionem ex„ ortam inter Moniales, ad conſolandam „ Monialem graviſſimâ triſtitiâ affectam, ad „ conſulendum in re gravi concernente bo„ num Monaſterii, & ad alios ſimiles effectus) „ in his quippe procedit eadem ratio, quæ in „ caſu à præfatis Doctoribus conceſſo. Nec „ obſtat, quòd Sacr. Congr. in Decreto juſſu „ Sixti V. edita anno 1590. expreſsè ſtatuit, „ nulli Religioſo cujuſcumq; Ordinis, gra„ dus, qualitatis, ac dignitatis (exceptis Supe„ riore, ac Viſitatoribus reſpectu Monialium „ ſubjectarum, nec non Confeſſario tam Or„ dinario, quàm Extraordinario) licere abſ„ que licentia expreſſa ejuſdem Sacræ Con-

„ gregationis accedere ad Monaſteria qua-
„ rumcumq; Monialium ad colloquendum
„ ſive tractandum cum eis; ſiquidem Sacra
„ Congregatio per hoc non excludit caſum
„ pietatis, & charitatis, qui regulariter non
„ præſumitur comprehēſus ſub generali pro-
„ hibitione, juxta regulam: *Non veniunt ſub*
„ *generali prohibitione, quæ quis non eſſet ve-*
„ *roſimiliter prohibiturus ſi in ſpecie exprime-*
„ *rentur*; ſolùm excludit caſum, in quo Reli-
„ gioſus velit accedere ad Moniales titulo ur-
„ banitatis ad eas viſitandas, v. gr. ad negotia
„ ſæcularia tractanda, & ſimilia. Verum caven-
„ dum eſt, ne nimis relaxetur rigor juris Ec-
„ cleſiaſtici, adeò ſtrictè vetantis acceſſum ad
„ Moniales, nimiſq; facilis reddatur talis ac-
„ ceſſus, & hinc oriantur incommoda, quæ
„ jus intendit amovere per dictam prohibi-
„ tionem, præterquàmquòd acceſſus ad Mo-
„ niales in præſenti caſu quoad forum exter-
„ num non ita facile poſſet juſtificari, adeòq;
„ ſic accedens poſſet puniri ab Ordinario, qui
„ inde poſſet graviter offendi, puniréq; taliter
„ accedentem. Unde ex Diana *part. 9. tr. 7.*
„ *reſ.* 54. fit, quòd, quamvis opinio Peyri-
„ ni ſuperiùs allata admitti poſſet, ut proba-
„ bilis (pro qua ipſe Diana citat Lezanam
„ *verb. Moniales n.* 30. & Bordon. *tom.* 1. *reſ.* 7.
„ *n.* 82.) nihilominus in praxi nō eſſet ample-
„ ctenda; cùm jura abſolutè vetent Regulari-
„ bus acceſſum ad Moniales, non diſtinguen-
„ do inter collocutionē urbanitatis cauſa, aut
„ pietatis, & lex abſolute loquens abſolutè de-
„ beat intelligi: præterquàmquòd ſic eluſoria
„ eſſet prohibitio accedendi ad Moniales fa-
„ cta Regularibus; quippe qui ſemper im-
„ punè loqui poſſent cum Monialibus, dicen-
„ do ſe cum iis locutos fuiſſe de rebus piis,
„ &c. ſic Diana his verbis concludens: *Unde*
„ *quidquid ſit de hoc peccato quoad forum in-*
„ *ternum, ſtante authoritate Doctorum viro-*
„ *rum*, Lezanæ, Pellizzarii, & Bordoni abſq;
„ *ſaltem in foro externo poſſent Epiſcopi* ...
„ *Regulares punire tanquam Sedis Ap...*
„ *delegati; unde abſtineant ab his collocutioni-*
„ *bus.*

Alia de Monialibus reperies in propriis locis. De Præceptis tom. 1. pag. 29. De Officio divino pag. 51. De Officio Defunctorum, Litaniis, &c. à pag. 54. ad 56. De Alienatione bonorum, & dotis, pag. 94. De Largitione munerum à pag. 105. ad 107. De Paupertate Religioſa, peculio, & vita communi à pag. 114 ... 119. De Obediētia in 4. Præc. Decal. De Præceptis, & Regula Claritlarum in Præceptis jejunii. De Violatione Clauſuræ, & caſibus reſervatis, in Sacram. Pœnitentiæ. De quodam ... Communionis, in tom. 3. num. 581.

Denique de Monialibus, agunt fusè ... Donat. *tom.* 3. & Pelliz. ambo per totum.

MONASTERIUM VIRORUM.

1481 QUoad loca Clauſuræ, ingredi prohibentur, ſub excommunicatione reſervata Papæ, mulieres omnes cujuſcumq; conditionis, etiam Marchioniſſæ, Comitiſſæ, &c. etiam ſine prætextu privilegiorum, ... fusè infra de caſibus reſervatis.

1482 Excipiuntur Reginæ, Imperatrices, Pricipiſſæ abſolutæ, & earum filiæ. Donat. *tom.* 1. *par.* 2. *tr.* 4. *q.* 9. quia in odioſis nō comprehenduntur nomine mulierum. Et Bullæ probibentes, exprimunt Marchioniſſas, Comitiſſas, &c. minimè Reginas, &c. Unde ingredi poſſunt abſq; licentia Monaſteria tam virorum, quàm mulierum, cum honeſta familia, quæ in ingreſſu Monaſterii Monialium non ſit virorum, ſed mulierum.

1483 Fundatrices non poſſunt ingredi Monaſteria virorum, nec Monialium, Rodriq. in *comp. reſ.* 27. *n.* 2. Donatus *cit. q.* 10. & *tom.* 1. *tr.* 5. *q.* 15. Contra Ferdinandum à Caſtro, & Gibal.

Quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quia Bulla Pii V. comprehendit mulieres omnes cujuſvis generis, & ſpeciei. Solum poſſunt ingredi Monaſteria Minimorum: ex priv. ſpeciali, & decl. Greg. XIII. qui declaravit, Bullam Pii V. non derogaſſe dicto privil. Minimorum: at non inde poteſt ad aliorum Monaſteria extendi; quia [ ut benè advertit Donatus ] Greg. id dixit declarando, non indulgendo; unde quoad aliorum Monaſteria, non derogavit motui Pii V. qui abſolute prohibet.

1484 Non comprehenduntur in prohibitione puellæ ante uſum rationis, putà ante ſeptennium. Nec pares pueri quoad Monaſteria Monialium. Donatus *cit. q.* 7. Quoad pueros in Monaſteriis Monialium, attendenda ſunt edita Epiſcoporum, quia ſolent prohiberi,

Introducentes, ſeu admittentes mulieres ſcienter, incurrunt pœnas Pii V. nempè ſuſpenſionem à divinis, privationem officiorum; quæ illæ poſſunt eſſe materia peccandi.

1485 Clauſura Monaſterii, ſunt ſepta exteriora, intrà quæ ſunt loca, ad quæ non eſt acceſſus communis utriq; ſexui. Unde, loca clauſuræ ea ſunt, quæ intra ſepta, ſeu ambitum Monaſterii exiſtunt; & unà clauſura clauduntur. Donatus *cit. q.* 11.

1486 Hinc mulieres non poſſunt ingredi hortos, ſi ſint intrà Monaſterii ſeptà quia ſunt pars Monaſterii. Poſſunt verò, ſi ſint diſtantes, aut contigui ſeptis Monaſteriis, & ad eos ſit ant acceſſus, non tranſeundo per ſepta, ſed extra, in quantùm patet aditus extrà.

1487 Poſſunt ingredi Sacriſtiam, ſi ſit Eccleſiæ conjuncta, unico ſolùm pariete medio diviſa, & ad eam non fiat acceſſus per loca Clauſuræ, ſed per Eccleſiam, aut per Chorum; quia eſt pars, & officina Eccleſiæ. Secus ſi ad eam pervenire non poſſint, niſi per Clauſtrum, & loca Clauſuræ. Donatus *cit. q.* 12.

1488 Poſſunt ingredi Clauſtra, quando in eis Miſſæ, Feſta, aut divina Officia celebrantur. Item quando Proceſſiones fiunt. Donatus *cit. q.* 3. Matthæucci *ver. Conventus.* Mendo *in epist. ver. Monaſterium.* Rodr. *in comp. reſol.* 27. ex vivæ vocis oraculo Pii V. apud Donatum *cit.* qui fusè probat, non eſſe revocatum: Cui accedit praxis, & conſuetudo. Verumtamen eſt (ut advertit Rodr.) quòd proceſſio non debet fieri in fraudem legis.

1489 In aliquibus Monaſteriis, ultrà Clauſtrum interius, ſitum eſt aliud exterius, cum duabus januis, una ad publicam viam extrà Monaſterium, alià ad Eccleſiam, per quàm ingredi ſolent mulieres, & recto tramite ad Eccleſiam accedere; hoc non habet rationem clauſuræ.

1490 Ex Decr. S. Congr. Epiſc. & Regul. 4. Octobris 1588. tunc Conventus formatus reputàtur, ut non poſſint ſine cenſurarum, & pœnarum incurſu ingredi, aut admitti mulieres, quando ibi adeſt Superior localis, putà Guardinus cùm familia, etiam ſi locus non ſit plenè muris, ſepibus, aut foſſatis circumdatus. Idem diſponitur de ſylvis contiguis, in quibus ſolent fratres deambulare. Secùs de ſylvis, quæ ad ligna inſerviunt, & in quibus fratres non ſolent ordinariè deambulare. Nec quando Conventus eſt in fieri, ità ut ſolùm ibi commorentur duo, aut tres fratres pro curà fabricæ; tunc non violatur Clauſura, ſi mulieres admittantur in cellis, ubi fratres morantur; ſed fratres ſunt puniendi, & privandi, uti ſuprà. Denique idem Decretum diſponit, quòd ubi adeſt conſuetudo, quòd mulieres inſerviant fabricæ pro manualibus, ferendo calces, lapides, &c. etiam ſi Superior localis cum familia adſit, dictæ mulieres ingredientes, pro ſervitio fa-

bricæ, Monaſterii partes, non incurrant cenſuram, dummodo non accedant ad partes, ubi fratres habitant, dormiunt, & comedunt.

## MONASTERIUM MONIALIUM

1491 Quoad Clauſuram ingredi prohibentur ſub cenſuris, & pœnis tam viri, quàm mulieres excedentes ſeptennium, ut infrà de caſibus reſervatis.

1492 Non poteſt Ordinarius licentiam Monaſterium ingrediendi concedere matri, ſorori, &c. cauſa viſitandi filiam, aut ſororem Monialem infirmam, etiam in articulo mortis, nec in habitûs ſuſceptione, aut profeſſione.

1493 Poteſt Ordinarius licentiam mulieri nuptæ, maximè nobili, concedere, ut in Monaſterium ſe recipiat ſecuritatis cauſâ, ſi urgeat rationabile periculum mortis à marito inferendæ, & alibi tuta non ſit: curare tamen debet, ut quam citiùs fieri poteſt, exeat. Pelliz. *de Monialib. c.* 5. *n.* 110.

1994 Poteſt Ordinarius licentiam ingrediendi exteris concedere ex cauſa rationabili, & neceſſaria. Neceſſitas ſufficit, quòd ſit moralis; & tunc habetur, quando opus exercendum concernit moralem Monaſterii, aut particularis Monialis neceſſitatem, nec poteſt commodè per Moniales exerceri. Donatus *tom.* 3. *tr.* 5. *q.* 19. *n.* 10.

Quæ licentia debet eſſe expreſſa, & in ſcriptis, ut exprimit Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 5. Idque etiam pro foro conſcientiæ. Pelliz. *de Monialibus cap.* 5. *nu.* 158. contra plures apud ipſum, qui tenent, licentiam in ſcriptis requiri ſolùm pro foro externo.

1495 Hinc de licentia expreſſa Ordinarii ingredi poſſunt Medici, Chirurgi, Confeſſarii, Architecti, Muratores, Fabri, Bajuli, Hortulani, Molitores, & ſimiles. His, & Confeſſariis Ordinariis licentia dari ſolet generalis ad ſemeſtre, trimeſtre, aut ad menſem; quo elapſo renovari debet. Prædicti licentiati, ſi ingrediantur pro libito extra cauſam neceſſitatis, incurrunt pœnas ex Conſtit. Greg. XIII. *v. num.* 1504.

1496 Medicus non poteſt ingredi cum practicis, nec cum alio Medico, niſi pro cauſa conſultationis in caſu gravis infirmitatis, & ex ſpeciali pro illis licentia. Et debent incedere aſſociatus duabus Monialibus maturis & probis.

1497 Bajuli ingredi poſſunt ad ferendas res magni ponderis alicujus perſonæ graves exteræ, Monaſterio tamen benemeritæ, juxta prudentis Superioris arbitrium, ut ibi depoſitæ conſerventur pro ſecuritate, & cuſtodia. Quas res ferre poſſunt tam bajuli ordinarii virtute licentiæ generalis, illâ durante, quàm alii de ſpeciali licentia.

1498 Si licentia non individuet bajulos, ſed abſolutè concedat Monialibus, ut neceſſaria ſuis uſibus faciant deferri per bajulos, poſſunt Moniales variare, ſi velint, aut ſemper iiſdem uti; nam cum gratia non diſtinguat perſonas, nec nos diſtinguere debemus. Pelliz. *cap.* 5. *n.* 123.

1499 Si bajulus licentiatus ſit nominatus, tunc, ſi infirmetur, requiritur ſpecialis licentia pro alio.

1500 At ſi eo infirmo, aut inſufficiente, caſus urgeat, v. gr. ſit introducendum frumentum: ductor curru, aut equis ducens rationabiliter morari non poſſit, ſed ſtatim recedere debeat; non poſſit utiliter differri delatio, nec expectari acceſſus pro licentia novi bajuli, aut pro eodem ductore: Pelliz. *cit. num.* 125. vult, quòd non poſſit alius ſubſtitui virtute Epichejæ, ſed quòd ſit expectanda licentia; quia jura licentiam expreſſam, & in ſcriptis expoſcunt. In his ta-

tem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem caſibus urgentibus poteſt habere locum conſuetudo.

1501 Sartores licentiari poſſe ad ingrediendum, tenet Donat. *cit. q.* 25. *n.* 15. cum Bonac. quia Moniales nequeunt pannum commodè adaptare, & forcipibus uti, nec veſtium menſuram ſumere, ſi ſartores non ingrediantur. Idem docet de Carpentariis *n.* 16. At non poſſe, dico cum Pelliz. *cit. num.* 122. Maximè loquendo de Carpendariis, quia commodè menſuram calceamenti ſumere poſſunt ex alio calceamento, aut in janua interim aperta: Sic ſartores; at ſi in aliquo caſu ſartores non valeant hoc pacto veſtes adaptare, remittendum eſt Superioris judicio, qui neceſſitatem dignoſcet, utique poteſt licentiam concedere.

1502 Licentiari poteſt Oeconomus Monialium ad reperiendam in Archivio ſcripturam, quæ à Monialibus reperire non poteſt.

1503 Item Notarius cum teſtibus ad ſtipulandum teſtamentum Novitiæ infirmæ.

1504 Licentiari poſſunt fœminæ timoratæ conſcientiæ ad ſerviendum infirmis, aut decrepitis, ſi Converſæ ſint inſufficientes. Donat. *cit. quæſt.* 29. & Pelliz. *cit. n.* 128. cum pluribus, quia tunc ſumus in caſu neceſſitatis; quia non debent Moniales diu deſiſtere à Choro. Et Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. abſolutè loquitur: *In caſibus neceſſariis*. Et ibi poterunt permanere, uſquequò ſufficiant Converſæ. Non poſſe autem ab Epiſcopo licentiari, ſi Converſæ ſint ſufficientes; quia Epiſcopus licentiam dare non poteſt, niſi in caſibus neceſſariis.

1505 Fœminæ ſæculares admitti non poſſunt pro famulatu particularium Monialium extra caſus neceſſitatis, ſinè S. Congr. licentia. Fœminæ ſervientes cum licentia admiſſæ, debent ſervare Clauſuram: quòd ſi ſemel egreſſæ fuerint, non poſſunt admitti.

1506 Licentias concedere ingrediendi Monaſteria exempta, ſeu Regularibus ſubjecta in caſibus neceſſariis, non ſpectat ad Superiores Regulares privativè quoad Epiſcopos, ſed cumulativè. S. Congr. 13. Nov. 1610. Superior Regularis debet eas ſubſcribere poſt Epiſcopum. S Congr. 16. Februarii 1617. Et nihil debet addere, aut variare. Matthæucci *tom. 1. ver. Clauſura Monialium n.* 26.

1507 Poſſunt intra Monaſteria admitti puellæ educandæ, quamvis earum ingreſſus non ordinetur ad finem Monachatum ſuſcipiendi. Sex autem ſunt ſervandæ conditiones. 1. Ut id fiat de licentia in ſcriptis Ordinarii, qui reſpectu non exemptarum eſt Epiſcopus, reſpectu exemptarum Superior Regularis. 2. Ut fiat de conſenſu Superiorillæ, & Monialium, capitulariter præſtito. 3. Ut eo veſtitu incedant, qui virginali pudicitiæ, & modeſtiæ convenit. 4. Ut nullam ſecum famulam ducant. 5. Ut eo tempore eandem ſervent Clauſuram, quam Moniales, ità ut ſi ſemel exierint, non poſſint redire. 6. Ut non ingrediantur minores ſeptem annis, nec ibi morentur ſupra annos 25. ſuæ ætatis. Quo elapſo tempore, ſi non eligat ſtatum Monachatûs, aut non exeat, Ordinarius debet ei præſcribere tempus ad deliberandum; quo elapſo, licèt non incurrat cenſuras, cum jura de hoc caſu minimè loquantur, peccat mortaliter, ſi habitum non ſuſcipiat, aut exeat.

Hæ ſex conditiones præſcribuntur à Sac. Congr. 31. Auguſti 1575. pro Monaſteriis, in quibus ex conſuetudine, aut deſignatione ſolent admitti educandæ.

1508 In aliis autem Monaſteriis, ultra licentiam Ordinarii, requiritur etiam S. Congreg. Epiſc. & Regul. licentia. Ex Decr. S. Congr. 27. Maji 1603. Pelliz. *cit. c.* 5. *à n.* 176.

1509 Ulterius aliæ duæ requiri ſolent conditiones. 1. Ut pro dictis puellis quolibet ſe-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

meſtri alimenta anticipatè ſolvantur. 2. Ut habitent in loco ſeparato à Monialium dormitorio.

1510 Requiritur licentia S. Congr. ad conjugatas recipiendas, niſi in caſu raro, ut in *nu.* 1493. Item ad recipiendas viduas, niſi iſtæ ingrediantur ad Monachatum ſuſcipiendum. Donat. *tom.* 2. *tr.* 5. *q.* 28.

1511 In licentiis, quæ ſolent à Papa concedi fœminis nobilibus ingrediendi Monialium Monaſteria, plures ſolent conditiones præſcribi, quæ ſunt omnino legendæ, & obſervandæ.

Inter alias eſt, ut ingrediatur aſſociata à tribus matronis, quas ſemel electas variare, & mutare non poſſit, niſi alicujus earum obitu eveniente, & quòd Monaſteria ingrediatur pro tribus vicibus in totum, non autem eorum ſingula quolibet anno.

Hinc fit. 1. Ut non poſſit tribus vicibus ſingula Monaſteria ingredi, ſed ſolùm tribus vicibus in totum. 2. Ut non poſſit ingredi cum duabus matronis, quia tres ſunt præfixæ ad ejuſdem cuſtodiam, & conditio ſe habet, ut forma brevis. 3. Ut eas electas non poſſit ad libitum mutare.

Quòd ſi aliqua infirmetur, ſit abſens, aut ſinè fraude recuſet; tunc Pelliz. *de Monialib. c.* 5. *num.* 137. cum Peyr. & aliis putat, quòd aliam ſubſtituere poſſit; quia gratia eſt favorabilis; unde prohibere videtur mutationem ſociarum voluntariam, minimè neceſſariam; eò maximè, quia ea propriè non dicitur mutatio, ſed ſuppletio: ità ille.

1512 Moniales non poſſunt malefactorem fugientem intra clauſuram admittere; quia rigor clauſuræ prævalet privilegio immunitatis.

Quòd ſi caſu janua aperta, ipſe ingrediatur, tunc poſſunt ſatellites de licentia Ordinarii illum nolentem cogere, ut exeat. Imò ſi Superior longè abſit, ſufficit conſenſu[...] batiſſæ, & diſcretarum; quia mora hu[...] di malefactorum eſt periculoſa, & tim[...] cris Sponſis Chriſti. Hic tamen vi e[...] reponendus eſt in loco ſacro, ut imm[...] gaudeat, ſi non ſit delinquens ſuper [...] bus exceptis; quia remotus fuit è loco [...] & immuni.

Idem faciendum eſt, & ſervand[...] aliquam Monialium Eccleſiam confug[...] liz. *de Monial. c.* 5. *à n.* 131. *ad* 134.

1513 Eodem modo eſt reſpectivè di[...] rendum de ingreſſu quoad expellend[...] exire nolentes, & in ſimilibus caſibu[...] ſitatis; & attendendum eſt, an periculu[...] mora.

## EGREDI

1514 E Clauſura non poſſunt Mon[...] profeſſæ ſub excommunica[...] reſervata Papæ, de qua infrà de caſibu[...] vatis.

1515 Dantur autem à jure cauſæ [...] tatis ad licitè egrediendum: Tales ſu[...] mia, lepra, peſtis, incendium, bellum, [...] datio, mina domûs, & ſimiles. Cauſæ [...] miæ, lepræ, peſtis, debent eſſe omnino [...] pſos Superiores, maximè per Ordinarios [...] rum, in ſcriptis approbatæ: Hic ve[...] firmitates contagioſæ, malum Monaſt[...] aut majori parti minantes.

1516 Incendium debet eſſe magnum, ut Moniales illud extinguere non poſſ[...]

1517 In cauſis incendii, belli, inund[...] nis, &c. expectari debet Superioris lice[...] & judicium; ipſe námque debet priùs [...] & peritorum prudentia judicare, an [...] ſit gravis periculi, & neceſſitatis, & p[...] ſtea licentiam concedere, & provide[...] ceſſitati ſimul, ac ſecuritati. Quòd ſi te[...] pus non ſuppetat, ſed periculum ſit in mo[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunc eſt neceſſarius Superioriſſæ, & diſcreta-
rum conſenſus. Mendo *ver. Moniales n.* 15.
Pelliz. *de Mon.cap.* 5. *ſect.* 2. Melphi *in comp.*
*cap.* 11. *ſtat.* 7.

1518 De exitu Monialis ad fundandum, aut reformandum Monaſterium, ad arctiorem Religionem, ratione incorrigibilitatis, &c. agunt Pelliz. *cap.* 8. *n.* 46. *ad* 56. *& cap.* 5. *n.* 15. *&* 11. Melphi *cit.*

## CAPUT VI.

### DE RELIQUIIS.

1519 Reliquiæ inſignes ſunt Caput, Crus, Brachium, aut illa pars corporis, in qua paſſus eſt Martyr, dummodo integra ſit, & non parva, legitimè ab Ordinariis approbata. Urb. VIII. in princ. Breviarii; unde articuli, digitus, &c. veſtes Sanctorum, &c. non ſunt Reliquiæ inſignes.

1520 In Eccleſia, ubi eſt Reliquia inſignis, fieri poteſt Officium de eo Sancto.

1521 Mortale, & ſacrilegium committit, qui Reliquiam furatur, etiam devotionis prætextu. Com. quia devotio non dat jus ad nocendum, aut inferendum injuriam alteri. Dominicum. 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 56. *n.* 5.

1522 Parvitas materiæ à mortali excuſabit, ſi tria ſimul concurrant. 1. Si ſit pars minima. 2. Si in Eccleſia illa ſint aliæ ejuſdem Sancti partes. 3. Si non ſit Reliquia rara. Ob defectum conditionis defectum, mortale erit furtum minimæ partis Sanctæ Spinæ, aut Crucis. Diana p. 3. *reſ.* 35. quia minima pars talis Reliquiæ, ratione raritatis cenſetur notabilis. Et alias daretur aditus, ut per plura venialia furta poſſet ſpoliari Eccleſia inſigni, & rara Reliquia, qualis eſt Crux, & Sancta Spina.

1523 Non peccat laicus, ſi reverenter Reliquiam tangat, liquet ex uſu fidelium, qui Reliquias ad collum appenſas deferre ſolent. Bonac. *diſp.* 8. *de leg. q.* 1. *pun.* 4. *n.* 7.

1524 Et quamvis irreverentia ſit, cum Reliquia, aut Agno Dei fornicari, non eſt tamen talis, ut ſpeciem ſacrilegii contrahat. Bonac. *p.* 4. *de Reliq. n.* 8. Bord. *reſ.* 117. *n.* 34. quia non violatur locus Sacer, aut perſona Sacra, nec Sacramentum; & Reliquia ſolùm materialiter, ſeu concomitanter, & per accidens ſe habet ad fornicationem: *v. nu.* 1533.

1525 Reliquias repertas Sanctorum jam canonizatorum recognoſcere, & approbare, ſpectat ad ſolos Epiſcopos de Theologorum, & aliorum piorum virorum conſilio, antequam adorationi exponantur. Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *in princ. c. de Reliq. & Vener. Sanct.*

Conſilium Theologorum eſt tantùm conſultivum; unde poteſt Epiſcopus contra illud decidere: attendere tamen tunc debet, ut proprium judicium ſit rationabilius, & firmius. Quòd ſi non valeat ſe reſolvere, ſed ſiſtat in dubio, recurrendum eſt ad Metropolitanum in Concilio Provinciali; & tunc Epiſcopi Concilii habent votum deciſivum; quia ſunt collegæ in exercitio Concilii; & à Concilio deciſio petitur, non conſilium. Requiritur autem major ſuffragiorum pars.

1526 Ad probandum, & decidendum identitatem Reliquiarum, non requiritur evidentia, & certitudo phyſica; aliàs neque miracula pro canonizatione Sanctorum poſſent probari; quia quolibet miraculo poſito, ſemper eſt intellectui, aliquid invenire, quod poſſit opponere, & locum dubitationi aperire. Diana *par.* 2. *tr.* 15. *reſ.* 51. Ambr. Morales *apud ipſum.*

Sed ſufficit certitudo practica, ſeu moralis, ex rationibus probabilibus orta, animum prudentis moventibus ad veriſimiliter, & piè credendum, ità eſſe, ità ut nihil ſit, quod dedeceat, aut contradicat

Conſtat

Conſtat ex verbis Conc. *Quæ veritati, pietati conſentanea judicaverit*. Et ex c. *Placuit, de conſecr. diſtinct.* 1. Ubi Reliquiæ illæ venerandæ dicuntur, quæ ſunt certæ, hoc eſt, non evidenter, *ſed* ex rationibus probabilibus. Et ille certus dicitur, qui probabiliter, non temerè cepit. Nal. & Silv. apud Dianam *cit.*

1527 Hoc præmiſſo, pluribus modis poteſt identitas Reliquiarum probari. Primò, Bullis Pontificiis, aut inſtrumentis publicis, ſive inſtrumentum ſit confectum per perſonam Eccleſiaſticam, ſive laicam; Notario námq; fides datur ob conditionem perſonæ publicæ, & juratæ, ratione officii.

Secundò, probat ſcriptura authentica, ſubſcripta ſcilicet à Superiore, & duobus teſtibus, vel quæ habet ſigillum, & Superioris ſubſcriptionem.

Scriptura non authentica, ſi ſit antiqua, & apud Reliquias reperta, probat. Hoſtienſis *in c. 3. de Reliq.* & ex pluribus juribus apud Graff. *part. 1. lib. 2. c. 66. n.* 28. Quod eſt verum, ſi non agatur de præjudicio tertii; tunc namque ſcripturæ non creditur, niſi ſit ſubſcripta, & authentica, *c. Cum à nobis, de teſtibus*. Gloſſa *ver. ſubſcriptione c. 4. diſtin.* 110. Graff. *cit. n.* 35. Vel niſi ex approbatione Reliquiæ vi talis ſcripturæ, aliquid certò moraliter ſequatur, quod veritati Reliquiæ contradicat.

1528 Tempus antiquum dicitur, quod eſt ſexaginta annorum. Bord. ex pluribus *reſol.* 113. *n.* 45.

Pariter probant. 3. Memoria hominum, & traditio, ſeu publica vox. 4. Lapis marmoreus, aut inſcriptio nomen continens Sancti, ubi Reliquia reperitur. 5. Juramentum probi hominis. 6. Conditio loci Altaris; quia Altaria non conſecrantur ſine appoſitione Reliquiarum.

1529 Reliquiæ, & Imagines adora[…] eodem cultu, quo perſonæ; quia illi[…] cultus relativus competit. Com. ex di[…] 169. de alienatione, & translatione *v. n.* 974. de venditione: *v. n.* 1205.

## AGNI DEI

1530 POtiùs cenſendi ſunt ſacræ Ima[…]nes, quàm Reliquiæ; quia Chri[…]ſtum Dominum myſticè repræſentant[…] ricatus *c.* 15. *pag.* 25.

1531 Gregor. XIII. Conſt. 1. *Omni[…] tè ſtudio*, ſub excommunicatione ipſo[…] incurrenda, non tamen reſervata, proh[…] *Ne quiſquam Agnus Dei per Romanum Pon[…] tificem benedictos, depingere, minio vel[…] aurum, aut colorem ſuperinducere, ne[…] gi, aut miniari facere, nec illos venales pon[…] re, ſeu tenere audeat.*

1532 Unde non poteſt quis vendere [A]gnos Dei albos, ratione materiæ intrin[…] Azorius *tom. 1. lib. 9. c. 9. quæſito 5. ver. Q[…]* contra Dianam *par. 3. tr. 6. reſ.* 11. […] Suarez, & alios apud ipſum. Ratio eſt, […] Gregor. non prohibet de Agnis Dei bene[…]ctis picturam, & venditionem ſimul tan[…] conjunctum, ſed tanquam duos actus […]ctos, ut conſtat per particulam *Nec.* S[…] fateor, quòd poſſit aliquid accipere [...] expenſarum in aſportatione factarum.

Dixi, *ratione materiæ intrinſecæ*; qu[…] tione materiæ extrinſecæ, auri, argent[…] qua ſolent aptari, & extrinſecè ornari, […] poſſe, non eſt dubium.

1533 Non eſt ſacrilegium dare A[…] Agnum Dei, aut Reliquiam, ex benev[…] tia, & gratitudine, licèt ſit irreverentia, S[…] legium tamen eſſet, ſi daretur in ſolution[…] ob injuriam rei ſacræ; nam res ſacra fi[…] pretium turpis lucri: *v. n.* 1514.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1534 Laicus eos tangens, ſi abſit contemptus, non peccat, ex uſu.

1535 In eorum confectione intercedit ſacra unctio; eorum autem materia, & virtutes hic explicantur verſibus:

Balſamus, & munda cera cum Chriſmatis unda
Conficiunt Agnum, quòd munus do tibi magnum.
Fonte velut natum, per Myſtica Sanctificatum,
Fulgura deſurſum depellit, & omne malignum.
Peccatum frangit, ut Chriſti ſanguis, & angit.
Prægnans ſervatur ſimul, & partus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem deſtruit ignis.
Portatus mundè, de fluctibus eripit undæ.

CAPUT VII.

DE TENTATIONE DEI.

1536 TEntatio Dei, *eſt dictum, vel factum, quo quis explorat, num Deus aliquam perfectionem habeat*: eſt duplex, formalis una, & eſt, quando adeſt expreſſa dubietas de aliqua perfectione, ut ſi quis ſe det præcipitem è turri, ad experiendum, num Deus ſit omnipotens, eum à læſione liberando, de quo dubitat, & hæc eſt mortalis; quia eſt gravis irreverentia, juxta illud dæmonis Chriſto: *Si Filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.* Implicita, & interpretativa alia; & eſt illa, cui interpretativa dubitatio de eſt; & tunc habetur, quando quis, licèt non intendat Deum tentare, tamen, vel agit, quòd ſuaptè natura tentativum videtur; ut ſi quis in gravi morbo media naturalia omittat, nempè medicinam, ſperans, aut petens à ſolo Deo effectum. Hæc ut plurimum eſt venialis ob imperfectionem actûs, ignorantiam, inconſiderationem, aut parvitatem periculi; imò nullum peccatum, ſi juxta cauſa adſit, v. gr. Dei inſtinctus, neceſſitas, pia utilitas: per accidens tamen poteſt eſſe mortalis ratione materiæ, ſi ſit periculum gravis mali, ut ſi quis advertenter in puteum ſe projiceret ad oſtendendam Dei erga ſe providentiam.

Bonac. *tom.* 2. *pag.* 255. Tambur. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* §. 2. Buſemb. *lib.* 3. *tr.* 1. *c.* 2. *dub.* 1. Bertaldus 1. *præcept. punct.* 3.

1537 De hæreſi, fusè actum eſt *in tom.* 2. *n.* 258. *à n.* 289. *ad* 239. *& à n.* 281. *ad* 296.

DE II. PRÆCEPTO DECALOGI.

*Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.*

CAPUT I.

DE BLASPHEMIA.

SAtis dictum eſt *in tom.* 2. *à num.* 210. *ad* 221.

1538 Facere dæmonium ſanctum, licèt in ſe ſit blaſphemia hæreticalis, in Regno tamen Siciliæ, ob conſuetudinem, non reputatur blaſphemia hæreticalis, ſed ſimplex, ut *in tom.* 2. *n.* 215. Imò à viro digniſſimo, & S. Inquiſ. Miniſtro, æquè perito, ac docto, audivi, idem per totam Italiam ſervari. Ex Declara. S. Ioquiſit. Rom. de anno ferè 1605.

1539 Et licèt id ſit regulariter verum; poteſt dari caſus, quòd etiam in noſtris Regionibus cenſeatur Plaſphemia hæreticalis, ex adminiculis, & circumſtantiis; putà ſi quis dicat eſſe Sanctum, & Sanctiſſimum; ſi non rarò, ſed cum frequentia, ad omnem animi

motum, etiam levem, & ſi alias blaſphemias, ac maledictiones hæreticales annectat. His de cauſis in noſtro Tribunali elapſo anno 1701. fuit declarata ſuſpecta de levi, & trium annorum exilio punita mulier in hujuſmodi blaſphemiam dæmonii Sancti aſſuetam prorumpere.

## CONVITIUM,

1540 SEu verbũ contumelioſum in Deum, & Sanctos, ſemper eſt blaſphemia, non ſic in cæteras creaturas, niſi ſpecialiter in eis Divina Bonitas reluceat, ut in cœlo, & terra.

1541 Hinc ſi ſit contra ventum, pluviam, locum, bruta, &c. eſt maledictio, & imprecatio, quæ non eſt per ſe mortalis, niſi fiat cùm expreſſa relatione ad Deum, aut cum deliberato deſiderio damni proximi. Similiter de parentibus, & de aliis, quando filiis, aut amicis mala imprecantur; quia regulariter id non ſolet procedere ex odio, ſed ex impatientiæ impetu; peccarent autem mortaliter contra charitatem, ſi advertenter, & deliberatè gravia illa mala deſiderarent.

Maſtrius *in Theol. mor. diſp. 11. quæſt. 3. nu.* 40. Bonac. *tom. 2. pag.* 252. Joan. de la Crux. *pag.* 15. Tamb. *tom. 1. lib. 2. c. 6.* §. 4. Buſenb. *lib. 3. tr. 2. c. 1.* Fenech. *de blaſph.* Bertaldus *1. præc.*

## CAPUT II.

### DE JURAMENTO.

1542 JUramentum, *eſt invocatio tacita, vel expreſſa divini Numinis, tanquam primæ, & infallibilis veritatis, in teſtem alicujus rei.* Differt à voto, quia Deum ut teſtem reſpicit, votum ut objectum, 2. quia votum non obligat, niſi ſit de meliori bono, juramentum verò factũ homini obligat, ... ſi non ſit de meliori bono, ratione fide... dixi: *Factum homini*, nam ſi erit juram... promiſſorium factum Deo, ſequitur na... voti.

1543 Quando dicitur: *Juro hoc ve... rum*; nil aliud addendo, non eſt juram... Allozza *ver. Juram.* ex Villal. quia non ... tur invocatio expreſſa, aut tacita divi... minis. 1. Quia hoc verbum *juro*, eſt ... differens, & conjungi poteſt tam cùm ... tione divini Numinis, quàm cum invo... ne alicujus creaturæ, in qua divina ... ſpecialiter non relucet; ut *juro per ſ... minis honorati, &c.* 2. Quia non habet... catio expreſſa Dei, ut conſtat; nec tacit... virtualis, qualis eſſet, ſi fieret per Sancto... per creaturas, in quibus ſpecialiter divi... nitas, ſeu veritas relucet; quoniam nil ... ditur: corroboratur ex regulis juramen...

1544 Quod eſt verum, niſi ex circ... ſtantiis aliud intelligatur; nam ſi interro... ſub vero juramento de veritate, tu dica... jam eſt determinatum ad juramentum.

1545 Non ſunt juramenta: *In me... ſcientia. Per fidem meam. Per fidem Sa... tis, Religioſi, hominis honorati.* Mendo ... *Juram.* quia non habetur reſpectus ad ... num teſtimonium, ſed ad fidem humana... ad fidem, quæ præſtari debet Sacerdoti, Re... ligioſo, Nobili, &c. Pariter, *In veritate ...* vi ſermonis non eſt juramentum, niſi inte... tur prima veritas.

1546 Eadem ratione non ſunt juram... ta *Sim infamis, Amputetur mihi naſus ...tior.* Gobat. *tom. 3. de juram. n.* 489.

1547 Sacerdos jurans coram Judice ... pectore Sacerdotali, præſtat verum jurame... tum; quia ex communi acceptatione, & ... hæc forma jurandi exigitur à judice cum ... pectu ad primam veritatem, ut teſtem.

1548 D...

1548 Dicere: *Demon ſit dominus animæ meæ. Me rapiat: Vivus non diſcedam hinc*, *ſi* *non ſunt vera juramenta execratoria.*

1549 Non ſunt juramenta: *Giuro à Dio*, *per Dio, per vita mia, &c. che me l'hai da pagar.* Allozza, & Mendo *cit.* quia nec dicuntur animo jurandi, nec accipiuntur ut juramenta, etiam à mulieribus; ſed ſunt quidam modi communi nandi loquendi, ad excandeſcentiam alteri exprimendam, & indignationem.

Hujuſmodi ſæpè ſunt juramenta muliercularum verberandi filios. Imò verum juramentum mortale non erit, ſi fiat ex vehementi ira, aut paſſione, ut jurans non plenè advertat.

1550 At ſi dicas: *Per vitam meam*, non imprecando, ſed enunciando aliquod eſſe verum, vel falſum; eſt juramentum, non minùs, quàm quando enuncias, *Per animam.* Pariter juramenta ſunt: *Coram Deo, quia non mentior. Deus ſcit me dicere verum.*

1551 Hoc autem: *Deus ſcit meam conſcientiam. Si dico verum. Si mentior.* Non eſt juramentum; quia eſt propoſitio æquivoca, & ſemper ſervat veritatem, ſive id, quod dicit, ſit verum, ſive falſum.

Imò dicere: *Teſtis eſt mihi Deus, Deus ſcit*, *quod dico*; ſi enunciativè tantùm dicantur, ità ut ſolùm intendas enunciare, quòd Deus videt, non ſunt juramenta, benè verò, ſi invocando, ut intendas Deum in teſtem tui dicti invocare. Alarius *pag.* 310. *n.* 14.

1552 Nec eſt juramentum ex vi ſermonis: *Tanti Angeli vengano all' anima mia, quante doppie havete voi*; niſi dicatur cum animo jurandi, quia non habetur reſpectus ad divinum teſtimonium, ſed eſt modus loquendi, quo exagerari ſolet quantitas pecuniæ alterius.

1553 Hoc verbum: *Par Deu*; quo ſolent dicere in Sicilia uti, non eſt juramentum; quia non intenditur invocari Deus, ſed eſt verbum aſſumi ſolitum ad propriam paſſionem exaggerandam. Imò plures id proferunt materialiter tanquam pſittaci, neſcientes, quid ſignificet.

1554 Non eſt juramentum jurare per creaturas, in quibus nil divinæ bonitatis ſpecialiter relucet, ut ſi dicas: *Juro per hanc barbam, per hanc veſtem, &c.* quia non cenſentur adduci cum relatione ad Deum. Eſt autem juramentum, cum quis jurat per creaturas, in quibus Deus, aut ejus bonitas ſpecialiter elucet, nempè per Sanctos, per ſacramenta, per cœlum, & terram, animam, &c. quia tunc intelligitur ejus creator, inhabitator, &c.

1555 Jurare per creaturas ordinarias, eſt juramentum, ſi adducatur in obliquo Deus: v. gr. *Juro per hunc panem Dei*; vel ſi intendat adducere Deum in teſtem.

1556 Quando quis ex induſtria unum digitum ſupra alium apponit, ſed veram Crucem non efformans, dicit: *Juro per hanc Crucem*; non eſt juramentum; quia non abſolutè per Crucem ſed per Crucem tunc efformatam, quæ reverà efformatâ non eſt.

1557 Dicere: *Sicut Deus eſt verus, ſicut verum eſt Evangelium, &c. ita hoc eſt verum:* Si intentio ſit adducere divinam veritatem in teſtem, & inſuper comparare humanam veritatem cum divina, ut illa ſit tanta, quanta divina; eſt juramentum, & blaſphemia. Si intentio ſit adducere divinam veritatem in teſtem, at non comparare, benè verò aliqualiter veritatem humanam divinæ aſſimilare hyperbolicè loquendo, (ut communiter profertur,) eſt juramentum, ſed non blaſphemia. Deniq; ſi intentio ſit aliqualiter aſſimilare, at non adducere divinam veritatem in teſtem, ſolùm enunciativè proferre; nec Juramentum erit, nec blaſphemia.

## JURAMENTI DIVISIO.

1558 Dividitur 1. in Aſſertorium: *Quo aliquid affirmatur, vel negatur.* 2. Promiſſorium: *Quo aliquid promittitur.* 3. Conteſtativum: *Quo Deus ſimpliciter ut teſtis invocatur.* 4. Execratorium, ſeu imprecatorium: *Quo Deus non ſolùm invocatur, ut teſtis, ſed ut ſibi, vel ſuis vindex, niſi ſua dicta veritati correſpondeant*; ut, Si hoc non fecero, vel ſi non eſt verum, tollat me Deus ſubitaneâ morte: & comminatorium: *Quo quis alicui promittit malum pœnæ*: v.gr. Per Deum te verberabo: in quo duæ ſunt malitiæ ſpecie diſtinctæ in confeſſione explicandæ, una contra charitatem, qua vult alteri malum, altera contra reverentiam, qua ad illud abutitur authoritate Dei, qui malum abutitur authoritate Dei, qui malum abhorret.

## JURAMENTI COMITES.

1559 Ut licitè fiat, requiruntur tres comites, ſeu conditiones: *Veritas, Judicium, & juſtitia.* Jerem. 4. *Et jurabis: Vivit Dominus, in veritate, & in judicio, in juſtitia.* Veritas conſiſtit in hoc, quòd res ſit vera, aut ex gravi ratione, vel bona fide putetur vera. Judicium, ut ſcilicet juramentum non fiat ſinè neceſſitate, gravi cauſa, aut utilitate, ſed cum prudentia. Juſtitia expoſcit, ut quod juratur, ſit res licita, & honeſta. Si deſit veritas, eſt peccatum mortale, & dicitur perjurium; perjurium enim *eſt juramentum, cui deficit veritas.* Si deſit judicium, regulariter eſt veniale. Si deſit juſtitia, erit grave, vel leve, juxta gravitatem, vel levitatem materiæ. Contra primam conditionem non poteſt dari parvitas materiæ; quia veritas conſiſtit in indiviſibili: bene verò contra ſecundam, & tertiam. *Vide propoſ.* 14. ab Innocent. XI. *damn.*

1560 In juramento promiſſorio in intentione non datur parvitas materiæ, ta- men in executione; hinc ſi jurans habeat ani- mum non adimplendi, quod promittit, non promittendi; vel jurat impoſſibile, quod credit ſe facere non poſſe; peccat mor- taliter ex defectu veritatis, ſeu animi adim- plendi, qui eſt gravis irreverentia in Deum; verò in executione ex ſumma, quam pr[...] ſit, parum detrahat, non peccat mortaliter *in prop.* 25. ab Innoc. XI. *damn. v. i. n.*

1561 Qui vovet, jurat, aut contrahit matri- monium cum animo non ſe obligandi ad vo- tum, juramentum, aut ad aliquod ex [...] bonis matrimonii; peccat, ſed votum, jura- mentum, aut matrimonium eſt invalidum. verò vovet, jurat, aut contrahit matrimonium cum animo non exequendi votum, jura- tum, aut tria bona matrimonii, ſed impe- di v.gr. prolem; peccat, ſed validè vovet, ju- rat, aut contrahit. Ratio eſt, quia pri- mus reſpicit actum primum, & ſubſtan- voti, juramenti, & matrimonii; ſecundus ve- rò actum ſecundum, qui accidit actui pri-

1562 Ad jurandum extra judicium ſuffi- cit uſus rationis, & ætas ſufficiens ad [...] dum, & peccandum.

1563 Juramentum poteſt per procurato- rem præſtari, niſi aliud jure, aut conſuetudine proviſum ſit: hinc non admittitur procurator ad teſtificandum. Non ſufficit autem genera- le, ſed requiritur ſpeciale mandatum; [...] debet procuratori conſtare, quòd domi- rem pro certa habeat, aut quòd ex animo pr[...] mittat; alioquin peccabit, & dominus ma- bit obligatus, minimè ex juramento, [...] contractu ob facultatem generalem ad con- trahendum, ſi contractus ſit validus.

1564 Conſuetus ſæpe jurare cum verita- te non peccat mortaliter.

Conſuetus verò jurare ſæpe verum, ſæpe falſum, ſinè advertentia, an ſit verum, [...] falſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

falſum, peccare mortaliter, & eſſe in ſtatu peccati mortalis, nimis rigidè tenent plures. Inconcuſſa enim, & omnino certa eſt regula, ad peccatum actuale mortale requiri, ut actus ſit voluntarius; adeóque cum plena advertentia, & libertate.

Hic igitur non peccat mortaliter. Alarius num. 24. tenetur tamen ſub mortali, fugere occaſionem proximam, putà ludum, aut familiaritatem ejus, qui eſt ei occaſio ſæpe ſæpiùs pejerandi.

Peccat autem mortaliter, qui advertenter jurat, ſi nullam rationem habeat, an id, quod jurat, ſit ne verum, aut falſum; quia periculo pejerandi ſe exponit.

1565 Juramentum non adimplere in re levi eſt veniale.

Qui juravit recitare ſingulis diebus unum *Ave*, & in fine anni nullum recitavit, non peccat mortaliter: qui verò juravit dare pauperi ſingulis diebus unum obolum, in fine anni, nullum dedit, peccat mortaliter; quia priores materiæ non coaleſcunt, bene verò poſteriores; patet de eo, qui ſingulis diebus omittit materiam parvam Officii de præcepto, & de eo qui ſingulis diebus unum furatur obolum. Idem dic de voto.

1566 Paganus jurans falſum per falſos Deos, peccat mortaliter; non quia ſit verum juramentum, cum non ſit invocatio divini Numinis, ſed in ſui exiſtimatione; quia putat eſſe verum juramentum. Sicut ex conſcientia erronea peccat, qui violat præceptum, quod putat habere, licet revera non extet. Si autem poſtea paganus cognoſcat, ſuos Deos eſſe falſos, non tenetur amplius ad juramentum; quia revera nullum fuit, ſed ſolùm tenetur ſtare promiſſis ex fidelitate.

1567 Hinc peccat mortaliter, qui ſinè neceſſitate inducit paganum ad jurandum per falſos Deos, ut cooperator ad actum Religionis indebitum, ſi quod juratur, eſt verum; inſuper ad perjurium, ſi quod juratur, ſit falſum; non peccat, ſi cum neceſſitate, & legitima cauſa. Alloza *ver. juram.* Ant. à Spir. Sanct. *tom. 1.*

1568 Pari ratione, peccas mortaliter, ſi inducis alium ad jurandum falſum, quod ille putat eſſe verum; ob irreverentiam, quam tu præſtas Deo, quem revera invocare facit ut teſtem falſi, licèt ille à peccato formali excuſetur ob bonam fidem.

## QUÆRES

1569 *An liceat exigere juramentum ab eo, quem ſcit certò eſſe pejeraturum, vel juraturum per falſos Deos?*

1570 Certum eſt, 1. Nemini licere inducere alium ad falsò jurandum, vel ad jurandum per falſos Deos; quia cùm ſint actus ab intrinſeco mali, nulla ratione cohoneſtari poteſt eorum petitio.

1571 Certum eſt, 2. Non eſſe mortale, neque veniale, juſtà exiſtente causâ, exigere juramentum ab eo, quem tibi non conſtat eſſe falſa juratorum, aut per falſos Deos; quia in dubio delictum de nemine eſt præſumendum; alias nunquam liceret.

1572 Certum eſſe debet, 3. Non eſſe licitum, ſed mortale, exigere juramentum ab eo, quem certò ſcis eſſe pejeraturum, aut per falſos Deos juraturum, ſi nulla extet legitima cauſa, ſive ille non ſit paratus, ſive paratus jurare: quia quilibet tenetur ex charitate, proximi peccatum vitare, ſi abſque ſuo incommodo poſſit, ut de cooperatione.

Difficultas igitur eſt neceſſitate, ſeu legitimâ causâ exiſtente.

1573 Eſſe tunc licitum, ſive in judicio, ſive extra, docent Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 1. §. 4.* Ant. à Spir. Sanct. *& Doctores communiter apud illos quia juxta cauſa excuſat à culpa, quando ex-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*poſcitur opus ex ſe indifferens, licèt ſciatur illud cum peccato eſſe faciendum*; & peccatum tribuitur ipſi juranti, qui poteſt illud non facere, quódque ipſe petens non tenetur impedire cum ſuo detrimento.

1574 Juſtam cauſam dicunt eſſe, in judice, ſi exigat ratione officii; in perſona privata, ſi exigat ratione ſui juris tuendi, vel expoſcendi, fraudes detegendi, pacta firmandi, aut ex alia honeſta cauſa, & in Principe ratione fœderis firmandi. Ità docent Doctores communiter.

1575 Te tamen non pigeat legere, quæ D. Aug. *tom.* 10. *ſerm.* 2. de Decollat. S. Joan. Bapt. ſcripſit. Audi quæſo Auguſtinum:

„ Scribite in cordibus veſtris, quod dico:
„ ille autem, qui hominem provocavit ad ju-
„ rationem, & ſcit eum falſum eſſe juraturum,
„ vincit homicidam, quia homicida corpus
„ occiſurus eſt, ille animam, imò duas ani-
„ mas, & ejus quem jurare provocavit, &
„ ſuam. Scis verum eſſe, quod dicis, & fal-
„ ſum eſſe, quod ille dicit, & jurare com-
„ pellis? Ecce jurat, ecce pejerat, ecce pe-
„ rit: tu quid inveniſti? Imò quia & tu peri-
„ ſti, qui de illius morte te ſatiare voluiſti.
„ Aliquid dicam, quod nunquam dixi chari-
„ tati veſtræ in hoc populo, quod contigit in
„ hac Eccleſia. Fuit hic homo quidam ſim-
„ plex, innocens, bene fidelis, à multis ve-
„ ſtrum, id eſt, Hipponenſibus, imò ab omni-
„ bus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Tu-
„ tumlymeni quis veſtrûm non novit, qui
„ eſtis cives? ab illo audivi, quod dico. Ne-
„ ſcio quis negavit ei, vel quod ei debebatur,
„ & hominis fidei ſe commiſit. Commotus
„ provocavit eum ad jusjurandum, juravit
„ ille, iſte perdidit; ſed iſto perdente, ille
„ penitùs periit. Dicebat ergo iſte Tutusly-
„ meni homo gravis, & fidelis, ipſa nocte ſe
„ exhibitum fuiſſe ad judicem, & cum magno
„ impetu, atque terrore ſe perveniſſe ad p[illegible]
„ ſidentem excelſum quendam, & admi[illegible]
„ lem virum, cui parebat officium ſ[illegible]
„ excelſorum; juſſum fuiſſe perturba[illegible]
„ tro revocari, & interrogatum fuiſſe hi[illegible]
„ bis; Quare provocaſti hominem ad jura[illegible]
„ nem, quem ſciebas falſum eſſe juratur[illegible]
„ Reſpondit ille; Negavit mihi rem me[illegible]
„ Reſponſum eſt illi: & nonne melius er[illegible]
„ rem tuam quam exigebas, perderes, qu[illegible]
„ animam hominis iſtius falſa juratione p[illegible]
„ meres? Proſtratus eſt, juſſus eſt cædi; ca[illegible]
„ eſt tam graviter, ut in dorſo evigilan[illegible]
„ ſtigia plagarum apparerent; ſed dictu[illegible]
„ illi, poſtea quàm emendatus eſt, pa[illegible]
„ innocentiæ tuæ, de cætero cave ne fa[illegible]
„ Fecit quidem ille magnum peccatum, [illegible]
„ emendatus eſt, ſed multò gravius p[illegible]
„ tum faciet, qui poſt iſtum meum ſer[illegible]
„ nem, & iſtam meam admonitionem, & e[illegible]
„ hortationem, tale aliquid fecerit; cave[illegible]
„ falſa juratione.

His igitur præmiſſis,

1576 Dico 1. Licitum eſt perſonæ pu[illegible]cæ ut publicæ, minimè perſonæ privatæ, e[illegible]gere juramentum ab eo, quem certò ſcit e[illegible] pejeraturum. D. Bonav. *in lib.* 3. *cent. diſt.* [illegible] *art.* 2. *q.* 3. & D. Thomas 2. 2. *q.* 98. *art.* 4.

Rationem deſumunt ex authoritate [illegible] D. Aug. quia loquendo de perſona priv[illegible] (de qua loquitur Aug.) nulla poteſt allig[illegible] juſta cauſa; juſta námque cauſa maximè [illegible] tuitio juris, recuperatio rei, firmatio ver[illegible]tis, pacti, &c. nil autem horum, imò contrarium obtineretur per juramentum falſum; [illegible] inquam cum falſitate jurante, rem non e[illegible] tuam, tibi non debere, quod dicis &c. re[illegible] tuam non recuperas, ſed potiùs perdis; im[illegible] ſinè tua utilitate, inſuper animam proxim[illegible] perdis. Nec pura ratio privatæ perſonæ da[illegible] ad id tibi jus. Eo ipſo igitur, quod certò ſc[illegible]

aliquem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliquem eſſe pejeraturum, ceſſat juſta cauſa exigendi ab eo juramentum; jus namque eſt tuendum cum fructu, aut cum ſpe fructûs, minimè cum certo damno, maximè animæ alterius, ſinè ulla ſpe fructûs.

1577 Hinc non alia ratione Doctores à peccato excuſant petentem mutuum à mutuante, qui certò ſcitur mutuaturus ſub uſuris, niſi ex neceſſitate, & utilitate, quam reverà ibi obtinet, *ut in num.* 572.

Tum quia tunc privata perſona poteſt jus ſuum proſequi recurrendo ad Superiorem.

1578 Loquendo autem de perſona publica, ut judex, adeſt juſta cauſa; quia judex illud juramentum exigit ex juris ordine: & jus publicum, ac communis utilitas prævalet cuilibet juri privatæ perſonæ; unde licitè poteſt juramentum exigere ab eo, quem certò ſcit eſſe pejeraturum.

Et licet judex non prodeſſet privatæ perſonæ ſuper recuperationem rei, quam illa petit, prodeſſet communitati; primò, quia ſuccedit in aliorum exemplum, ut ab injuſtis, & injuſtitiis abſtineantur, ne in has anguſtias deveniant afficiendi ſe, ſi non pœna corporis, pœna animæ, falſo juramento. Secundò; quia, ſi non poſſet licitè judex exigere juramentum ab eo, quem certò ſcit eſſe pejeraturum, poſſent perverſi fingere ſe certò pejeraturos, ut ſic à judicis interrogatione eximerentur, quod cederet in maximum Reipublicæ damnum. Ecce in perſona publica, publicam utilitatem, juſtam cauſam.

1579 Dico 2. licitum eſt tam perſonæ publicæ, quàm privatæ, neceſſitate, ſeu juſta cauſa poſtulante, exigere juramentum à Pagano, quem certò ſcit eſſe juraturum per falſos Deos, D. Bonav. *& doctores omnes ibi.*

Ratio eſt, quia talis petitio juramenti à pagano, quam facit Chriſtianus ad tuendum jus ſuum, ad firmum reddendum contractum, pactum, &c. eſt utilis tam ipſi perſonæ privatæ, quàm communitati fidelium; nam paganus, cum putet ſe peccare ſuum juramentum per falſos Deos factum frangendo, fortiùs illud ſervat, quàm plures fideles; ſi autem talis petitio juramenti à pagano non liceret Chriſtiano, privarentur Chriſtiani, agendo cum paganis, principali vinculo ſua jura, & pacta firmandi, quale eſt juramentum, quo vinculo gauderent ſolùm Pagani agendo cum Chriſtianis; quod cederet in maximum detrimentum, & præjudicium Chriſtianæ Reipublicæ; & Chriſtiani in ſocietatibus, & juribus evaderent pejoris conditionis paganis; communis autem utilitas, & publicum bonum prævalet cuilibet privato bono. Hinc Gen. 31. Jacob recepit juramentum à Laban Idolatra, & Mach. 3. Judas à Romanis Idolatris.

1580 Dices 1. Qui recipit juramentum per idolum factum, conſentit illi: illud eſt malum, igitur conſentit malo; ergo peccat.

Reſpondet D. Bonav. *cit.*

„ Quod in juramento facto per idolum, duo „ eſt conſiderare; videlicet ipſius Idoli vene„ rationem, & exterioris verbi confirmatio„ nem; habendo reſpectum ad primum, nullè „ licet juramentum ab idolatra recipere, nec „ exigere, nec facere; quia idoli veneratio „ eſt omnino deteſtanda: Si verò habeatur „ reſpectus ad ſecundum, ſic licitum eſt ab „ eis recipere juramentum, maximè pro uti„ litate communi; & ſic recepit Jacob pro „ pace ſuæ poſteritatis, & Judas pro pa„ ce gentis ſuæ: & ſic Chriſtiani à Sarace„ nis recipiunt pro pace, & utilitate commu„ nitatis, &c. Qui recipit juramentum per „ Idolum factum, non conſentit Idoli vene„ rationi, ſed veritatis confirmationi, ut fir„ mum ſit verbum, & ſolidum maneat pa„ ctum, quantum ad hoc, non eſt ibi peccatum;

„ quia

„ quia recipit, quòd ſuum eſt; quòd eſt verò „ ibi malum eſt, deteſtatur; ſicut pauper indi„ gens eleemoſynâ, recipit eleemoſynam „ cùm murmure ſibi datam, & non peccat; „ quia ſic placet elemmoſynæ daito ita quòd „ diſpliceat ſibi annexa murmuratio.

1581 Dices 2. Illicitum eſt privatæ perſonæ ex cauſa exigere juramentum ab eo eo, quem ſcit eſſe juraturum falſum; igitur & ab eo, quem ſcit eſſe juraturum per falſos Deos.

Reſpondeo ex D. Bonav. *cit.* diſparitatem eſſe; quia in juramento falſo nil boni eſt conſiderare, ſed ſolam veritatis ſubverſionem, adeòque, qui exigit juramentum ab eo, quem certò ſcit eſſe juraturum falſum, exigit juramentum in veritatis ſubverſionem; quod non poteſt eſſe ſine peccato. Eò maximè, quia talis petitio eſt inutilis, ut oſtenſum eſt *n.* 1576. Quia verò in juramento per falſos Deos, eſt quid boni conſiderare, nempè veritatis confirmationem, qui exigit juramentum à pagano, quem certò ſcit eſſe juraturum per falſos Deos, illud exigit in veritatis confirmationem; inſuper talis petitio eſt utilis, ut oſtenſum eſt, & ideo non peccat.

## DE VERITATE *PHYSICA, AUT MORALI,*

1582 ET de certitudine ad veritatem requiſita, plenè agit Scotus *in 3. diſt. 39. qu. un. §. Quantum ad ſecundum,* & clarè Tamb. *lib. 3. decal. c. 2. §.* 1, ubi diſtinguit certitudinem moralem ex parte rei juratæ, & ex parte jurantis.

## EX PARTE REI JURATÆ

1583 HAbetur, ſi res, de qua fit juramentum, ità ſe habeat ſecundum ſenſum humanum communem acceptation[em] aut conſuetudinem.

„ *Hinc* (ait Tamb.) *non eſt condemn[andus]* „ *Parochus*, ſi teſtificetur, ſuum Cle[ricum] „ frequentaſſe toto anno Eccleſiam, c[um ta]„ men per majorem ſolùm anni partem [divi]„ nis officiis aſtiterit; id enim eſt moral[iter] „ to anno frequentaſſe. Idem dic de Sc[ho]„ ſticis, ſi teſtificentur aliquem ex ſuis [...] „ ſimili modo frequentaſſe: excipe, ni[ſi] „ univerſitatis, vel Eccleſiæ conſtitution[es] „ quirant annum mathematicum.

„ 1584 Excuſavi olim Sacerdotem [jur]„ tem ſe in Parochia per Hebdomadam [...] „ rem Confeſſionibus excipiendis op[eram] „ dediſſe, juxta edictum Epiſcopi, ſub e[xcom]„ municatione latæ ſententiæ id præcip[ien]„ excuſavi autem ex præfata doctrina, [...] „ licèt per aliquem diem abfuerit, mor[aliter] „ tamen ſemper ad fuit; unde etiam [ab ex]„ communicatione eum liberavi. Qui[d si] „ in alia, & non in Eccleſia Parochiali, co[nfes]„ ſiones audiſſet? Excuſaſſem etiam no[...] „ tus; quia jam ſuum munus utiliter, [...] „ per æquivalens, objiſſet: Multò magi[s ...] „ feciſſet in ſua Eccleſia, cui fortè ſerv[...] „ ei enim, ejuſque ſervitio non cenſend[...] „ Epiſcopus præjudicare voluiſſe.

1585 Potiori jure in noſtra Religion[e ex]cuſarem Lectorem jurantem, *ſe per decem [in]tegros annos ſacram Theologiam perlegiſ[ſe]* per ſeptem integros menſes ſingulis ann[is le]giſſet; inſuper jurantem, *ſe integro le[ctionis] philoſophiæ triennio ſatiſfeciſſe*, ſi philoſo[phiam], aut ejus partem nō perlegiſſet, ſed p[er] par tempus lecturâ Theologiæ ſuppleviſ[ſet]; quia in noſtra Religione annus lecturæ co[n]ſtare debet ex ſeptem integris menſibus, & le[c]ctura logicæ ſuppleri poteſt per philoſophi[am], & philoſophiæ per Theologiam, ut no[tat] Melphi *ſuper conſtit. c. 5. ſtat. 12. §. 5.* & [...]

1586 He[...]

1586 Hæc etiam ( ait Tamb. ) locum habent in juramento promiſſorio, comminatorio, &c. ut 1. Si jures alicui infinitas gratias te acturum, 2. Si mater juret filium rixantem ſe occiſuram, caput fracturam, & dominus famulos puniturum, 3. Si urbanitatis cauſâ jures te primum non egreſſurum è januâ, non tranſiturum per viam; quia ad honeſtam veritatem ſufficit, ad 1. oſtenſio extraordinariæ gratitudinis, ad 2. punitio filii qualiſcumque ſi ſit reprehenſio. Tum quia regulariter intervenit cauſa ab executione excuſans, puta emendatio, domûs turbatio, amici interceſſio, ejus ad favorem cujus fuit juramentum conſenſus, remiſſio, &c. Ad 3. animus qualis, ut primus egrediendi, non tranſeundi: unde non peccas, ſi non adimpleas; hæc námq; per talia verba ſecundùm ſenſum humanum, & acceptionem intelliguntur: itá doctè Tamb. Idem dic de juramento puerorum accuſandi condiſcipulos apud præceptorem.

## EX PARTE JURANTIS

1587 Certitudo moralis adeſt, quando jurans prudenter putat rem itá ſe habere, non levi conjecturâ ductus, ſed certâ, vehementi, aut probabili. Quo præmiſſo.

1588 Dico cum Scoto *cit.* in odioſis, putà in contractibus, & quoties eſt periculum damni proximi, non poteſt quis jurare abſolutè rem eſſe, aut non eſſe, niſi adſit certitudo ſcientiæ, ſeu phyſica.

In favorabilibus verò, in quibus nullum adeſt damnum, & præjudicium tertii, ad abſolutè jurandum ſufficit certitudo moralis, ſeu credulitas;

1589 Ratio eſt; quia in odioſis juramentum habetur pro certo, in favorabilibus habetur pro credito. Injuſtum enim eſt in odioſis, ut detur ſententia phyſicè certa penè phyſicæ mortis, damni, &c. pro teſtimonio credito, ſeu moraliter, non phyſicè certo; quæ ratio ceſſat in favorabilibus, adeóque datur locus favori, ut ſufficiat certitudo moralis, ſeu credulitas. Quod probatur ex Decretali *lib.* 1. *tit.* 12. *de ſcrutinio in ordine faciendo, cap. un.* ubi dicitur, quòd Archidiaconus teſtificans Epiſcopo promovendum eſſe dignum ad ordinem, non peccat, licèt non phyſicè certò ſciat, ſed ſolùm ſciat, quantùm humana fragilitas ſinit noſcere, ſeu ex judiciis probabilibus; quod eſt teſtimonium de credulitate. Unde ſequitur Scotus:

1590 *In promotionibus igitur talibus, ſive ad ordines, ſive ad quaſcunque dignitates, &c. puta in univerſitatibus ad magiſterium, in Religionibus ad prælationem, vel ad aliquos alios actus, ſi ſit conſuetudo approbata, quòd „ tales reſponſiones ſub juramento præſtito*, vel „ ſub fide data, vel ſub obedientia promiſſa, „ non debent intelligi, niſi de credulitate, „ quantùm ſinit humana fragilitas noſcere, „ cùm illum, quem non novit indignum, debeat æſtimare dignum; omnes tales reſponſiones debent intelligi de illo ſecundùm „ conſuetudinem communem, nec reſpondentes peccant in aliquo, quamvis ſic promotus non ſit dignus.

1591 Ritè autem Tamb. advertit, quòd licèt ad prudenter, & ſinè peccato operandum ſufficiat probabilitas bonæ actionis; ad jurandum verò, ob reverentiam juramenti, non quævis probabilitas ſufficit, ſed ea, quæ certitudinem moralem pariat, quæ ſcilicet, quamvis non pariat evidentiam phyſicam, itá firmet prudenter intellectum in illam partem, ut nullam prudentem formidinem relinquat de oppoſito, ſed metaphyſicam, minimè practicam, niſi levem. Explicat Exemplo.

„ 1592 Probabile eſt, ſacerdotem Religioſum aliàs conſuetum quotidiè celebrare, hoc „ manè celebraſſe: poſſum ergo ſinè culpa

,, mendacii, & prudenter affirmare, eum
,, Miſſæ ſacrificium hoc manè obtuliſſe: at
,, non poſſum id ipſum jurare; quia licèt pro-
,, babile ſit, non eſt tamen certum: quòd ſi
,, accedat dictum alicujus fide digni, qui mihi
,, teſtatus ſit, vidiſſe illum Sacerdotem hoc
,, manè celebrantem, poſſem jurare; quia tale
,, teſtimonium facit rem moraliter, & ſuo mo-
,, do certam.

,, 1593 Unde Scotus *cit.* ait: Univerſali-
,, ter autem, ſive in favoribus, ſive in odiis,
,, jurans de illo, cujus oppoſitum magìs cre-
,, dit, vel de illo, de quo eſt dubius, ideſt quod
,, non magìs aſſentitur uni parti, quàm al-
,, teri, peccat mortaliter; quia adducit Deum
,, tamquam teſtem ejus, quod neutro mo-
,, do eſt ſibi certum, quo deberet eſſe cer-
,, tum.

1594 In favorabilibus igitur requiritur, & ſufficit certitudo moralis; etiam in judicio, quando petitur informatio perſonæ, v. gr. de vita, fama, & ſimilibus; quia *Cum non intendatur à judice* (ait à Tamb.) *certitudo de viſu, ſatis eſt certitudo moralis ex auditu*, ex Sanchez; *ſiquidem metaphyſica, & omnimoda de his, nec haberi, nec quæri ſolet.*

1595 Et hoc maximè, ſi petatur informatio de parentatu, puta de Avis, & de longo tempore, videlicet 50. aut 60. annorum; tunc, ut quis teſtetur eos eſſe bonæ famæ, bonos Chriſtianos, &c. ſufficit, ut non noſcat eos eſſe in aliquo Tribunali, aliquo delicto, aut errore notatus, nec rumorem de illis, & malam famam audierit.

1596 Inſuper ſubdit cum Hurtado: *Scholaſticus volens probare curſum ad quod eget duobus teſtibus, adhibere poteſt duos amicos, qui illum non viderunt intereſſe lectionibus, ſed ſatis ſibi perſuadent illum interfuiſſe: at non poſſunt jurare, ſe id vidiſſe.*

1597 In contractibus autem, & negotiationibus humani commercii, ac in ſententi... rendis, etiam ſragatur de favore, & ... tia, non ſufficit certitudo moralis, qu... ex auditu etiam fide digniſſimi; ratio... quia in illis judex juridicè interrogans, ... dit interrogare, non de quacunque cert... ne, ſed de certitudine ſcientiæ, intendit... interrogare teſtem, ut per eum habeat ... plenam probationem, quam non facit cer... tudo moralis unius teſtis ex auditu cujuſ... de digni; quàm intentionem legitimè ... judex ob bonum publicum, cui cedit ... utilitas; teſtis autem juridicè interrogat... netur reſpondere juxta mentem judicis le... mè interrogantis; alioquin ruerent omnia ... mana judicia.

1598 Hinc [ait Tamb.] Quòd ſi quis ... dignus carens teſtibus adhiberet duos ... ad recuperandum ſuum creditum, qu... à debitore negatur; ſi hi teſtes deponerent ... certa ſcientia crediti, non tenerentur qu... ad reſtitutionem; quia cum eſſent mor... certi de credito, non peccarent contra ju... tiam commutativam; peccarent tamen ... taliter contra fidelitatem, non teſtificant... mentem judicis, qui quidem non intendit ... titudinem moralem, ſed ſcientiæ phyſicam.

## ACCEPTILATIO

1599 Eſt habitio rei pro recepta, qu... pliciter contingere poteſt cum ju... ramento. Ità Tamb. *cit.* cum quo.

Primò. Creditor in pecuniam, aut dot... contra Paulum volens remittere, aut gra... donare: jurat coram Notario, ſe pecuniam aut dotem recepiſſe. Licitè jurat; qui... communi acceptatione, & conſuetudine ... tunc verba non ſumunutur, ut ſignificant pro... priè; quia tunc eſſet perjurium: ſed impropr... quatenus pro receptis habet, & talis accepti...

tio æquivalet veræ receptioni. At, quando jurat, habere debet animum verè remittendi, alioquin erit mendax, & perjurus.

1600 Cùm hoc autem ſtat, quòd poſſit certam ſpem, aut moralem certitudinem habere, quòd ille non ſit remiſſionem acceptaturus, aut quòd ſit ſtatim retrodonaturus; quia per hoc non tollitur, quin verè remiſerit.

1601 Imò poteſt, antequam juret, cum ſibi paciſcere, quòd non acceptet, aut quòd poſt horam, diem, &c. retrodonet, dummodò inde nullum ſequatur præjudicium tertii.

1602 Secundo. Creditor in pecuniam, certus de fidelitate ſui debitoris, jurat coram Notario, ſe pecuniam ab eo recepiſſe; licitè jurat; quia hìc requiritur ſola certitudo moralis, & jam creditor eſt moraliter certus, quòd debitor ſit proximè ſoluturus, & quæ ſumus moraliter certò habituri, moraliter, & juxta humanum modum loquendi, nos habere, dicimur.

1603 Tertiò. Petrus creditor Pauli in centum, debet Antonio alia centum; ne autem Antonius intentet ſequeſtrum, & pro ſe recipere centum, quæ debet Paulus Petro: Petrus jurat coram Notario, ſe recepiſſe dicta centum à Paulo, quæ revera non recepit, ſed ſolùm habet pro receptis. Licitè jurat, ſi jus Antonii ſit incertum, aut Petrus habeat jus non ſolvendi illa centum Antonio; quia jus Petri in centum contra Paulum eſt certum; jus verò Antonii in Petrum non eſt certum. Unde Paulus habet jus reddendi tutum ſuum creditum contra Paulum; quilibet enim habet jus tuendi ſuum, omni majori ſecuritate, qua poteſt; & huic acceptilationi favet conſentiendo.

Si verò jus Antonii in centum contra Paulum eſt certum, & Petrus non habet aliunde jus non ſolvendi ea Antonio, acceptilatio eſt injurioſa, & mortalis contra jus Antonii, de recuperando ſuum omni meliori modo, quo poteſt. Imò ipſe Paulus dictæ acceptilationi conſentiens, ob eandem rationem peccaret mortaliter, ſi id ei conſtaret; at ſi id neſciat, poteſt licitè ei conſentire, quia poteſt putare Petrum habere ad id jus: quia nemo judicandus eſt malus, niſi certò conſtet; & ſicut poteſt ipſa centum ſolvere Petro, ità poteſt confeſſionem receptionis à Petro acceptare; nam Paulus eſt obligatus ſatisfacere ſuo creditori, & non quærere aliorum jura contra creditorem. Ità Tamb.

### DE OBLIGATIONE JURAMENTI PROMISSORII

1604 Juramentum promiſſorium eſt multiplex, videlicet: Doloſum, Incautum, Per ſe ſtans, aut confirmans contractum. Coactum. Et errore, vel dolo extortum.

### JURAMENTUM DOLOSUM

1605 Tripliciter fieri poteſt, 1. Quando quis jurat ſinè animo jurandi; 2. Sinè animo ſe obligandi; 3. Sinè animo adimplendi: *v. num.* 1560. 1561.

1606 Certum eſt, 1. Quòd, qui intendit verè jurare, habet virtualiter animum ſe obligandi, quia obligatio vel eſt de eſſentia, vel paſſio inſeparabilis juramenti, 2. Quòd jurans cum animo nō adimplendi, peccat mortaliter ex defectu veritatis; qui enim ſe obligat ad aliquod, & ſimul habet animum illud non implendi, mentitur, & tenetur adimplere, 3. Quòd jurans ſinè animo jurandi, aut cum animo expreſſo ſe non obligandi, non teneatur in foro interno adimplere, licèt poſſit in foro externo cogi; quia revera non jurat, ſed ſimulat, & nulla actio humana obligationem inducit ſinè voluntatis conſenſu; & voluntatis conſenſus non habetur, ſi non habea-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur intentio faciendi id, quòd obligationem cauſat.

1607 At qui fictè juravit puellæ, ſe eam ducturum in uxorem, quæ ob id paſſa ſit violari; tenetur eam ducere, niſi conditio ſit valdè diſpar. Allozza *ver. juram. num.* 52. Difficultas tamen eſt, *an jurans ſinè animo jurandi, aut cum animo expreſſo ſe non obligandi, peccet, & quomodo?*

Et quidem certum eſt, cum Scoto *in 3. diſt. 39. q. un. K.* quòd, ſi hic juret ſinè animo adimplendi rem promiſſam, peccet mortaliter; quia ex una parte mentitur, nam verbis promittit dare rem, & interiùs habet animum non dandi. Ex alia parte, licèt revera non juret, cum habeat animum non jurandi, ſeu non ſe obligandi, fingit tamen jurare; fingere autem nominare Deum in teſtem falſi, eſt gravis Dei irreverentia; ſicut enim prima veritas non poteſt ſinè gravi irreverentia, & peccato, fictè, & ſimulatè verbis externis negari; ità neque fictè, & ſimulatè verbis externis in teſtem falſi invocari.

1608 Si verò hic juret cum animo implendi, ſed ſolùm ſinè animo jurandi, & ſe obligandi; eum peccare mortaliter, ſi ſic juret in judicio, docet communis; quia quilibet in judicio reſpondere tenetur ſecundùm mentem Judicis legitimè interrogantis; Judex verò petit verum, non fictum juramentum. Idem tenet communis in contractibus, ubi agitur de damno tertii.

1609 Extra autem judicium eum peccare ſolùm venialiter, tenent Cardenas *diſert.* 18. Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 5. *diſ.* 1. *nu.* 61. 63. Tamb. *lib.* 3. *cap.* 3. ¶. 1. *nu.* 6. Alarius *de juram. num.* 35. & alii apud ipſos; quia Deus recipit juramentum, prout ex corde procedit, *cap. humanæ aures* 22. *q.* 5. Et in hoc caſu non adeſt mendacium, ſed verum, nec adeſt juramentum cadens ſupra falſum: Non adeſt mendacium, ſed verum; quia verbis externis, qui rem promittit, correſpondet animus nus implendi; ex hoc autem, quòd non ha animum jurandi, & ſe obligandi, ſolùm quitur, quòd juramentum non ſit verum fictum; adeóque non datur juramentum dens ſupra falſum, & mendacium: quod lùm daretur, ſi tunc juramento reflexo ret: *juro me jurare*; ſola autem fictio juramenti, ſeu ſimulatio invocationis Divini teſtimonii; qui eſt actus Religionis, non eſt gravis irreverentia, ſicut regulariter non eſt gravis reverentia, nec inde mortalis, ſed venialis fictio orationis; & ſimulatio ſanctitatis, ut Thoma 2. 2. *q.* 111. *art.* 4. ubi docet: *Non semper ipſa ſimulatio eſt peccatum mortale quandoque veniale: quod diſcernendum ex fine ſi repugnet charitati Dei, vel proximi peccatum mortale, putà cum ſimulat ſanctitatem, ut falſam doctrinam diſſeminet, vel adipiſcatur Eccleſiaſticam dignitatem indignus, vel quæcunque alia temporalia bona, quibus finem conſtituit.*

1610 Idem dicunt de contractibus, in quibus nullum ſequitur damnum tertii; quia in contractibus, id quod magis vitari attenditur eſt damnum tertii.

1611 Dico autem, eum etiam extra judicium ſemper peccare mortaliter. Cajet. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 4. *dubium*, & noviſſimè post hæc ſcripta pro mea ſententia reperio, Didacum de la Fuente, Hurtado *diſ.* 12. *c.* 5.

Ratio eſt; quia qui jurat ſinè animo jurandi, & ſe obligandi, licèt cum animo implendi, aſſumit mendaciter nomen Dei ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis; adeóque peccat mortaliter. Suadetur. Hic námq;, licèt non committat mendacium circa materiam juramenti, committit mendacium in ipſo formali juramento; nam verbis externis dicit ſe jurare, & interiùs

be

be animum oppoſitum, & revera non jurat.

1612 Inſuper iſta ficta, & mendax invocatio divini teſtimonii ordinatur ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis, quia omnino periret fides humana, & religioſa, quæ habetur juramentis. Hinc haberetur gravis irreverentia Dei, & notabilis injuria communitatis.

1613 Inde fit, ut ſententia oppoſita non parum ſcandali Reipublicæ afferat; nam ea data, cum etiam viri timorati, ex minima cauſa, ſint faciles ad venialia, omnes poſſent facilè jurare, ex quo nullus ampliùs in humanis commerciis, & ſocietatibus tutus eſſet de juramentis; & ſic ruerent, aut ſuſpectoſa redderentur humana commercia; quod cedit in grave damnum Reipublicæ.

1614 Item juramentum, & invocatio Divini teſtimonii, qui eſt actus Religionis, extra judicium redderetur ridiculum, non enim majorem fidem præſtaret quis ſimplici alterius dicto, quàm ejus juramento.

1615 Cæterùm in caſu metûs, injuriæ, & coactionis; ut ſi juramentum extorqueatur à latronibus, potes etiam ſinè veniali jurare ſinè animo te obligandi. Alarius *cit.* dummodo utaris æquivocatione externata ad vitandum judicium circa formale juramentum; quia tunc ceſſant inconvenientia præfata, & injuria dat actionem, & juſtitiam ad id. Imò & ſæpè injurius faciliter id de jurante præſumere poteſt.

1616 Jurare autem ſinè neceſſitate cum amphibologia, & reſtrictione, non purè mentali, ſed externata, extra judicium, & ſinè gravi damno tertii, non eſſe mortale, ſed veniale docet Allozza *ver. juram. n.* 4. cum Dian. & Sanch.

JURAMENTUM INCAUTUM

1617 Eſt illud, quod cadit ſupra materiam illicitam, aut vanam, aut indifferentem, vel de ſe licitam; juramentum tamen ſuper ea cadit negativè, ſeu abjurativè. Exemplum primi: ut ſi jures facturum malum proximo. Secundi: ſi jures non facturum opem perfectionis, opem miſericordiæ, charitatis, non daturum eleemoſynam, mutuum, non fidejuſſurum, &c.

1618 Juramentum incautum non obligat; ratio de primo conſtat; quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis, aut levitatis, etiamſi ſit de malo levi: *& ex Reg. 58. juris in 6. Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.*

1619 De ſecundo; quia ponit obicem motioni Spiritûs Sancti, & excludit opera virtutis. Imò ſic jurans, peccat tam jurando, quàm implendo; & quidem mortaliter, ſi res ſit graviter mala, ut ſi jures te alium occiſurum; vel res licita ſit graviter præcepta, ut, ſi jures, te non auditurum Miſſam die Feſto. Secùs, ſolùm venialiter peccas. At ſi jures te facturum malum, ſinè animo adimplendi, peccas mortaliter ex defectu veritatis in intentione, etiam ſi malum ſit leve: *v. n.* 1541. 1586.

1620 Juramentum de non accuſando, vel de accuſando, abſolutè, & generaliter emiſſum, eſt invalidum, quia comprehendit rem malam. Ratio primi; quia ſæpè communi bono accuſare expedit. Ratio ſecundi; quia pluries accuſatio eſt contra charitatem, aut prudentiam, aut eſt materia odii, & vindictæ; emiſſum autem in caſu particulari, quo non accuſatio, vel accuſatio eſt licita, valet.

1621 Item juramentum de non incidendo per mare, de non tranſeundo per hanc, aut illam viam, &c. non obligat, quia eſt de re indifferenti, non cedit in Dei honorem, niſi ſit ei adjuncta circumſtantia honeſta: v. gr. ſi talis tranſitus eſſet occaſio peccandi.

1622 Juramentum autem de re indifferenti, licèt per ſe non obliget, obligat, ſi ſit fa-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

juramento promiſſorio facto homini ſpectatur id, quod eſt gratum homini, non quod eſt melius, ad differentiam juramenti, & voti facti Deo, in quo ſpectatur, non opus indifferens, nec ſimpliciter bonum, ſed melius, ſeu non impeditivum majoris boni. Unde tunc in juramento de re indifferenti Deus non eſt acceptor, ſed ſolùm teſtis: *v. n.* 1542.

1623 Hinc, ſi juráſti non vendere minoris, & non emere pluris, ex ſe non obligaris: at ſi id cedat in utilitatem tui filii, aut tertii, cui quod demis, proveniat, cuique id promiſiſti, obligaris, ſi tuum juramentum fuit ab illo acceptatum.

1624 Juramentum factum de re oppoſita rei per aliud juramentum promiſſæ, non obligat; imò peccat ſic ſecundò jurans; quia eſt de re mala. Hinc, ſi juráſti ſponſalia, imò etiam ſi ea promiſiſti ſinè juramento Bertæ, non valet juramentum de ducenda alia; quia hæc ſecunda promiſſio, licèt quantum eſt ex ſe ſit bona, ex vi tamen prioris promiſſionis, aut juramenti, eſt reddita mala. Idem dic de Voto.

1625 Juráſti te ducturum Roſam, quæ promiſſio fuit acceptata: poſtea juráſti te ducturum Annam, inde Roſa voluntariè ſuam promiſſionem remiſit: non teneris ducere Annam Tamb. *n.* 8. quia ſecundum juramentum fuit invalidum, & *ex Reg.* 18. *juris in* 6. *Non firmatur tractus temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit.*

1626 Juráſti dare Paulo, quod promiſeras Petro, qui acceptavit: Non potes adimplere; imò juramentum non tenet contra ſimplicem promiſſionem acceptatam.

1627 Juramentum de re nimis prodiga obligat ad partem, quæ prodiga non eſt, minimè quoad exceſſum; quia quoad illum eſt mala ſaltem venialiter, adeóque ſinè peccato adimpleri non poteſt. Hinc juramentum de dando centum aureos meretrici, eſt ... dum intra lineam liberalitatis, aut ... juxta conſuetudinem conditionis perſ... rantis, & meritricis.

1628 Juramentum de dando pretio ... niæ non obligat; quia donatio ſimoniaca ... prohibita jure canonico, aut divino.

1629 Juramentum à conjugibus ... dia factum de non ſe petendo ad invicem ... tenet, *cap. tua nos de jurejur.*

1630 Quando materia juramenti ... tim licita, partim illicita; partim poſſi... partim impoſſibilis: ſervandum eſt, ... partem licitam, & poſſibilem; quia ... 37. *juris in* 6. *Utile per inutile non vitiatur.*

1631 Pater jurans ſe verberaturum ... & dominus ſe puniturum ſervum, ... mortaliter, ſi juret cum animo non adimplen... di; regulariter excuſat inconſideratio, ... 1541. Si verò juret cum animo adimplendi ... poſtea voluntate mutatâ, id non exequi... non peccat, ſi cum cauſa; ut ſi judicet ... expedire, ne turbetur domus; & ſolùm ... nialiter, ſi mutatur ſinè cauſa; quia ... tere eſt quid leve, & modicæ conſideration... *v. n.* 1586.

1632 Quoties igitur juramentum eſt ... re mala, utique non obligat, quia non eſt ... culum iniquitatis; nec tunc habet locum ... rentia juramenti, quia uti authoritate Dei ... malum agendum, eſt ſumma irreverentia ... hinc univerſaliter juramentum de re mala ... imprudenti, aut excluſiva actus honeſti, ... virtutis non obligat.

QUÆRES

1633 *Magiſtro, qui tibi aperuit ſecretum artis, putà medicaminis, juráſti illud non manifeſtaturum. An adhuc poteris illud ... aperire?*

RESp. cum Tamb, *num.* 65. cum diſtinctione: Nam vel manifeſtatio illius ſecreti ...

cedit in damnum, aut præjudicium magiſtri, quatenus ille ea arte vivit, & ſecretum illud ad ſuſtentationem, aut exiſtimationem ſuæ peritiæ conducit: Et aliunde per eum, aut alia medicamina in caſibus occurrentibus poſſit ſatisfieri infirmis. Vel ſecùs. Si primum, non potes licitè aperire ſecretum; quia eſſet contra jus tertii; juſtum námque eſt, ut quis, nempè magiſter, lucrum ex ſua privata ſcientia reportet. Si ſecùs, potes; quia tunc juramentum non obligat, cum ſit de re contra charitatem, & in præjudicium Reipublicæ, aut communi, cujus bono non providetur.

## JURAMENTUM PER SE STANS

1634 Dicitur, quod contractui, cui adjacet, nullam aliam obligationem confert, niſi propriam Religionis.

## JURAMENTUM CONFIRMANS CONTRACTUM

1635 Dicitur, quod contractui, cui adjacet, ultra obligationem Religionis confert obligationem juſtitiæ.

1636 Et quidem certum eſt, juramentum non poſſe confirmare contractus jure naturæ invalidos; hoc námque aliud non eſſet, niſi reddere validos contractus in ſe jure naturæ invalidos; quod facere non poteſt, nec ex ſe, nec ex juribus. Non ex ſe; quia ex ſe, cum ſit actus Religionis, non poteſt obligationem juſtitiæ, ſed ſolius Religionis inducere. Non ex juribus; quia (ut ponderat Tamb.) id eſſet auferre bona uni, & applicare alteri; quod jura humana facere non poſſunt generaliter; ſed tantum ob necesſariæ reparationis, & ſubventionis boni communis, & Reipublicæ.

1637 Difficultas igitur ſolùm procedit de contractibus validis, ſed jure poſitivo reſcindibilibus, & de invalidis jure poſitivo.

1638 Prima ſententia affirmat, juramentum confirmare contractus, ità ut duas obligationes inducat, Religionis, & juſtitiæ commutativæ, taliter quòd, ſi contractus eſt validus, ſed reſcindibilis, non poſſit reſcindi, niſi priùs relaxato juramento: ſi eſt jure poſitivo invalidus, eum reviviſcere faciat, reddat validum, & transferentem dominium. Adducunt exemplum; alienatio fundi totalis facta ab uxore eſt jure poſitivo invalida, ſi autem uxor addat juramentum, fit valida, ità ut etiam juramento relaxato, adhuc, teneatur uxor ex vi juſtitiæ ſtare alienationi, niſi poſt relaxationem juramenti, etiam ipſa alienatio à Judice reſcindatur. Onnate *de contr. tr. 4. d. 11. ſect. 4.* Ant. à Spir. Sanct. *t. 1. tr. 4. d. 1. ſec. 16.* & plures ad eos.

1639 Secunda ſententia, quam teneo, negat. Tambur. *t. 1. lib. 3. cap. 3. §. 6.* cum pluribus.

Dico igitur, juramentum nullum confirmare contractum; ac proinde contractui jure poſitivo invalido, aut valido, ſed reſcindibili, ſolùm addit obligationem Religionis, minimè juſtitiæ commutativæ, nec transfert dominium. Et ità juramento relaxato, non tenetur ampliùs uxor ſtare alienationi fundi dotalis.

Ratio eſt quæ ſupra. Nam juramentum id non habet ex ſe, nec ex jure. Non ex ſe, ut oſtenſum eſt; eò maximè quia eſt acceſſorium, adeóque contractum relinquit, ut eſt in ſe. Non ex jure; quia jura Canonica, quæ adducuntur, expreſsè nil aliud dicunt, niſi, quòd ſervari debeant, ſi ſinè diſpendio æternæ ſalutis ſervari poſſint, *ut in cap. ad aures, 3. & cum dilectus 6. tit. de jurejurando.* Quod optimè verificatur, ſi juramentum ſervetur ex vi Religionis; & onus juſtitiæ cum ſit odioſum, non eſt ſinè expreſſo jure præſumendum. Adde, plura jura expreſsè dicet

præmiſſo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præmiſſos contractus eſſe ſervandos in reverentiam juramenti,

1640 Ex his ſequitur, non dari juramentum confirmans contractus.

His præmiſſis pro quovis contractu ſive jure naturæ, ſive jure poſitivo invalido, ſit

## REGULA GENERALIS CERTA.

1641 *Juramentum obſervandum eſt, & obligat, quoties ſine diſpendio æternæ ſalutis, & ſine alterius præjudicio ſervari poteſt.* c. Si verò 8. c. Cum contingat 28. *tit. de jurejur. & c. Quamvis 2. de Pactis in 6.*

1642 In caſu igitur juramenti cadentis ſupra contractum invalidum, contractus eſt ſervandus ſaltem per momentaneam ſolutionem, quæ ſtatim repeti poteſt. Unde, ſi uſuras ſolvere juraſti, teneris ſolvere, ob reverentiam juramenti, *ex cap. debitores 6.* quia illud poteſt ſine peccato ſervari, ut modò dicam: at potes ſtatim pecuniam ſolutam repetere; quia contractus uſurarius eſt jure naturæ invalidus, & juramentum dominium non transtulit rei tuæ, quia minimè obligationem juſtitiæ commutativæ contractui contulit, ſed Religionis, cui per momentaneam dationem ſatisfit. Imò juramentum de non repetendis uſuris à mutuatario factum, non tenet, *c. tuas, de uſuris*; & hæc eſt ratio, cur in hujuſmodi contractibus invalidis juratis, qui recipit, tenetur ſtatim reſtituere, quia titulum juſtitiæ non habet, ſed injuſtitiæ.

1643 Qui igitur juravit uſurario ſolvere uſuras, obligatur ſolvere. Nec ſequitur, quòd juramentum eſſet vinculum iniquitatis; quia mutuo ſemel accepto, & juramento facto [quamvis acceptio, & juramentum fuerint illicita, quatenus non extabat neceſſitas, aut erat alius, qui mutuaſſet ſine uſuris] non eſt de re illicita, quæ ſine peccato impleri non poteſt; nam ſolvere uſuras non eſt peccatum, ſed recipere: hinc uſurarius etiam ... ad reſtitutionem tenetur, quia injuſte ... *v. n. 372.*

1644 Nec, qui ſolvit, cooperatur ... injuſtæ acceptioni; quia ex una parte ... vit ex juſta, & rationabili cauſa, videlicet ... reverentiam juramenti, & ut ſit fidelis; ... aliâ ille poteſt non recipere uſuras, & ... mentum remittere; inſuper poteſt ... ante ſolutionem juramentum relaxari ... ipſe mutuatarius petere, ut relaxetur.

## JURAMENTUM COACTUM

1645 Eſt, quod fit per vim, & metum ... cadit ſuprà contractus per ... metum celebratos.

Non eſt ſermo de metu levi, qui ... faciliter rejici poſſit, nullo pacto inval... ſed de gravi cadente in virum conſtantem ... de quo actum eſt *in imped. 7. matr.* ... intrinſeco, aut extrinſeco juſto, ſed de ... tu gravi injuſtè incuſſo à cauſa extrinſeca ... bera, videlicet ab alio homine, ad ... torquendi contractus, aut juramentum, ... quo ibid. & de Monialibus *n. 1400.* & ... *n. 1800.*

1646 Dico 1. contractus ex præmiſſo ... tu gravi celebrati, ſi accedat juramentum ... ſunt ſervandi, ſaltem per momentaneam ... tionem, ſi ſine peccato ſervari poſſunt: ... eſt metum paſſus, poteſt ſtatim data repetere ... quia tales contractus ſunt invalidi jure ... ræ, ut dictum eſt in contr. Imò ob in... poteſt priùs juramenti relaxationē pete... inde non ſolvere; quæ relaxatio, ſi jura... tum poteſt ſine peccato ſervari, non de... ciliter fieri, ſed difficulter, *ex c. ad aures, ... cum dilectus 6. tit. de iis, quæ vi, metuſve ... ſa fiunt*, ex illis verbis, quòd ſervari de... *abſq; ſpe relaxationis facile obtinenda*, ... metus fuerit incuſſus ſupra ipſum jura... tum.

1647 Hi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1647 Hinc, ſi ex metu promiſiſti latroni dare pecuniam pro tua liberatione, & juraſti, ſolvens per momentaneam ſolutionem, ſtatim potes repetere; inſuper potes ob injuriam, juramenti relaxationem petere, & non ſolvere, dummodo petitio fiat intrà terminum præfixum non jam finitum.

1648 Qui metu gravi coactus juravit latronibus dare lytrum, hoc eſt pretium redemptionis, ſi habuit intentionem non ſe obligandi, non obligatur ſtare juramento, ſed mortaliter peccavit ſic jurando, ob defectum veritatis, qui nullo metu excuſari poteſt, cum ſit intrinſecè malus: ſi habuit intentionem ſe obligandi, obligatur in conſcientia ob reverentiam juramenti, *ex c. debitores de jurejurando, & ex can. humana aures 22. c. 5.* Deus accipit juramentū, prout ex corde procedit; forus autem judicialis eum non obligat; nam ſtante metu præſumit eum non juraſſe animo adimplendi, ſed potiùs evadendi periculum. At in foro conſcientiæ obligatur [ ut benè advertit D. Thomas, ] non ob obligationem factam homini, quia hæc, utpotè coacta, eſſet nulla, ſed ob obligationem facta Deo ad implendum, quod ſuo nomine promiſit: *v. n.* 1737. Poteſt tamē uti prædicto remedio *de n.* 1647.

1649 Solùm juramentū ex metu gravi extortum non obligat, ſi ſit de matrimonio, aut ſponſalibus ineundis, ob rationem ſpecialem matrimonii, quòd ex jure C. Significavit, de eo, qui duxit in matrimon. C. Requiſivit; & Cap. Gemma de ſponſalibus: debet eſſe omninò liberum, perfectè voluntarium, & non coactum; juramentum enim ſequitur naturam contractûs, cui apponitur.

1650 Qui injuſtè in carcere detinetur, ſi obtineat licentiam exeundi cùm juramento de redeundo, non tenetur redire, ſi adſit periculum probabile mortis injuſtæ; quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis.

1651 Qui verò detinetur captivus apud infideles, ſi obtineat acceſſum ad patriam ſub juramento de redeundo, tenetur redire, ob ſcandalum, quod aliàs daretur infidelibus de irreverentia contra religionem.

1652 Dico 2. Si contractus fuerit ſpontaneè celebratus, & juramentum pariter ſpontaneum fuerit, ſive adjectum fuerit contractui reſcindibili, ſive invalido, tunc illi non ſatisfit per momentaneam ſolutionem, ſed per perpetuam; quia tunc contractus eſt initus cum pleno conſenſu, & ſine injuria metûs, aut doli; unde debet perpetuò ſervari, minimè titulo juſtitiæ, ſed Religionis, niſi juramentum relaxetur; ad quod requiritur cauſa, ut infrà de relaxatione.

### JURAMENTUM ERRORE, VEL DOLO EXTORTUM

1653 Eſt illud, quod cadit ſupra contractum errore vel dolo celebratum.

1654 Error eſt duplex: antecedens, & concomitans. Antecedens eſt ille, qui eſt cauſa contractus, ità ut ſinè eo contractus non fieret. Concomitans, qui non eſt cauſa contractûs, ità ut ſine eo adhuc contractus fieret.

1655 Error verſari poteſt vel circa ſubſtantiam, vel circa accidentia contractûs. De ſubſtantia contractus eſt omne id, ſine quo contractus non poteſt ſubſiſtere: è contra accidens. Sicut autem diverſi ſunt contractus, ità diverſæ ſubſtantiæ: hinc ſæpe, quod in uno eſt de ſubſtantia, in alio eſt accidens; & quidem perſona contrahens in contractu matrimonii eſt de ſubſtantia, in contractu emptionis accidit.

1656 Item in contractibus oneroſis, ut emptionis, & vēditionis, cauſa finalis, aut motiva eſt accidentalis; in contractibus verò gratuitis, ut promiſſionibus, & donationibus, eſt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt ſubſtantialis, ſicut etiam ſubſtantialis eſt quævis alia conditio appoſita; quia cùm donatio ſit liberalis, poteſt contrahens apponere pro ſubſtantia conditionem, quam vult, ſinè injuria donatarii; unde eâ non impletâ, aut causâ finali non exiſtente, invalida eſt donatio, quia donatio eſt liberalis, & ſinè tali conditione, aut cauſa non fieret.

1657 Inſuper ſunt qualitates, quæ dicuntur ſubſtantiales, quatenus ſpectant ad ſubſtantiam contractûs, ut ſi emas pannum, putans eſſe Anglicanum, qui eſt melioris conditionis, & valoris, & comperias eſſe Neapolitanum. Si voveas peregrinationem ad Beatam Virginem Drepani, putans diſtare per viginti milliaria, & reperias diſtare per ſexaginta. Vel redundat in ſubſtantiam, ut in Matr. de imped. Erroris.

1658 Demùm error, ſi naturaliter accidat, vocatur error, inadvertentia, aut ignorantia; ſi verò proveniat ex alterius malitia, vocatur dolus. His præmiſſis

1659 Dico 1. Si error, aut dolus fuerit circa ſubſtantiam, aut qualitates ſubſtantiales contractûs, ſive fuerit antecedens, ſive concomitans, contractus eſt invalidus tam jure naturæ, quàm poſitivo; ut ſi quis vendiderit pro vino acetum; quia deficit conſenſus; ſtante enim errore circa ſubſtantiam, non poteſt eſſe conſenſus in illam, & inde neque obligatio.

1660 Si error, aut dolus fuerit circa accidentia, aut qualitates accidentales concomitans, contractus eſt validus: quia talis error non tollit conſenſum in ſubſtantiam; & aliunde cum ſit concomitans, & cum ſinè eo contractus fieri, nullo pacto tollit conſenſum.

1661 Si autem fuerit antecedens, quatenus talis error accidentis dederit cauſam contractui, ità ut ſinè eo non fieret; eſſet utroque jure validum ob ſufficientem conſenſum in ſubſtantiam, ſed irrevocabiliter ex parte decipientis, & revocabiliter ex parte decepti ob injuriam reſcindi poſſit à judice in favorem decepti, tenet Ant. à Spir. Sanct. n. 1. *ſect.* 18. cum Lugo.

1662 At eſſe invalidum, ſi expreſſè qualitas illa in contractu intendatur, docet Tamb. *to.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. §. 4. *num.* 3. Bonac. & Fagundez, quia tunc talis qualitas eſt tota ratio conſenſûs; unde ea deficiente conſenſus deficit; & inde contractus, & obligatio, ex Reg. generali, *nullum eſſe contractum, ubi conſenſus non eſt*, ex quamvis deficiat. Idque ex definitione contractus. Unde ait Tamb. Si expreſsè volenti emere vinum vetus, des novum, nulla emptio.

1663 Imò idem tenet, ſi error antecedens accidentis non ſit antecedens, ſed concomitans; quia licèt ſinè eo adhuc contractus fieret, revera non adeſſet conſenſus. Sed hoc non eſt verum, quia tunc conſenſus expreſſè fertur in ſubſtantiam contractûs, implicitè, & virtualiter in accidens, in illo affectu, & promptitudine contractum celebrandi, etiam ſi error, aut dolus talis qualitatis non eſſet. Verum tamen eſt, quòd poſſet tunc contractus ob injuriam doli reſcindi à judice.

1664 Dico, 2. Juramentum adjectum contractibus invalidis ex errore, aut dolo ad nil obligat, neque ad momentaneam ratificationem, ad differentiam metûs. Ratio eſt, quia error, & dolus invalidat ex defectu conſenſus, qui eſt de eſſentia contractûs; metus verò gravis invalidat ex injuria, & injuſtè illata, revera tamen adeſt conſenſus, & voluntarium ſimpliciter, non ſic in contractu ex errore, vel dolo inito. Unde tunc juramentum non indiget relaxatione; quia nullum eſt vinculum: *v. num.* 1344.

1665

1665 At juramentum adjectum contractibus validis, initis ex errore, aut dolo concomitanti circa accidentia, obligat; poteſt autem à judice relaxari ob injuriam doli. Conſtat ex dictis.

1666 Illud tamen eſt notandum, quòd ad hoc ut contractus, votum, & juramentum ex errore, aut dolo antecedenti circa qualitates accidentales ſint invalida, qualitas eſſe debet expreſsè appoſita pro conditione contractûs, voti, & juramenti; quòd ſi non ſit expreſsè pro conditione appoſita, valida erunt.

1667 Idem dicendum eſt de matrimonio, item de religione, profeſſione religioſa, ordine ſacro, quæ matrimonio æquiparantur ratione electionis ſtatûs.

Unde, qui ducit Bertam ſub expreſſa conditione, ſi ſit Virgo, invalidè contrahit, ſi conditio non verificetur, licèt ſit qualitatis; quia tunc deficit conſenſus, quia eſt de eſſentia contractûs, & obligationis. Sic de voto, juramento, &c.

1668 Si verò ducat Bertam, putans eſſe virginem, ſed hanc qualitatem non apponat expreſsè pro conditione contractûs, validè contrahit; quia ex regulariter contingentibus, eo modo, quo conſenſus in contractibus, & obligationibus dari ſolet, præſumitur, quòd, qui conditionem, quoad qualitates accidentales, expreſsè non ponit, abſolutè conſentiat, ut *in matr. de imp. erroris*. Et hoc maximè in contractibus, in quibus eligitur ſtatus perpetuus, cenſetur quis abſolutè illum velle, etiam ſi quoad accidentalia aliter reperiatur, quàm creditur, dummodo quoad ſubſtantialia ſiſtat.

## DE INTERPRETATIONE JURAMENTI.

1669 Cum P. Tamb. mihi facem pro claritate præbente procedam, afferendo regulas.

### I. REGULA.

*Si de intentione jurantis conſtet, non eſt opus interpretatione: ſecus interpretandum, ut ſervatâ proprietate verborum, quantò minor poteſt, obligatio inducatur*, quia juramentum eſt onus, quod homo ſibi contra libertatem imponit; unde jurans præſumitur minùs voluiſſe ſuæ libertati nocere.

1670 Hinc jurans regulariter ingredi, non tenetur ad magis ſtrictam. Et jurans ſervare alicujus communitatis ſtatuta, non tenetur ad futura, ſed ad præterita.

1671 Item non obligatur ad incognita, aut ad ardua, de quibus non cogitavit. Et Buſem. addit: *Jurans non obligatur ad ea, de quibus, ſi cogitâſſet, ea non intendiſſet in aliis, quæ promittebat includere, ſed excluſiſſet. Nec etiam obligatur, ſi id accidat, quod, ſi fuiſſet juramenti tempore, pro temerario haberetur.* Eadem ex pluribus juribus confirmat Pithing. *in Comp. Can.* Pariter diſcurras de voto.

1672 *Iurans facere certo tempore* (ait Buſem.) *tenetur poſtea*, niſi pars remittat, *aut niſi ſolùm ad illud tempus juramentum alligare voluerit.*

1673 Jurâſti tertio, quid facere certo tempore, illi te alligando, v. gr. ultimo die anni, poſt menſes ante ultimam diem anni tertius ille tibi dilatat ſolutionem ad aliud tempus, putà ad alios ſex menſes ſupra annum, tu dilationem acceptâſti; elapsâ ultimâ die anni, non teneris ſolvere ex vi juramenti, ſed illud finit, quia non extenditur ultra intentionem jurantis, niſi novum juramen-

tum de ſolvendo juxta dilationem poſt annum emiſeris.

## II. REGULA.

1674 **O***bligatio juramenti facti homini eſt perſonalis.* Quia eſſentialiter oritur ex intentione jurantis.

1675 Hinc obligatio juramenti non tranſit ad hæredes jurantis, etiam ſi ille non ſolùm pro ſe, ſed pro aliis juraverit.

Obligatio verò contractûs tranſit ad hæredes; quia eſt realis, & res tranſit cum ſuo onere; unde hæres non ſolvens contractum juratum defuncti, non peccat peccato perjurii, ſed injuſtitiæ, ſi contractus eſt validus. Si autem contractus eſt invalidus, ad nil tenetur.

1676 Similiter, ſi jurans ſolùm tenebatur vinculo juramenti, hæres ad nil tenetur; unde hæres non tenetur ſolvere mutuanti uſuras juratas ab eo, cujus eſt hæres, nec pecuniam ab eo juratam latroni pro liberatione; quia illi ſolùm vinculo juramenti ad tales ſolutiones tenebantur.

1677 Deinde, ſi ſuſcipiens officium, juret aliqua ſervare, eo decedente, obligatio eadem ſervandi non tranſit ad ſucceſſorem, niſi ex jure, aut ſtatuto ſit annexum officio; & tunc ſucceſſor ad eadem obſervanda tenetur, non ratione juramenti ſui prædeceſſoris, ſed ratione ſtatuti, aut legis obligantis ſingulos in tali dignitate conſtitutos ad ea ſervanda.

## III. REGULA.

1678 **J***uramentum eſt intelligendum juxta naturam actûs, ſupra quem cadit.* Quia ex *Reg. 42. juris in 6. Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*

1679 Ex qua tria ſequuntur, 1. Quòd quoties licitus eſt actus, licitum eſt juramentum; quod tunc ſolùm erit veniale, ſi fiat ſinè neceſſitate ob defectum judicii: *v. n.* 1559.

2 Quòd quoties licitum eſt uti æquivocatione, & amphibologiâ, & mendacium [...]tur, licitum ſit uti juramento. Diana p. 1. [...] *reſ.* 20. Ant. à Spir. Sanct. *to.* 1. *tr.* 5. *n.* [...]

Denùm 3. Quòd juramentum eodem [...]citè habeat ſenſus, intelligentias, condi[...] & reſtrictiones, quos ſecundùm natura[...]ra, conſuetudinem, aut acceptationem [...]num habet actus, cui adjacet.

1680 Hinc, qui reſidentiam jurav[...]te & non reſidere in caſibus à jure perm[...] qui juravit obſervare alicujus univ[...] ſtatuta, non tenetur ſervare ea, quæ leg[...] conſuetudine ſunt abrogata, aut quæ [...] pars non obſervat.

1681 Inſuper ad illa tenetur ſub [...] ſolùm, aut culpa gravi, vel levi, pro[...] obligant; quia tale juramentum nil [...] ſed ſolùm firmat obligationem, quæ [...]rat.

Hac ratione judices, & alii qui in[...] officii jurant, non obligantur, niſi pro[...]tate obligationis, quæ ſecluſo juram[...] eſt. Idque ex recenſita regula 2.

1682 Item, qui aliquid ſub jura[...] promiſit abſenti, non tenetur, quouſq[...] vel alius ſuo nomine acceptet; quia pro[...]ſio non obligat, quouſque per acceptati[...] firmetur.

1683 Qui abſolutè juravit nunquam [...]re, eſt intelligendus de ludo immodera[...] nimè de moderato, niſi exprimat ſe id fa[...] ut ſe privet honeſtâ illâ recreatione ob m[...]ficationem; quia licèt ludus modera[...] actus virtutis Eutrapeliæ, melius tamen e[...] eo ob mortificationem abſtinere.

1684 Qui abſolutè juravit nunquam [...]dere, non intelligitur per interpoſitam pe[...]ſonam; obligatio enim juramenti eſt [...] interpretanda, ut minùs obliget. Ita Ta[...] *cit.* & Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 5. *diſ.* [...] 30. *num.* 144.

1685 A

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1685 At meliùs dico, attendendum eſſe finem, cum vel juravit, ne pecuniam amittere, vel ne in rixas, aut blaſphemias prorumperet. Si primum, obligatur abſtinere à ludo, etiam per interpoſitam perſonam. Bonac. tom. 1. *diſ.* 4. *qu.* 1. *p.* 16. *num.* 5. Minimè, ſi ſecundum; quia in primo caſu utrobique idem finis, non ſic in ſecundo, *& ex Reg.* 72. *juris in* 6. *Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſeipſum.*

1686 Pariter, qui juravit nunquam ludere, ludere poteſt alieno nomine, ſi finis ſervatur, ut eſſet, ſi finis fuerit pecunias non amittere. Secus, ſi finis non ſervetur; ut eſſet, ſi finis fuerit vitare temporis jacturam. Quòd ſi finis fuit vitare blaſphemias, & rixas; tunc ab-ſtinere, requiritur, quòd expertus ſis, te ludendo alieno nomine, & pecunia, ſolidum in rixas, & blaſphemias prorumpere.

1687 Si juráſti puellæ eam ducturum in uxorem, ſi nondum per ſe, nec per alium acceptavit, potes non implere, & propriâ authoritate juramentum infringere; quia hæc eſt natura promiſſionis in utilitatem hominis factæ, ut non jam acceptata non obliget, & revocari poſſit. Si ſit acceptata, potes Religionem ingredi, ex jure Canonico, *cap. ex publico, de convers. conjugat.* Ubi ſponſis etiam, juxto matrimonio rato, conceditur facultas per bimeſtre ad ingreſſum Religionis, à fortiori abſolutè conceditur ante matrimonium. Secus eſt dicendum, ſi promiſſio jurata ſit de alia re, v. gr. pecunia, &c. ſit acceptata.

1688 Hic diſtinguere oportet juramentum promiſſorium propriè dictum à juramento promiſſorio, quod habet rationem voti. Illud habet rationem voti, quod eſt factum in gratiam ſolius Dei, & non alterius: illud eſt propriè dictum, quod eſt factum in gratiam hominis.

1689 De primo diſcurrendum eſt ſicut de voto. Hinc ſi in grutiam ſolius Dei promiſiſti puellæ eam ducturum in uxorem, non tenet ex ſe juramentum; quia eſt impeditivum majoris boni, nempe cœlibatùs. Quòd ſi non ſit impeditivum majoris boni, ut ſi jures dare certam eleemoſynam pauperi in gratiam ſolius Dei, tenet, & obligaris, etiam ante pauperis acceptationem; quia Deus ſtatim acceptat.

1690 De ſecundo: putà ſi juraſti eam ducturum in uxorem in ſui, aut parentum gratiam, jam dictum eſt: *num.* 1622. & 1687.

1691 Alumnus Seminarii, qui juravit ad patriam, etiam Anglicanam, regredi, aut ſtatum Clericalem ſuſcipere, eo non obſtante, poteſt religionem ingredi; quia hic ſtatus uti majoris perfectionis, ſemper cenſetur exceptus: *v. nu.* 1687.

1692 Si ſub juramento promiſiſti alteri dare equum, aut hunc equum, non potes compenſare, dando rem alteriùs ſpeciei, v. gr. pecuniam, aut alium equum; quia hæc eſt natura promiſſionis, ut ſit adimplenda in ſpecie promiſſa; unde non ſufficit æquivalens.

1693 At licèt in rebus diverſæ ſpeciei non ſit locus compenſationi, adeſt locus retentioni, donec debita ſolvantur. Nec retinens tunc eſt perjurus; quia ex jure juramentum ſolvendi involvit hanc tacitam conditionem: *Niſi legitimam excuſationem habeat*: *Et niſi ſit juſtè impeditus.*

1694 Si autem ſub juramento promiſiſti ſolvere centum aureos, centum coros tritici, &c. potes uti compenſatione non ſolvendo, ſi alter tibi debeat totidem aureos, aut coros tritici; quia compenſatio eſt quædam ſolutio, & ſatisfactio; quod eſt verum tam in debitis poſt, quàm ante juramentum contractis; quia juramentum eſt interpretandum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuiſſe emiſſum à jurante, eâ intentione, quæ ſibi utilior, & commodior.

1695 Quòd ſi, quando juravit, habuit expreſſam intentionem non utendi compenſatione, & eam declaravit, non poteſt compenſatione uti. Si verò non declaravit, ſed tacitè retinuit, poteſt compenſatione uti; quia promiſſio illa ſub ea qualitate non utendi compenſatione, cum non fuerit declarata, non fuit à creditore acceptata; adeóque non obligat.

1696 Qui juravit non revelaturum ſecretum, non tenetur, quoties habet jus manifeſtandi.

1697 Rectores, &c. qui jurant ſervare ſecretum ſuper iis, quæ in conſiſtorio tractantur, ſub mortali tenentur, juxta gravitatem rei, quæ tractatur. Aperire aliquid, quod non cedit in damnum, aut præjudicium Reipublicæ, publici officii, aut tertii, eſſe veniale, ait Ant, à Spir. Sanct *to. 1. tr. 5. diſ. 1. ſect. 21. num. 153.* cum Sanch. & Palao.

1698 Officiales, qui jurant ſervare taxam à Principe præſcriptam, ad illam tenentur; & ſi plus accipiant, reſtituere debet. Nec obſtat conſuetudo in contrarium, ſi ſit, quòd officiales plus recipiant clam, & Princeps non conſentiat, ſed ſciens puniat.

1699 Juramentum, quod medici emittunt de ſervando Decreto Pii V. quod eſt, ut infirmum moneant de Sacramentis, & tertia die non viſitent, ſi confeſſus non ſit: eſt intelligendum, prout Decretum Pii eſt in uſu. Ant. à Spir. Sanct. *cit.* Qui addit, Decretum Pii fuiſſe conſuetudine abrogatum.

1700 *Scholaſticus interrogatus: An locutus fuerit cum aliquo ex oppoſitoribus, aut illius domũ fuerit ingreſſus, poteſt reſpondere negativè, ſi verba, aut ingreſſus domus nõ fuerint ſubornationis cauſa, quia hæc eſſe debet mens Judicis interrogantis* Ant, à Spir. Sanct. *cit. ſect. 9.*

## CONDITIONES IN JURAMENT[O]

1701 PRomiſſio, & inde juramentum adjacens, plures conditiones [gene]rales tacitè involvit, 1. *Si potuero*; quia [im]poſſibile nemo tenetur, 2. *Si licite*; quia [pro]miſſio non eſt vinculum iniquitatis, 3. *[Salvo] jure, & auctoritate ſuperioris*; quia nemo [po]teſt ſe obligare in præjudicium ſuperioris [...] unde hic in materia præjudiciali poteſt [jura]mentum irritare, 4. In promiſſione mutua: *[Si] alter fidem ſervet, ex Reg. 75. juris in 6. Fru[stra] ſibi quis fidem poſtulat ab eo ſervari, cui ſ[idem] à ſe præſtitam ſervare recuſat.*

5 In donatione: *Si alter ingratus non [ex]ſtat* 6. In fidejuſſione: *Si principalis excuſſus* [...] Unde, qui ſub juramento fidejuſſit, non o[bli]gatur ſolvere, niſi priùs principalis excuſſus [...] 7. *Si is, in cujus gratiam facta eſt promiſſio [ac]ceptaverit; aut ſaltem tacitè non remiſerit* [...] In quavis promiſſione, aut juramento: *Si [res] non fuerint notabiliter mutatæ.*

1702 Hinc, qui cum juramento pro[miſit] nuptias puellæ diviti, Virgini bonæ famæ, [...]næ, &c. ſi hæc evadat pauper, non haben[s do]tem competentem, deflorata, malæ famæ, [in]firma, non tenetur illi ſtare. Nec qui promi[ſit] contractum ſocietatis, ſi ſocius notabiliter [ri]xoſus, & moleſtus evadat, &c.

1703 Imò non teneris implere juramentum de ducenda in uxorem muliere, cum qua es fornicatus, ſi illa evadat fornicaria, vel ac[ci]dat aliud impedimentum contrarium legi de ſponſationis; ut ſi evadat leproſa, paralytica vel notabiliter deformis. Si verò eam dimiſi[sti] non potes dimittere, *c. Quemadmodum de ju[re]jur.*

IV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV. REGULA

1704 Juramentum non cenſetur factum in judicium tertii. C. venientes cum contingat de juram. & C. quamvìs pactum *de pactis in 6.* quia eſſet illicitum.

1705 Hinc, qui juravit ſolvere centum Petro creditori poſteriori, debet ea ſolvere Paulo creditori anteriori, ſi alia non habeat.

1706 Item licitum eſt revelare ſecretum naturale juramento firmatum, ſi ſit graviter alteri aut ſibi nocivum Diana *p.6.tr.6.reſ.60.* Tamb. *tom.* 1.*nu.* 21. Quia nemo intendit ſe obligare alteri ad ſecretum naturale in contingentia gravis mali proximi, & maximè proprii. *Nemo enim magis proximus eſt* (ait Diana) *quàm quiſque ſibi.* Tum quia ſecretum illud [illegible] quoddam depoſitum apud me occultum, quod non teneor cum tanto incommodo ſervare occultum.

1707 Suadetur à pari. Non minùs námq; habet quis jus ad famam, quàm ad ſecretum; & tamen licitum eſt detegere crimen occultum alterius, v.g. quòd famulus ſit fur, &c. ad vitandum grave malum proximi, & maximè proprium, *ut* D D. cum Com. Ità eſt dicendum in caſu ſecreti naturalis; quoniam ſicut nemo habet jus ad famam cum damno proximi, & innocentis, ſic nemo habet jus ad ſecretum naturale cum damno proximi, & innocentis.

1708 Hoc autem eſt intelligendum cum triplici limitatione, 1. Si ſecretum non concernat bonum publicum, putà fidei, Regni, Patriæ, exercitûs, ſed particulare; quia bonum publicum eſt præferendum privato, 2. Si non ſit alia via ad malum vitandum, 3. Quòd revelatur illi, cui prodeſſe, & non obeſſe poteſt.

1709 Non tenet juramentum præjudicans juri Superioris, *c. Venientes, de jurejur.* Nec contrarium juri, *c. ad noſtram ibid.* Contra utilitatem Eccleſiæ, Greg. XIII. *Conſt. 93. inter Apoſtolicas.* De non teſtificando contra aliquem, *c. conſtitut. de Teſtibus.*

1710 Tenet juramentum factum in damnum proprium, ſi poteſt ſine peccato ſervari, Conc. Lateranenſe 3. *tit. de juram. c.3.* Sed poteſt relaxari, *ibid. c.1.*

DUBIUM IN JURAMENTIS

1711 Reſolvatur, ut in Votis *infrà à num.* 1902.

CESSATIO JURAMENTI

1712 Contingit, ut in Votis *infrà à num.* 1906.

1713 Juramenta in utilitatem hominum præſtita, irritare poſſunt omnes, qui habent poteſtatem dominativam. *Directè*, ſi ſit eis ſubjecta voluntas jurantis. *Indirectè*, ſi ſit eis ſubjecta materia juramenti.

1714 Hinc Papa poteſt irritare juramenta de renunciando beneficio, de non alienandis rebus Eccleſiæ, &c. quia ſunt de materia ſubjecta diſpoſitioni Papæ.

1715 Superior Regularis juramenta ſubditorum; quia ratione Voti obedientiæ, eorum voluntas eſt plenè ſuperiori ſubjecta.

1716 Vir reſpectu uxoris. Uxor reſpectu viri, & dominus reſpectu ſervi, ſi juramenta illis præjudicent, aut ſint de materia illis ſubjecta, uti dicimus de Votis.

1717 Juramenta verò promiſſoria hominis, cujus voluntas non eſt alteri ſubjecta, de materia, quæ pariter non eſt alteri ſubjecta, vel præjudicans, facta homini, & ab eo acceptata, non poſſunt commutari, etiam in melius, nec diſpenſari, nec irritari, niſi ipſa pars conſentiat, aut remittat; *ut in num.* 1687. Quæ remiſſio propriè non eſt relaxatio; quia non

non eſt actus juriſdictionis ſpiritualis, nec irritatio; quia non eſt actus poteſtatis dominativæ, ſed reducitur ad irritationem, quatenus eſt actus dominii in materiam promiſſam, utpote acceptatam.

1718 Poteſtas relaxandi juramenta competit ſoli ſuperiori, & judici Eccleſiaſtico; quia eſt actus juriſdictionis ſpiritualis, quoniam juramentum eſt actus religionis. Unde licèt Princeps temporalis circa res, in quas eſt dominus, poſſit remittere, ſeu irritare juramenta, non minùs quàm quilibet privatus circa alias res, ut in caſu injuriæ, metûs, vis, &c. de quibus ſupra: relaxare ſpectat ad poteſtatem Eccleſiaſticam. Ant. à Spir. S. Palaus *diſ. 3. juram. p. ult. n. 4.*

1719 Ex Conc. Elibertino: *Pueri ante annos quatuordecim non coguntur jurare. Puella quoq; ſi in puerili ætate in domo, illo neſciente, ſe juramento conſtrinxerit, ſi Pater ſtatim, ut audierit, contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt.*

1720 Cauſæ relaxandi juramentum ſunt, fuiſſe extortum cùm injuſtitia, injuria, vi, metu, vel fuiſſe emiſſum cùm temeritate, itâ, perturbatione, aut levitate; vel quia fuit emiſſum in favorem excommunicati.

JURAMENTA IN DEI GLORIAM PRÆSTITA

1721 POſſunt commutare, diſpenſare, & irritare, qui poſſunt reſpectivè vota.

1722 Juramentum in Dei gloriam emiſſum poteſt quis in melius propriâ auctoritate commutare.

1723 Confeſſarii Regulares habent poteſtatem commutandi juramenta, & vota ſæcularium, & exterorum, ac in iis diſpenſandi, exceptis quinque reſervatis; quæ tamen in nullo definiunt, quia aliàs non ſunt reſervata; de quibus infra de votis. Et exceptis juramentis promiſſoriis à tertio acceptatis, Priv. Pauli III. per Bullam 7. *Cum inter cunctas*, 2. Junii 1545. quòd vota, extendo ad juramenta à Greg. XIII. Rodr. *tom. 3. q. 65.* Diana *p. 3. tr. 2. reſ. 9.* Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 7.* *n. 8.* Ant à Spir. Sanct. *in direct. regul. tr.* 3. *n. 80. v. n. 1962.*

1724 Inſuper reſcindere poſſunt vota, & juramenta relaxare, ab uxore, aut filiis familias, ex metu gravi reverentiali, aut precibus importunis emiſſa ad favorem mariti, vel parentis, ut fidejuſſio pro marito, aut parentibus, promiſſio de ſolvendis eorum debitis, renunciatio hæreditatis juramento firmata. Diana *p. 3. tr. 5. reſ. 20.*

1725 Ubi ait, quòd duplex ſit reverentia, una ſimpliciter, & in gradu poſitivo, altera nimia, & in gradu ſuperlativo. Prima eſt, quando perſona patris talis conditionis eſt, ut ei debeatur reverentia ſimpliciter, ut ſi ſit ignava, aut vilis, itâ ut filius audeat dicere: & tunc ad conſtituendum metum reverentialem gravem non ſufficit ſola præſentia, ſed requiritur, quòd præcedant verbera, aut minæ. Secunda eſt, quando perſona patris eſt talis conditionis, ut ei debeatur reverentia nimia; & tunc ſola præſentia ejus ſufficit ad conſtituendum metum gravem.

1726 At nec Epiſcopi, nec Regulares diſpenſare poſſunt in juramentis, quæ adjecta ſunt actibus ex ſe perpetuis; hujuſmodi eſt juramentum profeſſionis fidei, juramentum, quo quis confirmet profeſſionem religioſam jam emiſſam, matrimonium jam initum, & ſtatum Secerdotis jam ſuſceptum. Tamb. *cit.*

1727 Si juraſti in Dei gloriam, & charitatis intuitu certam dare eleemoſynam determinato pauperi, poteſt pauper obligationem remittere; quia in hoc juramento tacita adeſt conditio: *Dummodo, ſi pauper, in cujus commodum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*modum promiſſio facta eſt, rem promiſſam ac-ceptare non recuſet.* Si verò nullum determi-natum pauperem, nullus erit, qui obligationem remittat, Anz. à Spir. Sanct. *de juram. tr. 5. diſp. 1. ſect. 28. n. 192.*

RESTRICTIO MENTALIS

1728 Eſt duplex, purè mentalis, & eſt, *quando ſignificatio vocalis à ſua generalitate contrahitur præcisè per actum internum*: ut ſi quis requiſitus, an illac tranſierit Petrus, reſpondeat: *Iſt hac non tranſivit*: per ſubintellectum internum mentis intelligens, *per manicam.* Non purè mentalis eſt, *quando ſignificatio vocalis à ſua generalitate contrahitur non per ſolum actum internum, ſed per aliud additum exterius, quod ſit limitativum verborum, & conſignificativum cum illis*: ut cum D. P. Franciſcus à miniſtris juſtitiæ requiſitus, an illac tranſiſſet delinquens, poſitis intra manicam manibus, reſpondit, *iſtac non tranſiit*, plenam reſponſionem ex verbis, & actione externa componens.

1729 Amphibologia, & æquivocatio eſt, quæ importat ſenſuum diverſitatem: quòd ſi verba determinatè unam habent ſignificationem, & alia addatur per purum actum internum mentis, dicitur æquivocatio per puram reſtrictionem mentalem, ut liquet in primo exemplo. Si verò verba, & ſigna externa ex ſe habere poſſint plures ſenſus, & ſignificationes, æquivocatio externa, non purè mentalis: ſic in præmiſſis.

1730 Dico 1. Reſtrictio purè mentalis, & amphibologia, ſeu æquivocatio facta per reſtrictionem purè mentalem, eſt illicita, quia includit mendacium, quod eſt ab intrinſeco malum; tunc enim habetur mendacium, quando locutio externa eſt difformis menti: talis eſt locutio cum reſtrictione purè mentali, ut ſi tu, qui piſces comediſti, interrogatus, an comederis, reſpondeas, *non comedi*, mente ſola addendo, *carnem*, mendax es, & ſi addas juramentum, es perjurus; quia locutio tua abſoluta eſt generalis, ac proinde eſt difformis conceptui mentis, qui eſt propoſitio cum addito particularis; hinc amphibologiam, & æquivocationem cum reſtrictione purè mentali damnavit Innoc. XI. in tribus propoſ. 26. 27. & 28. quas vide *in n. 1757.*

1731 Dico 2. Reſtrictio non purè mentalis, ſed externata, & amphibologia, ſeu æquivocatio per verba, aut ſigna externa per ſe æquivoca, eſt licita in omnibus caſibus, in quibus quis habet jus ad occultandum ſecretum, non eſt autem licita in aliis caſibus. Prima pars probatur; quia talis locutio externa, licèt haud faciliter ab audiente percipiatur, quantum eſt ex ſe, habet ſignificationem conformem conceptui interno mentis loquentis, nec eſt ſic facta animo decipiendi, ſed occultandi ſecretum, ad quod celandum habet jus, adeóque non includit mendacium: Mendacium námque definitur, quòd *ſit enunciatio falſa cum conſcientia oppoſiti, & cum voluntate fallendi*, ac proinde eſt licita, & addi poteſt juramentum ſinè perjurio, imò etiam licitè, ſi adſit rationabilis cauſa jurandi.

1732 Hujuſmodi autem reſtrictio externa ſignificationis generalis verborum poteſt dupliciter fieri, primò per verba ex ſe æquivoca, ſecundò per circumſtantias, & ſigna externa, quæ ex ſe habent verba limitare, & conſignificare cum illis; locutio námque non fit ſolis verbis, ſed etiam completur ex circumſtantiis, perſonæ, loci, temporis, & negotii, de quo agitur, ac ex ſignis externis: hinc ſi quis pro aliqua gratia rogatus reſpondeat: *faciam*, ſed ſimul manum erga tergum vertat, idem dicit, ac *non faciam.*

In qua re eſt maximè attendendum, quòd ſicut diverſæ ſunt humanæ materiæ, ità quælibet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bet proprium habet modum loquendi, & propria vocabula; proprium inquam habet Poëſis, proprium Rethorica, ſic Tropus, Ironia Hyperboles, &c. ſic & proprium habet ſecretum de jure occultandum: qua conſideratione multæ locutiones tam humanæ, quàm ſacræ Scripturæ à mendacio liberantur, ut eſt illa, qua amicus amicum alloquitur, dicens, *omnia mea tua ſunt, &c.*

1733 Hinc confeſſarius interrogatus de muliere (cujus adulterium in confeſſione cognovit) an mulier adulterium commiſit, non debet tacere, quia qui tacet, conſentire videtur; ſed licitè reſpondet: *neſcio, non commiſit, &c.* mente retinendo, *ad dicendum*, quia hoc additum internum reſtrictivum, ſatis exprimitur per circumſtantiam externam ſigilli, & ſacramentalis confeſſionis, quæ cum verbis locutionem complet conceptui mentis conformem.

1734 Sic alius à marito interrogatus de occulto adulterio uxoris nobilis, reſpondet *neſcio*, retinendo in mente, *ad dicendum*; quod additum exprimitur per circumſtantiam externam negotii, & ſigilli naturalis; imò, ſi id habuerit ex auditu, poteſt accipere verbum *neſcio* ſecundùm propriam, & rigoroſam ſignificationem, prout negat ſcientiam, quæ cognitionem evidentem importat, quam non habet ille qui notitiam ex auditu hominis fallibilis accepit.

1735 Sic Reus, ſemiplenâ probatione, aut infamia non præcedente, à Judice interrogatus, an delictum fecerit, licitè reſpondet, *non feci*: mente addendo, *ad dicendum tibi tanquã Judici*. Idem, ſi interrogetur à judice incompetente: in quibus, & ſimilibus caſibus, reſponſio eſt facta conformiter ad mentem interrogantis, quia judex interrogat ut perſona publica, & conſequenter de delictis ipſi tanquam judici de jure manifeſtandis: unde ſi juramentum exigatur, non erit perj[...]

1736 Sic miniſter S. Officii, qui ligat[...] ramento ſervandi ſecretum, ſuper aliq[...] cano requiſitus, poteſt celare, modo, qu[...] feſſarius, dicendo, *Neſcio*; nam intellig[...] quòd neſcit, ut homo privatus eſt; qu[...] intelligitur non eſt reſtrictione mentali [...] ipſo intrinſeco officio conſultoris, &c. [...] poteſt uti circumlocutione: *gauderem* [...] *id ſcire, ut tibi ſatisfacerem*, quo p[...] affirmat, nec negat id ſcire, Cardenas [...] *c. 6. n. 60.*

1737 Eodem modo diſcurrit Buſemb[...] juramento exacto per vim, metum, in[...] v.g. à latronibus, ut tu liber factus de[...] à marito, ut uxor fateatur adulterium [...] tum, ſi tale juramentum ſit additum [...] ctioni non purè mentali, ſed externatæ, [...] ſigna externa determinata, vel per verb[...] æquivoca ſufficientia ad internam reſtri[...] nem ſignificandam: *v. num.* 1648. 16[...]

1738 Secunda pars aſſertionis prob[...] aliis námque caſibus, in quibus quis [...] bet jus occultandi, non eſt licita in locu[...] bus reſtrictio externata, præfato mod[...] cata, non quia includat mendacium, [...] humana ſocietas, & humanum commer[...] expoſcit, ut utamur vocabulis ſecund[...] communem ſignificationem; nam æqu[...] cationibus, & ſignis difficibilibus capt[...] manum commercium perturbatur.

1739 Quæ ratio ceſſat in prioribus ca[...] quia in illis commercium humanum [...] juſtificatur, quàm perturbetur, nam [...] num commercium non debet eſſe contr[...] humanum: nec officit, quòd regulariter [...] libus locutionibus decipiatur audiens, qu[...] per accidens ſequitur; nam intellectus p[...] ſpicax poſſet veram ſignificationem locut[...] nis percipere, & ſimul imprudentiam ſu[...] terrogationis advertere, ſi ſigna, verba, [...] cumſtant[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cumſtantias externas, & gravitatem rei, atque putaverimus de ſecreto occultando conſiderare; ſigna nàmque ſupponuntur per ſe ſignificativa, & reſtrictiva conformiter ad mentis reſtrictionem, atque perceptibilia: & ſi loquens intendit celare ſecretum, ad quod habet jus minimè audientem decipere; nec ejus deceptionem, quam prævidet, vitare tenetur cum ſuo, aut aliorum gravi incommodo, quia tunc eſt deceptio accepta, non data, ut de ſcandalo paſſivo, *num.* 326.

DE JURAMENTO JUDICIALI

1740 CLaritatis gratia, hoc quæſito me expediam.

QUÆRES.

AN à perjurio, & à mortali excuſetur reus, qui Judici interroganti veritatem tacet, aut amphibologiis, & æquivocatione, utitur?

Primò. Ob ſtoliditatem ex Judicis præſentia cauſatam?

Secundò. Si non præceſſit infamia, ſemiplena probatio, nec gravia indicia extent?

Tertiò. Si præceſſit ſemiplena probatio, crimen tamen ſit capitalis, aut ex gravioribus, quàl mortis, jacturæ honoris, aut ſuorum bonorum?

Hic eſt ſermo de reo, quia de teſte ſatis egimus in *tract. de denunciationib. tom.* 2. materia à *num.* 73.

AD PRIMUM

1741 REſp. cum diſtinctione. Vel enim ſtoliditas eſt talis, ut plenam advertentiam malitiæ gravis perjurii impediat, vel non. Primum poteſt contingere, quatenus ex Judicis præſentia, & inexpectata ejus interrogatione excitatur in reo vehementiſſima paſſio ſenſitiva, quæ ità ejus rationem perturbat, ut non advertat ad malitiam gravem perjurii, taliter quòd quaſi neſciat, quid dicat, aut faciat, & ſi advertit, non plenè, & diſtinctè, ſed in confuſo. Et tunc certum eſt, reum à perjurio mortali excuſari; quia ex communi, & certa Theologorum doctrina, ad peccatum mortale requiritur voluntarium perfectum, videlicet, quòd actus ſit patratus cum plena advertentia malitiæ gravis, & cum pleno voluntatis conſenſu, ità ut ex alterius defectu excuſetur quis à culpa mortali: ut infrà de peccatis.

1742 Vel non impedit, quatenus Judicis præſentia, & interrogatio reum terreat, ob timorem pœnæ, quam prævidet; at non ità ejus rationem perturbat, ut non advertat; ſed plenè advertit ad crimen, quod commiſit, & ad gravitatem perjurii. Et quidem mortaliter peccat, & eſt tam in foro interno, quàm in externo perjurus, ſi veritatem neget, aut utatur æquivocatione cum reſtrictione purè mentali; quia eſt mendax, & juramentum mendacio addit. Imò etiam mortaliter peccat, ſi utatur æquivocatione, & reſtrictione non purè mentali, ſed externata, quia reus legitimè interrogatus, tenetur ſub mortali de plano reſpondere ſecundùm mentem Judicis interrogantis. Melphi *in pract. crim. ver. Reus.* Scaccia *cap.* 18. *n.* 49. cum communi: *vide num.* 1738.

Quia ſic expoſcit humana ſocietas, & bonum publicum Reipublicæ, quæ perturbaretur, & periret: nullus nàmque eſſet de ſuo honore, re, & vita ſecurus, ſi abſolutè liceret reis, non reſpondere ſecundùm mentem Judicis legitimè interrogantis; ſed æquivocationibus, & reſtrictionibus externatis juxta propriam mentem.

Unde quamvis ob externationem conſcientiæ propriæ, liberaretur à mendacio, & inde à perjurio, quatenus enunciatio cum externatione illa non eſſet oppoſita, ſed con-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

formis conceptui propriæ mentis: liberari non poſſet à culpa mortali, in quantum non eſſet conformis menti interrogantis. Imò in foro externo haberetur perjurus.

Tum quia tenemur obedire ſuperiori juſta præcipienti. D. Th. 2. 2. *q.* 69. *art.* 1. & 2.

1743 At in praxi, quod ſtoliditas ex præſentia Judicis mentem rei ità perturbet, ut plenam advertentiam tollat, raro, aut nunquam contingit, & non niſi in perſona maximè puſillanimi. Regulariter autem advertentia non tollitur, ſed potiùs acuitur, ut conſtat ex aſtutiis, quas rei ſpeculantur, & quibus utuntur in reſpondendo, ut delicta occultent, aut minuant.

## AD SECUNDUM

1744 RESp. excuſari à perjurio, & à mortali. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. §. 3. *num.* 2. Delbene *tom.* 1. *pag.* 563. *num.* 18. Caſtropal. Diana, & Com. apud ipſum; quia tunc Judex non legitimè interrogat; unde reus habet jus occultandi, & inde poteſt licitè tacere, aut æquivocatione, ac reſtrictione uti, ſatis externata per circumſtantiam Judicii, Judex námque interrogat ut perſona publica, adeóque de delictis judici de jure manifeſtandis; unde reus ſi neget crimen, quod patravit, dicendo: *Non feci*, intelligendo; *Ut manifeſtandum tibi tanquam Judici*; verum dicit, & Judex, hanc reſtrictionem externatam per circumſtantiam Judicii poteſt ſatis advertere, ſi non ſit legitimus, aut non legitimè interroget, quatenus nulla præceſſit ſemiplena probatio: *v. à, n.* 1734. *ad* 1735. quia bonum publicum expoſcit, ut reus, aut teſtis pareat legitimo judici, & legitimè interroganti.

1745 Idem docet Simanca *tit.* 42. *nu.* 13. de hæretico occulto; quia Matth. 11. *Jugum Domini ſuave eſt, & onus leve: eſſet autem res graviſſima obligare aliquem, ut ſe pro[...] judiciis interrogatus.* Unde D. Chryſo[...] ſuper epiſt. Pauli ad Hæbr. *Non tibi dico [...] prodas in publicum, neque ut te apud a[...] cuſes, ſed obedire te volo Prophetæ dicen[ti] vela Domino viam tuam.*

1746 Ut igitur reus teneatur de pl[...] ſinè æquivocatione reſpondere, requ[...] quòd Judex ſit legitimus, nimirùm, q[...] beat juriſdictionem ordinariam, vel [...] tam in reum. Et quòd legitimè interr[...] quod jure fit, quando præcedit ſemiplen[a pro]batio delicti, vel infamia, aut præced[...] dicia probata, quæ ſemiplenæ prob[ationi] æquivaleant; quod debet reo notificari [...] poſſet reputare ſuum crimen occultum [...] & inde celare; ſicut enim nemo obe[...] netur ante legis promulgationem, ita [...] judici, antequam notificet ſe juridicè [...]gare. Tamb. *tom.* 1. *p.* 92. *n.* 4.

## AD TERTIUM

1747 PRima ſententia negat, excu[...] perjurio, & à mortali, ſi ſemi[plena] probatio præceſſerit. D. Thomas 2. 2. [...] Sanch. *lib.* 6. *conſul. cap.* 3. *dub.* 29. Pe[...] letus, & alii 25. Doctores antiquiores, [...] refert, ſed non ſequitur Cardenas *diſſert.* [...] *cap.* 8. *num.* 78.

Ratio eſt, quia inter partes juſtitiæ p[...] pua eſt obedientia, qua tenemur Superior[i le]gitimè, & juſta præcipienti obedire; ſed p[ræ]cedente ſemiplenâ probatione, judex leg[iti]mè, & juſtum præcipit reo, dum præ[...] ſub juramento, ut fateatur veritatem; [...] tenetur reus ſub juramento obedire, fa[...] veritatem.

Secundò, quia jus præcipiendi, & jus obe[...]diendi ſunt correlativa; igitur implicat, q[...] Judex legitimus habeat jus præcipiendi, re[...] reus non obediendi, ſed occultandi.

Tertiò,

Tertiò, quia aliàs publicum Reipublicæ [illegible]erceret, quoniam ſub hac ſpe impuni- [illegible] perpetrarentur delicta.

1748 Secunda ſententia affirmat, excuſari. Rodr. tom. 2, art. 4. Portellius *tit. correctio* [illegible] *ver. Reus n.* 43. Villalobos *tom. 2. tr. 16.* [illegible] 1. *n.* 10. Malderus *tract. 6. cap. 2. de juſtitia.* [illegible] *ver. Actus judiciales, tit. de reo n.* [illegible] Diana *par* 1. *tr.* 15. *reſ.* 27. Salzedo *in pract.* [illegible] Tanct. *de Relig. tract. 4. lib. 3. num. 30.* [illegible] *to.* 1. *lib.* 3 *cap.* 4. §. 3. *n.* 2. De Lugo *tom.* [illegible] *diſp.* 40. *ſect.* 1. *n.* 14. Filliuc. Fagun- [illegible], Caſtropal. & quamplures alii, quos no- [illegible], & ſequitur Cardenas *diſert.* 14. [illegible] Qui docent, excuſari non ſolùm in [illegible] capitalibus, & gravioribus jacturæ ho- [illegible] ſuorum bonorm, verùm etiam ſi [illegible] triremium, exilii, aut carcerum plu- [illegible] annorum, putà duorum; quia eſt gravis. [illegible] Tanct. *cit. num.* 32. idem tenet, ſi pœna [illegible] ſpiritualis, ut excommunicatio major; quia [illegible] gravis. Contra Panorm. Buſem. & [illegible] plures.

1749 Et tunc dicunt, excuſari à perjurio [illegible] veritatem per reſtrictionem, aut æ- [illegible] quivocationem externatam, reſpondendo: [illegible], ſubintelligendo: *Ad dicendum tibi* [illegible] *Ad me prodendum.* Et ſi delictum [illegible] ſacramentaliter confeſſus, & de eo abſolu- [illegible] *innocens, & immunis ab hoc delicto,* [illegible] culpa; quia tunc reſtrictio eſt ſatis ex- [illegible] à circumſtantia pœnæ gravis, quæ ſe- [illegible]; unde id, quod ſubintelligitur, ſub- [illegible] ex circumſtantia extrinſeca pœnæ [illegible].

1750 Ratio potiſſima hujus ſententiæ eſt; [illegible] leges, & præcepta humana non obli- [illegible] cum periculo vitæ, aut alterius notabi- [illegible] mali, uti ſunt prædicta; ſed præceptum [illegible] Judicis eſt humanum, & poſitivum, & con- [illegible] criminis, licèt de eo ſemiplena proba- tio præcedat, eſt cum periculo vitæ, aut al- terius notabilis mali; igitur non tenetur reus ſub mortali, & perjurio tunc crimen fateri, licèt de eo ſemiplena probatio præcedat; ſed poteſt illud celare modis, quibus ſuprà. Major conſtat; eum Com. in materia de legi- bus; nam præcepta humana non poſſunt ſe extendere ad id, quod eſt moraliter impoſ- ſibile; id autem, quod eſt multùm difficile reputatur moraliter impoſſibile; talis eſt con- feſſio criminis in concurſu alicujus ex præmiſ- ſis malis, licèt ſemiplena probatio præceſſe- rit; multùm quidem difficile eſt, imò onus ſupra vires naturæ obligare aliquem, ut con- currat ad ſibi mortem, aut malum grave infli- gendum.

1751 Hîc faciunt auctoritates, quas ad- ducit Simanca *in ſolutione ſecundi quæſiti nu.* 1745.

1752 Ad primam rationem in oppoſitum reſpondent: Inter leges humanas certum eſt plures eſſe, quæ obligant ad culpam, & plu- res, quæ ad ſolam pœnam; hujuſmodi eſt præceptum Judicis, quod ſolùm obligat ad pœnam.

1753 Ad ſecundam: Jus præcipiendi ſub culpa, & jus obediendi ſub culpa, ſunt corre- lativa, minimè jus præcipiendi ſub pœna, & jus obediendi ſub culpa; adeóque implicat, quòd Judex habeat jus præcipiendi reo ſub culpa, & reus non habeat jus obediendi ſub culpa; at non implicat, quòd Judex habeat jus præcipiendi ſub pœna, & reus non habeat jus obediendi ſub culpa.

1754 Ad tertiam, negant ſequelam; quia ſuppetit Judici alia via ad veritatem invenien- dam; nempe inquirendo alios teſtes, commi- nando, aut dando reo torturam, abſque eo, quòd illum ad confeſſionem proprii criminis obliget ſub culpa.

1755 Ad id, quod contra hanc ſolutionem in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſurgit Gonet, quòd non liceret judici reum ad confeſſionem criminis capitalis ſemiplenè probati per torturam cogere; quia iniquum eſt ad id aliquem cogere, quòd præſtare non tenetur.

Reſpondet Cardenas *cit. n.* 85. cùm diſtinctione: *Iniquum eſt quemquam ad id cogere, quod præſtare non tenetur, neq; ſub culpa, neq; ſub pœna, omitto: quod præſtare non tenetur ſolùm ſub culpa, nego.* Et addit experientiam plurium legum civilium, quæ obligant ſolùm ſub pœna, & tamen ad illas poteſt adſtringere Judex.

1756 Et Thomas Delbene, *qui in tom. 1. de Inquiſ. p.* 563. *n.* 17. hanc ſententiam non improbabilem putat: *in tom. 2. p.* 463. *n.* 35. abſolutè eam docet, hac motus ratione: *Quia tunc jus, & præceptum Superioris non eſt accommodatum, ſeu conforme fragilitati humanæ, cum vix ex mille unus illud eſſet obſervaturus.*

1757 Deniq; addit Cardenas, per tres propoſitiones ab Innoc. XI. damn. damnari reſtrictionem mentalem, de qua *n.* 1730.

1758 Ita diſcurrunt relati Theologi, mihi ſufficiat retuliſſe; nam Port. *cit.* concludit his verbis: *Et eos, qui hanc opinionem tenuerint cum Rodriquezi non damnabo ob tot viros, & ob talem rationem.*

1759 Illud certum eſt, non teneri reum, ſi crimen negavit, poſt latam ſententiam, ſive abſolutoriam, ſive condemnatoriam, illud fateri; ſed ſolùm coram Deo pœnitere, quia confeſſio ordinatur ad conficiendum judicium, adeóq; judicio finito, finitur obligatio rei, niſi inde immineat damnum tertio, juxta dicta ſuo loco. Ità Com. Imò Buſem, *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *n.* 2. & Tambur. *cit.* cum aliis docent, neq; teneri ante ſenteṅtentiam, donec iterùm interrogetur. Et hoc maximè, ſi retractatio eſſet inutilis.

1760 Excipitur caſus hæreſis rationa... dali; nam hæreticus convictus debet ... & ſi negavit, tenetur adhuc veritatem ... feſtare; quia aliàs pœnam ſubiret, ut hæ... negativus, & ità cum aliorum ſcandalo. ... *cit.*

1761 Portellius *cit. tit.* *Correctio ...* *verb. Reus n.* 3. contra Sanch, ait, quòd ... cus negativus jam damnatus, & qui ducitur ... ſupplicium, non teneatur ſub mortali ... tem publicè fateri; quia nimis durum ... confeſſario id ei ſuadere, cum periculo ... let obedire, & cum conſcientia erronea ... dens ſe teneri, mori. Nec adeſſet ſcandalum ... quia omnes ſciunt, reos ſolvere delicta ... re, & poſſe in ultimo articulo mortis ... mentaliter confiteri.

1762 Idem docet *n.* 6. ſi metu tormentorum ſibi falſum crimen impoſuit, ob ... patibulum ducitur; niſi adſit ſpes, quòd ... ctione liberetur; quæ ſpes non adeſt in ... quia poſt latam ſententiam non juvat ... ctatio in cauſa propria.

1763 Verum tamen eſt, quòd qui ... ad ſupplicium, non debet abſolvi, ... let complices in cauſa hæreſis formalis, ... miarum, proditionis patriæ, & ... damni tertii, ſi complices non ſint ... ti, nec detur certa ſpes, quòd per aliam ... emendentur. Mendo *in epit. verb. Reus n.* 17.

1764 Hinc fit, quòd licèt in aliis ... non poſſit reus legitimè interrogari de ... plicibus, ſi ſint omninò occulti, & niſi ... ctum ſit tale, ut ex ſe ſoleat habere ... vel niſi ſemiplena probatio de ſocietate, ... complicitate per indicia, aut teſtes ... dat. Tenetur interrogatus ſocios manifeſta... re, ſi crimen ſit exceptum; contra commu... nitatem, ut hæreſis, proditio patriæ; aut con... tra tertium, ſciens malum non poſſe ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lugd. Port. *cit. n.* 47. *v. tom.* 2. *à n.* 62. Et [illegible] interrogatus, ſi crimen ſit hæreſis, [illegible] poſitionis patriæ, ut *in tom.* 2. *de denunc.* [illegible] 1597. 1608.

De juramento, agunt Scotus *in* 3. *diſt.* 39. *q.* [illegible] *lit. A. in* 4. *diſt.* 18. *q. un. litt. C. quod l. q.* 20. [illegible] Maſtrius *in Theol. mor. diſp.* 11. *q.* 3. *n.* 48. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 157. Joan. de la Crux, *pag.* 20. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 1. Leander *tom.* 7. *tract.* 1. Buſemb. *lib.* 3. *tract.* 2. *c.* 2. *dub.* 1. Tancr. *tom.* 3. [illegible] *par.* 3. *tract.* 14. Ant. à Spir. S. *tom.* 1. Alloza, & Mendo *ver. Juramentum*, Carden. [illegible] Clericatus *à c.* 37. Gobat. *tom.* 3. *par.* 2. [illegible] 1. *tom.*

De reſtrictione, agunt Maſtrius *diſ.* 11. *q.* 3. [illegible] Bonac. *tom.* 1. *pag.* 267. Tamb. *to.* 1. *lib.* 3. [illegible] Leander *tom.* 7. *tract.* 1. *diſ.* 45. Buſen. [illegible] *tract.* 1. *c.* 2. *dub.* 4. Cardenas *diſ.* 19. Clericatus [illegible] 58. Gobat. Ant. à Spir. S. Alloza, & Mendo.

## ADJURATIO

1765 Juramento affinis, eſt inductio perſonæ ad aliquid faciendum, vel non faciendum, invocatione alicujus Sancti, aut rei ſacræ, v. gr. *Adjuro te Deum vivum per Jeſum Chriſtum filium tuum, ut des mihi ſalutem animæ, & corporis.* Unde eſt actus Religionis.

1766 Poteſt fieri dupliciter, per deprecationem, & per imperium.

1767 Ut ſit licita, tres requiruntur comites, *Veritas, Judicium, & Juſtitia.*

1768 Veritas conſiſtit in hoc. 1. Ut adjuratio fiat per verum Deum, & per res verè ſacras; unde ſi fieret per falſos Deos, &c. eſſet mortale. 2. Ut res non petatur fictè, ſine animo obtinendi, & tunc eſſet venialis.

1769 Judicium conſiſtit in hoc. 1. Quòd [illegible] fiat prudenter, minimè leviter, & [illegible] ſine cauſa; & tunc eſſet venialis. 2. Quòd Deus, & Sancti non adjurentur imperativè, ſed deprecativè; nec dæmon deprecativè, ſed imperativè, quod eſſet mortale; nam imperiũ ſupra Deum, & Sanctos eſſet injuria, & contemptus; deprecatio erga dæmonem, eſſet amicitia, & ſubmiſſio.

1770 Juſtitia conſiſtit in hoc, quòd res, quæ petitur, ſit honeſta; nam ſi mala, adjuratio eſſet peccatum mortale, aut veniale, juxta gravitatem, aut levitatem malitiæ rei.

1771 Poſſumus adjurare 1. Deum per ſe ipſum, per Chriſtum, per Mariam Virginem, per Sanctos uti ſibi charos, & per ſacra Myſteria, & Paſſionem.

1772 Non poteſt autem adjuratio fieri per creaturas inferiores, niſi ſint ſpecialiter Deo charæ; ſic Exodi cap. 32. adjuratur Deus: *Recordare Abraham, Iſaac, Jacob ſervorum tuorum.* 2. Poſſumus adjurare B. Virginem, Sanctos, & Angelos, per Deum, & Jeſum Chriſtum. 3. Dæmonem, & creaturas, per Deum, & Jeſum Chriſtum, B. Virginem, Sanctos, & ſara Myſteria.

1773 Creaturæ rationales adjurare poſſunt directè; irrationales verò, ut animalia nociva, tempeſtates, fulgura, &c. non niſi indirectè; quia cùm non ſint rationis capaces, non poſſunt per adjurationem directè induci, & moveri ad præſtandum, quòd petimus; ſed in quantum à Deo moventur contra nos in pœnam, vel à dæmone in vindictam, ut noceant, nos eas adjuramus, deprecando in ordine ad Deum, vel imperando in ordine ad dæmonem, ut ſic Deus miſereatur, & dæmon à nocendo deſiſtat; & hoc pacto dicuntur creaturæ indirectè adjurari.

1774 Creaturas irrationales [ rectè ait Joſeph. Auguſt. ] *Poſſe etiam impropriè adjurari per immediatam efficientiam ſupernaturalẽ ſuper ipſas, explicatam per imperium metaphoricè dictum, ſicut Chriſtus Dominus imperavit ven-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tu, & mari: hoc autem ſpectat ad virtutem miraculorum.*

1775 Licitum eſt Exorciſtæ tractare cum dæmone, & ea omnia petere, quæ ad ſuum munus, finem, & expulſionem conducunt; putà de cauſa ingreſſus, numero ſpirituum, &c. & petere ab eo ſignum, quo exiiſſe oſtendat: *v. à n.* 385.

1776 Quemlibet verò alium tractatum vanitatem, & curioſitatem, putà ſi petat ſcire occulta, &c. eſſe mortale, tenet Caſtropal. non plus, quàm veniale, Sanch. & Caiet. apud Tamb. *lib.* 3. *c.* 8. §. 2. *n.* 5. At meliùs, dico cum Tamb. *cit.* eſſe mortale, ſi id fiat ſæpe, & per longos ſermones; quia tunc oſtenditur amicitia, & benevolentia; quando Apoſt. 1. ad Cor. 10. ait: *Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum: Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum*: Veniale verò, ſi fiat rarò, & per breve tempus; quod ſequitur ex verbis Pauli, ex quibus graviter familiaritas, & amicitia prohibetur.

1777 Licitum eſt cogere dæmonem, ut maleficium tollat, aut ſignum, quo durante durant pactum de vexando creaturam; quia id non eſt uti ope dæmonis in obſequium noſtrum, ſed nos defendere, & cogere, ut deſtruat opera ſua.

1778 Eâdem ratione licet imperare dæmoni ſuperiori ad coercendum pariter dæmonem inferiorem; licèt namq; in noſtram utilitatem expellere clavum clavo. Delbene *de Inquiſit. par.* 2. *dub.* 228. *ſect.* 28. *n.* 18.

1779 Non poteſt licitè Exorciſta dæmoni expoſcenti concedere, aut permittere, ut immittatur in alium hominem; quia non eſt dominus vitæ proximi: bene verò, ut immittatur in equum, ſi ejus dominus ſit dives, & plures habeat, ut pro reparatione ſalutis obſeſſi amiſſio equi alterius non cenſeatur de notabile damnum. Secùs ſi eſſet cum notabili alterius damno. Tancr. *tit.* 1. *de lig. diſ. de adjur. n.* 67. quia nemo tenetur gravi ſuo damno alterius ſaluti corpor... currere. Tamb. verò cit. cùm Caſtropal... id licere etiam cum gravi damno boni ... poralis alterius; quia putat, talem obſ... eſſe conſtitutum in extrema neceſſitate, ... omnia ſunt communia.

1780 Licet obſeſſum in dæmonis con... ptum expuere, & leviter percutere. Si ... dæmonem te injuriis afficientem ità ... graviter in obſeſſo percutis, peccas mortal... & ſi obſeſſus eſt Clericus, excommun... nem incurris, niſi inadvertentia, aut ... tia excuſet; quia cum dæmone Cleric... dente diabolo percutis, eique injuriam ... non minùs quàm excommunicatus eſſ... ait Tamb. ] ſi canem in ſinu domini ... te latrantem, advertenter cum domino ... confodias.

1781 Qui exorcizat, eſſe debet Sac... aut ſaltem exorciſtatus ordine inſignit... Ordinarii licentia.

1782 Si laicus id faciat publicè, ... ter, cum populi admiratione, & Sup... contradicente, peccat mortaliter. ... ſi privatim, aut ſi publicè, rarò ſine ... ratione, & contradictione, & ex fide, ... ducia in Deum; maximè ſi haberet han... tiam gratis datam eos expellendi. Tamb. ... *c.* 8. §. 2. *n.* 4. dummodò non ſit idiota, & ... rus, quia exponeretur periculo, ut decip... tur à dæmone, aut aliqua ſuperſtitione ... tur.

1783 Nec diceretur uſurpator juriſdi... nis Clericalis, ſicut nec talis dicitur laicus ... qui Miſſæ inſervit, lumina accendit, & ... ceolos cùm vino, & aqua Sacerdoti por... git, quod eſt Officium Accoliti; nec qui...

digno

dignus ab Eccleſia expellit, quod eſt proprium Officium non aliâ ratione, niſi quia munera Minorum Ordinum laici non exercent ex Officio, Clerici verò ad illlos promoti exercent ex Officio, Hinc Chriſtus Marci 16. generaliter de vobis, & bonis Chriſtianis loquens, ait: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient.* Et Marci 12. *Unicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem; alii, &c. alii gratia ſanitatum in uno ſpiritu.*

1784 Ritè autem prohibetur à Superioribus, etiam Sacerdotibus Officium Exorcistæ in aliorum licentia exercere, ne quis ignarus, imperitus, aut pravæ vitæ audeat cum periculo ſuperſtitionis, deceptionis, & contemptûs, peragere munus, ad quod ſcientia, peritia, mortificatio, & maximè vitæ rectitudo requiritur.

De adjuratione, agunt Tancr. Tamb. *cit.* & Clericatus *cap.* 45.

# CAPUT III.

## DE VOTO.

### DEFINITIO.

1785 VOtum eſt, *promiſſio deliberata, & voluntaria facta Deo de meliori bono.* Propoſitum, eſt *ſola voluntas faciendi*, quia promiſſio huic voluntati addit voluntatem ſe obligandi alteri, & in caſu voti ſe obligandi Deo.

1786 Hinc promiſſio, ſi cadat ſupra materiam præceptam, novam obligationem inducit.

1787 Pœnitens, qui à Confeſſario monitus, ut à peccato, v. gr. fornicationis, deſiſtat, dicit: *Promitto me illud ampliùs non commiſſurum*, regulariter non emittit votum, ſed ſolùm manifeſtare vult ſuum firmum propoſitum; quia communiter non intendit in caſu tranſgreſſionis ſe obligare ad novum peccatum, ſed ad idem contra ſextum præceptum.

Quòd ſi velit expreſsè ſe obligare in caſu trangreſſionis ad novum peccatum contra præceptum humanum promiſſionis à ſe emiſſæ; tunc emittit votum, quia eſt promiſſio facta Deo cum animo ſe obligandi novâ obligatione liberâ, ſeu novo præcepto humano à ſe libere impoſito.

Obligatio autem, quam communiter habet quilibet homo ad vitandum peccatum, eſt obligatio neceſſaria, quæ ſupponit præceptum; unde oritur, non facit præceptum: Votum verò facit, imò eſt præceptum novum; adeóque, qui habens votum caſtitatis fornicatur, peccat contra duo præcepta, contra præceptum divinum Decalogi de numero ſexto, & contra præceptum humanum voti libere ab ipſo homine ſibi impoſitum, in confeſſione aperiendum; quia contra duas virtutes, nempe contra caſtitatem, quam præceptum divinum reſpicit, & contra Religionem, quam reſpicit votum.

1788 Qui adſtantibus dixit: *Si Deus me ſanitati reſtituerit, fiam Religioſus*; non fecit votum. Gobat. *to.* 3. *de voto n.* 15. quia ea fuit ſola animi oſtenſio facta adſtantibus; non promiſſio obligatoria directa ad Deum. Et ſicut ſimilia verba nulli homini directa, in humanis negotiis nullum pactum, & nullam obligationem ſtrictam inducunt; ità in re noſtra.

1789 Dicitur, *deliberata*, quatenus vovens debet plenè advertere, & cognoſcere materiam, quam vovet, deliberatio enim importat advertentiam, & cognitionem materiæ, cum libero & expedito interiorum ſenſuum uſu. Hinc, ſi quis exiſtens Panormi, putans D. Jacobum de Compoſtella diſtare non plus, quàm per centum milliaria, ut voveret ad illã

accedere, non teneret votum ex defectu deliberationis circa ſubſtantiam voti.

Similiter vota facta cum ſemiplena advertentia, ſeu deliberatione, v. gr. ex repentino animi motu, non valet: Aut ſi quis voveret ſemivigilans, vel habens ſenſus internos vehementiſſimâ paſſione iræ, &c. perturbatos.

De errore, & ignorantia diſcurre, ut de juramento, *à n.* 1653. Error circa vim voti, v. gr. quòd obliget ſub veniali, quod obligat ſub mortali; & quòd poſſit relaxari, quod relaxari non poteſt, irritum reddit votum, ex defectu conſenſus; & quia eſt error circa ſubſtantialia. Gobat. *tom. 3. de voto nu* 109. *v. num.* 1956. *&* 1822.

Dicitur: *Voluntaria*, hoc eſt cum libero voluntatis conſenſu.

1790 Dicitur; *De meliori bono*, in ordine ad ſuum oppoſitum. Hinc votum nubendi abſolutè loquendo non tenet; quia matrimonium non eſt bonum melius caſtitate ſibi oppoſitâ. Dixi *abſolutè*; quia id, quod abſolutè eſt minùs bonum ſuo oppoſito, ex circumſtantiis hic, & nunc poteſt eſſe majus bonum: ut *in num.* 1816.

Hinc votum ducendi pauperem, vel meretricem cauſa pietatis emiſſum, eſt invalidum. Ant. à Spir. S. *tom.* 1. *diſ.* 2. *ſect.* 13. quia eſt impeditivum caſtitatis, quæ eſt bonum melius, & Deo gratius recenſito titulo miſericordiæ.

Validum autem eſt emiſſum hac cum conditione: *Voveo, caſu, quo velim nubere, ducere pauperem*; quia per hoc votum non obligatur quis ad matrimonium, ſed quòd eo liberè aſſumpto, ſit electurus matrimonium Deo gratius, quale eſt pauperis.

Dicitur facta Deo: ut *in num.* 2017.

## DIVISIO VOTI.

1791 Dividitur in ſolemne, *& eſt illud, quod acceptatur ab Eccleſia*; ut votum caſtitatis ſacris Ordinibus annexum, professionis Religioſæ: Et ſimplex, *quod talem ſolemnitatem non habet, ſed emittitur privatâ authoritate.*

Subdividitur in abſolutum, *quod ſit tantum re ad materiam, quam voves*; ut ſi voveas caſtitatem ex amore caſtitatis: Conditionale, *quod ſit ſub conditione, ex affectu ſeu ad habendam, vel non habendam conditionem*; v. gr. voveo caſtitatem, ſi Deus me liberet hac tempeſtate: Et Pœnale, *quod ſit in pœnam*; ut voveo jejunium, ſi luſero.

Item in reale, *in quo promittitur res aliena*; ut eleemoſyna: Perſonale, *in quo actio perſonæ, vel ejus omiſſio*; ut peregrinatio, omiſſio ludi: Et mixtum, *in quo utraque*; ut peregrinatio cum eleemoſyna.

## CONDITIO

1792 In votis apponi ſolita, ſi ſit de præterito, aut de præſenti, non reddit votum conditionale, ſed abſolutum; quia non ſuſpendit obligationem. Ità ſi ſit futura neceſſaria: ut *Voveo eleemoſynam, ſi eras ſol oritur*; quia hæc habetur pro impleta. Unde debet eſſe de re contingenti, ut votum ſit conditionale.

Conditio impoſſibilis reddit votum nullum, cum non poſſit poni in eſſe. Solùm in matrimonio, & ultimis voluntatibus habetur pro non adjecta, & non reddit actum nullum; quia pro his ità jus diſpoſuit, non ſic in votis.

Votum ſub conditione turpi, ſi conditio habeat rationem finis voti, quatenus ex voto obtineri intenditur; ut votum dandi certam eleemoſynam pauperi, ſi hæreditas injuſta obtineatur; eſt nullum, ex *num.* 1802. Validum verò, ſi non ſe habeat, ut finis, ſed ut pura conditio: ut *Voveo ingredi Religionem, ſi meus pater bona ſua diſſipabit.* In primo ...

[illegible] , conditio ſe habet, ut finis, in ſe-[illegible], ut cauſa impulſiva, & occaſio: *v. num.* [illegible].

1793 Votum conditionale non obligat, [illegible] conditione adimpletâ, quæ non ſufficit, [illegible] adimpleatur in æquivalenti, ut in contra-[illegible], ſed adimpleri debet in forma ſpecifi-[illegible], quia interpretatio voti eſt ſtrictè facien-[illegible], ut minùs obliget.

1794 Voviſti Religionem, ſi tua ſoror nu-[illegible] mortua eſt tua ſoror; teneris ad vo-[illegible], ſi tua intentio fuit de non deſerendo [illegible]; quia tunc materialiter ſe ha-[illegible] tuam intentionem nuptiæ; non te-[illegible] præcisè nuptias ob aliquod ſpeciale [illegible] intendiſti. Mendo *in epit. ver. Vo-*[illegible] *num.* 55.

1795 Voviſti certam eleemoſynam dare, [illegible] fieres Judex Prætoris; factus au-[illegible] Judex Magnæ Curiæ; teneris ad vo-[illegible], intendiſti gradum Judicis Prætoris [illegible], & diſpoſitionem ad gradum [illegible] Magnæ Curiæ. Secùs ſi tua intentio [illegible], & præcisè ad illum intenta, [illegible] aliquod ſpeciale motivum; vel quia [illegible] gradum ob tui inſufficientiam, vel alio-[illegible] lationem non ſperabas.

[illegible] dic de voto dandi certam eleemoſy-[illegible] Eccleſiæ, ſi fias Parochus Eccleſiæ N. [illegible] factus Parochus pinguioris Eccleſiæ. [illegible] Spir. S. *tom. 1. tract. 5. diſp. 2. ſect. 26. n.* [illegible] In dubio de intentione, ſive poſitivo, [illegible] negativo, non obligaris, quia ſtandum [illegible] libertate.

1796 Impediens conditionem voti, non [illegible], ſi conditio pendeat à propria vo-[illegible]; quia non obligavit ad conditio-[illegible], ſed ad votum, conditione libere ap-[illegible]. Si conditio pendeat à voluntate al-[illegible], & ſit mala: ut *Voveo Religionem, ſi pa-*[illegible] *bona ſua in ludis, & cum meretrici-bus diſſipabit*; poteſt impedire, quia mala ſunt impedienda: at conditione adimpleta, tenetur ad votum: ut ſuprà dictum eſt *num.* 1792.

Si conditio pendeat à voluntate alterius, & non ſit mala, ſeu prohibita, non potes ſine peccato impedire; quia tunc remiſiſti obligationem voti in alterius voluntatem; unde in eo voto adeſt pactum virtuale, & implicitum de conditione non impedienda. Et tunc peccas impediendo conditionem; at non obligaris voto, quouſque conditio apponatur. Peccas autem impediendo vi, aut fraude. At non peccas, ſi precibus, & rationibus utaris, ut ille conditionem non apponat; quia liberum illum relinquis.

*Si quis voveat Religionem ingredi, ſi pater intra annum conſentiat, & ipſe votum non manifeſtat; elapſo anno, quamvis pater conſentiat. non tenetur ingredi Religionem, Et idem eſt, ſi vi, aut dolo impediat, ne pater conſentiat? quia reverà conditio non fuit impleta* Ant. à Spir. S. *cit.*

## IN VOTO POENALI,

1797 VEr. gr. *Voveo jejunium, ſi luſero, ſi non recitavero divinum Officium*; quoties tranſgreſſio in conditione caret culpa, putà per inadvertentiam, infirmitatem &c. caret pœna; quia pœna eſt impoſita ob culpam tranſgreſſionis in conditone, nempe ob ludum, ob omiſſionem Officii divini. Imò ſi recordaris conditionis, & non recordaris pœnæ culpabiliter, inquam, omittis officium, ut non recordaris pœnæ jejunii, non teneris ad pœnam; quia oblivio naturalis æquivalet ignorantiæ invincibili pœnæ, quæ excuſat à pœna.

Eâdem ratione, ſi ſcias te votum emiſiſſe, at neſcis, ſi ſub pœnâ aliqua, peccas quidem contra votum, ſed non teneris ad pœnam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item, quoties conditio cadit, quatenùs eſt inepta, indifferens, impoſſibilis, &c. cadit pœna; quia pœna eſt acceſſoria conditioni poſitivæ, aut negativæ, videlicet actui, aut omiſſioni, quæ vitari intenditur, & ad quam vitandam ſit votum pœnæ.

1798 Quod eſt verum etiam in voto pœnali duplici, ubi ſcilicet tam pœna, quàm ipſa conditio eſt materia voti: v. gr. *Voveo non ludere, & ſi luſero, voveo jejunium.* Tunc ſi cadat votum de non ludendo per diſpenſationem, aut ob aliam cauſam, cadit votum de jejunando.

Ex quo habens, quòd in voto pœnali conditio voti, quæ vitari intenditur, eſt finis principalis voti pœnæ, & hæc eſt illi acceſſoria.

Si pœna apponatur ſine determinatione quoad vices.

## HÆC SIT REGULA.

1799 SI pœna eſt ex ordinariis, & moderatis, quæ iterari ſolent; intelligitur incurri toties, quoties: Si verò eſt ex graviſſimis, quæ iterari non ſolent, ut eſt peregrinatio, ingreſſus Religionis, &c. tunc in prima tranſgreſſione incurritur pœna, minimè in ſequentibus. Quod eſt verum, ſive votum ſit de ſola pœna, v. gr. in caſu ludi: ut *Voveo jejunium, peregrinationem, ſi luſero.* ſive ſit de ludo vitando ſub pœna: ut *Voveo vitare ludum ſub pœna jejunii, peregrinationis, &c.* Caſtropal. *tom.* 3. *tract.* 15. *diſp.* 1. *pun.* 18. *pag.* 141. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 12. §. 7. Ant. à Spir. *tom.* 1. *tract.* 5. *diſ.* 2. *ſect.* 27. Quia interpretratio tunc eſt facienda ex communi hominum more, & veriſimili intentione voventis; homines enim non ſolent pœnas graviſſimas, & extraordinarias ſibi toties, quoties ſunt in culpa, imponere; benè verò ordinarias, & moderatas.

Tum quia timor ſingularis graviſſimæ extraordinariæ pœnæ, poteſt hominem perpetuò continere, licèt poſt ejus ... nem ceſſet; adeóque poteſt ſub una ... perpetua ludi vitatio promitti.

Ex quibus rationibus, non impro... putant citati Doctores, votum de pœna ſit in caſu ludi, ſive de ludo vitando, ... graviſſimis, ſive ex ordinariis, intellig... vice: Pro hac ſententia adducunt, ... Trullench, & Layman; & exemplum ... jejunandi in vigilia alicujus Sancti, ... ligitur de prima vigilia, niſi aliud ...

## METUS IN VOTIS.

1800 QUi vovet motus timore ... cauſa naturali provenienti, ... tempeſtate, morbo, &c. vovere dicitur ... metum intrinſecè incuſſum. Qui verò ... timore periculi à cauſa libera provenient... gr. à latrone, &c. vovere dicitur ob metum extrinſeco incuſſum.

1801 Vota omnia, etiam ſolemnia, ... ex metu non incuſſo ad finem ea extorquendi, ſunt valida, etiam ſi metus ſit gravis, ... & ab extrinſeco incuſſus; quia tunc ... nemine impellitur, ſed ſponte illud eligit, quam remedium mali imminentis. ... ter eſt validum, quando eligitur tanquam ... ditio oblata ad malum vitandum; imò ... dum, etiam ſi metus gravis ſit juſtè incuſſus ... illud extorquendum; quia tunc ſine injuria ... tum proponitur ſub conditione, non ſub ... ctione; ut nempè voveas, ſi malum, cui ... cauſam dediſti, effugere velis. Si autem ... metu gravi injuſtè incuſſo ad finem illud ... torquendi, eſt invalidum jure Eccleſiaſtico ... naturæ, niſi ſit juramento firmatum; quia D... illud non acceptat, ne det vim injuſtæ ... ni; adeóq; ut non ſervetur, non indiget rela...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione. Exempla habes de metu in matrimonio, n. 1645.

MATERIA,

1802 UT votum ſit validum, debet eſſe poſſibilis, nec mala, vana, inutilis, aut indifferens: ut ſi quia cecidiſti ex equo, voveas ampliùs non equitaturum; quia paſſus es in mari, non ampliùs navigaturum, quia diſplicet Deo ſtulta promiſſio; imò peccatum venialiter, niſi ſit de re mala mortaliter, nec convaleſcit, ſi mutatis circumſtantiis fiat bona, nam ex *reg. juris* 18. *in* 6. *non firmatur tractu temporis, quod initio non ſubſiſtit.*

1803 Si res ſit bona, conjuncta tamen cum alia mala, & tu illam voveas ut bonam, valet votum; ut ſi voveas eleemoſynam, ſi non capiaris in furto, ſi obtineas prolem ex adulterio, quod patras, quia tunc finis voti eſt filius, proles, &c. quæ in ſe ſunt bona, & dona Dei, adulterium verò non eſt finis, aut effectus à voto intentus, ſed concomitanter ſe habet. Quòd ſi res mala ſit finis, aut effectus à voto intentus, utique invalidum eſt votum.

1804 Votum, ſi ei adjungatur finis, aut circumſtantia mala, ſe tenens ex parte materiæ voti, v. gr. ſi voveas eleemoſynam ad obtinendam vanam gloriam, eſt invalidum. Validum eſt, ſi ſe teneat ex parte voventis; ut ſi ex vana gloria voveas eleemoſynam, licet vovendo pecces; quia in primo caſu votum, quod eſt actus Religionis, & cultus Dei, ordinatur tanquam medium ad vanam gloriam, quæ eſt mala, & inde Deo ingrata; in ſecundo caſu, vana gloria ſe habet concomitanter, & ut cauſa impulſiva, non ut finis.

1805 Cauſa impulſiva, ſeu occaſio voti dicitur illa, quæ exiſtit, aut putatur exiſtere, quando fit votum, & hominem ad vovendum excitat: finis verò voti eſt ille, qui à vovente intenditur obtineri, & hic, occaſione deficiente, adhuc perſiſtit.

Sit exemplum de infirmo, qui occaſione deſumptâ ex infirmitate, vovit recitare quolibet Sabbato Roſarium Virginis, vel ob Virginis cultum, qui eſt finis intrinſecus; vel ut ſaluti reſtituatur, & in ea conſervetur, qui eſt finis extrinſecus. Infirmitas eſt cauſa impulſiva; cultus, aut ſalus eſt finis.

1806 Finis intrinſecus eſt ille, qui eſſentialiter eſt actui annexus, ut cultus in oratione, & recitatione Roſarii: Finis extrinſecus eſt ille, qui eſt ſeparabilis ab actu, & ſolùm eſt ejus finis, quatenùs eſt ab operante intentus: Sic eſt ſalus in voto de recitatione Roſarii.

1807 Votum Mulierculartum Panormi fieri ſolitum de commorando toto die Feſto alicujus Sancti in ejus Eccleſia, & non comedendo, niſi quod ab aliis eis ſponte defertur, eſt nullum, uti de materia inepta; quia eſt experientiâ compertum, ut nulla ex his careat cognatis, qui cibos affluenter deferant, & ſic in Eccleſia tanquam in taberna bibunt, & comedunt; quod non cedit in cultum, ſed in maximam Dei, & Sancti irriverentiam. Validum tamen erit votum, ſi poſtquam Sanctum inviſerint, domum repetant, ibiq; uti eis placet, jejunent.

1808 Votum mulierculæ non nendi, ſeu filandi die Sabbati ob Virginis devotionem, non tenet, ſi habeat animum alia opera ſervilia patrandi. Leander *de voto tr.* 2. *diſp.* 4. *q.* 11. *quia non cedit in cultum ab eo abſtinere, cum liberum ſit ei aliis operibus ſervilibus mentem magis à divinis avocantibus vacare.*

1809 Votum agitandi tauros, aut prophanas comicorum repræſentationes in honorem

alicujus Sancti exhibendi, non tenet. Mendo *n.* 63. quia minimè Sanctorum cultum, ſed immodeſtias, & indecora retinet.

1810 Votum omiſſionis rei bonæ tenet, ſi omiſſio diſponat ad majus bonum, ut votum non nubendi. At non tenet, ſi omiſſio ſit operis præcepti, aut conſilii; quia eſſet rei malæ, aut indifferentis: ait Mendo *n. 66.*

1811 Quis poſt votum non fornicandi, videns ſe, in quadam occaſione mulieris, tentationibus agitatum, ut tunc liberaretur à fræno voti quoad fornicandum, illud ipſemet commutavit in melius, videlicet in votum Religionis. An validè?

Reſpondeo: Invalidè. Mendo *ver. Votum n.* 79. cum Sanchez, & Suario; quia in his circumſtantiis commutatio non eſt in melius; nam primum votum habet pro fine vitare, & non patrare peccatum, quod eſt bonum melius, quàm fieri Religioſum. Imò talis commutatio in votum Religionis opponitur illi fini, & commutans intendit tollere tunc frænum peccati, qui eſt finis malus, qui vitiat naturam voti Religionis, ex ſe meliorem; unde in illis circumſtantiis invalidum eſt votum Religionis, & obligat primum votum.

1812 Quidam ſartor vovit ſe ſervaturum caſtitatem, in ſua tamen patria, & arte; poſtea venit in notitiam, ibi conditam eſſe legem Principis, ut nullus artem ibi exerceat cœlebs, niſi alicui Magiſtro famulando: An poſſit nubere.

Poſſe, ait Gobat, *tom.* 5. *de voto num.* 10. quia conditio, dependenter à qua vovit, eſt reddita impoſſibilis; promiſſio namque dependens ab alieno arbitrio, cenſetur de re impoſſibili, quando alter conſentire non vult: ità ille.

1813 Votum Religionis non obligat, quoties, ex aliqua cauſa profeſſio emitti non poteſt ſinè peccato; quia votum non eſt ... lum iniquitatis.

1814 Votum de non aſſumendo Sac... tium, ex humilitate emiſſum, eſt vali... Gobat. *tom.* 3. *de voto num.* 425.

1815 Votum de bono impeditivo ... ris boni eſt invalidum, & veniale: eſſe ... ditivum majori bonis, non eſt eſſe ... tivum boni majoris cujuſcumque, ... abſolutè conſiderati; ſic enim nulla ... valerent, cum ſemper ſit invenire ... num, quàm ſit ipſum votum factum; ... *eſſe impeditivum majoris boni, quod ... habeat tunc, quando vovet.* Hinc validum ... votum Religionis laxioris à ſæculari ... invalidum verò eſt, ſi fiat à Religioſo ... onis obſervantis.

1816 Si quod eſt per ſe minùs bonum ... per accidens majus bonum, tenet votum ... de, licèt regulariter votum de nubendo ... teneat, quia eſt impeditivum cœlibatus ... per ſe eſt majus bonum; tenet tamen ... videas pronum ad lapſum, & continentiam ... tibi moraliter impoſſibilem; quia ... Paulus) *Meliùs eſt nubere, quàm uri.* ... vales ſinè gravi periculo, aut infamia ... quere ſponſam, vel liberos ex ea concep... 3. ſi inde ſperetur magnum bonum ... blicæ, putà pacis, &c. Tamb. *de voto* ... §. 3. *num.* 4.

1817 Votum abſtinendi ab hoc ope... vili, non furandi à Petro, non fornicandi ... tali muliere, eſt validum. Ant. à Spir. S... 5. *tr.* 5. *diſp.* 2. *ſect.* 9. *n.* 249. cum Sanch. ... tra Tancr. quia abſtinentia ab his actibus ... cèt ſit circa rem individuam, eſt præcepta ... adeóque bona.

1818 Idem dico de voto, amore ... nentiæ emiſſo, non fornicandi, niſi cum ... muliere; quia hoc eſt votum non fornicandi ... cum aliis: Et particula excluſiva, *niſi*, ...

cidi votum fornicandi cum tali, quod eſſet malum, ſed ſolùm facit, quod votum non ſe extendat ad talem individuam mulierem, quod non importat malitiam, cum votum ſit liberum, & dependeat ex inſtitutione voventis.

Dixi, *amore continentiæ emiſſo*; quia ſi emittatur amore mulieris, quam à voto excludit, votum eſt invalidum, & peccaminoſum, uti ſeremala, quatenus eſſet emiſſum ad magis fovendum amorem, ſeu concubinatum cum muliere illa.

## OBLIGATIO VOTI

1819 PEndet ex quantitate materiæ, & qualitate intentionis: in materia gravi, v. gr. in recitando Officium Virginis, potes te obligare leviter, ſicut per multos poteſt Confeſſarius imponere pœnitentiam gravem pro peccatis gravibus, obligando pœnitentem ſub veniali. Ità à fortiori vovens; quia ſicut ex ejus libertate fuit obligatio quoad ſubſtantiam; ità & quoad modum. Poteſt igitur in materia gravi ſe obligare leviter, ſi id expreſſè intendat, alioquin cenſetur ſe obligare graviter; quia præſumptio ſit ex regulariter contingentibus: *v. n.* 1852.

1820 In materia levi non poteſt cadere obligatio ſub mortali, nec ratione voti, nec ratione præcepti; quia ejus impoſitio eſt irrationabilis; nam materia levis eſt incapax obligationis gravis Diana *par.* 5. *tract.* 5. *reſol* 50.

1821 Poteſt tamen materia in ſe parva eſſe gravis ratione alicujus circumſtantiæ, aut finis magni, & ſic eſſe capax obligationis gravis: unde ſi voveas recitare quolibet die *Ave Maria*, in Virginis devotionem, eſt materia parva, & omittendo, nonniſi venialiter peccas; quia ejus omiſſio eſt modicus devotionis defectus, ſicut omiſſio unius Pſalmi in Officio, quod pariter in laudem Dei reci atur. At ſi voveas illam orationem pro gravi tentatione ſedanda, pro qua eam es expertus in medicinam; tunc potes ad eam te graviter obligare, quia eſt materia gravis, ità ut urgente gravi tentatione, & periculo cadendi mortaliter pecces, ſi omittas: *v. n.* 1851. & *tom.* 2. *num.* 12.

1822 Votum ex errore emiſſum, non obligat, ſi error fuerit circa ſubſtantiam, aut conditionem ſubſtantialem rei promiſſæ, vel circa finem, ſeu motivum vovendi. Hinc qui vovit dare calicem, quem putabat argenteum, non tenetur dare, ſi comperiat eſſe aureum: & votum celebrandi Miſſam pro ſalute infirmi non obligat, ſi ſit mortuus, aut ſanus: *vide num.* 1789.

1823 Votum negativum, v. gr. non bibendi vinum die Veneris, obligat ad tot peccata, quot vicibus frangitur: non ſic votum poſitivum, v. gr. jejunandi die Veneris; unde toties peccas, quoties eo die vinum bibis; non tamen quoties comedis: uti de præcepto affirmativo, & negativo, cui votum æquivalet, diſcurrimus.

1824 Unde ſi voviſti jejunare in pane, & aqua, ſolùm peccas prima vice bibendo vinum

1825 At ſi voviſti hac die jejunare, ſi comediſti carnes, ſolùm te peccaſſe prima vice, tenet Ant. à Spir. S. *tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 2. *ſect.* 25. *n.* 362. cum Tamb. & pluribus.

Peccare verò toties, quoties carnes comedis, dico cum Caſtropal, & Suarez; diſparitas eſt; quia primum votum non eſt negativum de abſtinentia à vino, ſed affirmativum de jejunio ſub modificatione panis, & aquæ, quale jejunium per primum vini potum ſit impoſſibile: ſecundùm eſt de jejunio abſolutè; & quia jejunium includit pro altera parte eſſentiali præceptum negativum de abſtinentia, quod per primam tranſgreſſionem non ſit impoſſibile, ideo peccas quoties bibis.

Imò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imò in mea ſententia, quòd diſpenſatus ad carnes, ex quo cibi quadrageſimales nocent, non ſit diſpenſatus ab unica comeſtione; iſte, qui peccavit prima vice comedendo carnes, tenetur ſervare ſub mortali formam jejunii quoad unicam comeſtionem; quia jejunium non importat unicam comeſtionem, ut acceſſoriam, ſed æquè primò unicam comeſtionem, & abſtinentiam à carnibus.

1826 Alieno voto nemo obligatur, niſi ratificaverit; unde parentes, qui filium Religioni voverunt, tenentur ſolùm illum verè, & non fictè perſuadere.

1827 Vota realia impleri debent de proprio. Si non habes, non teneris mendicare. Si verò alius, ſive rogatus, ſive ſpontè, velit ſolvere, quamvìs tu poſſis ex tuo, valet. Vota tamen perſonalia non adimplentur, niſi per voventem; unde ſi non potes, non teneris per alium; res námque, non actio alterius poteſt fieri tua.

1828 Votum mixtum, ex parte, qua eſt perſonale, non poteſt per alium adimpleri; bene verò ex parte, qua eſt reale.

1829 Qui non poteſt quoad partem perſonalem, aut quoad realem adimplere, non tenetur commutationem facere in aliud, quod poteſt. Imò, ſi ambæ partes non ſint æquè intentæ, ſed una acceſſoria, quia non poteſt principalem, non tenetur ad acceſſoriam: *v. à num.* 1834.

1830 Votum nunquam peccandi mortaliter, tenet; quia eſt de re moraliter poſſibili: ſed non eſt conſulendum ob facilis violationis periculum.

1831 Votum nunquam peccandi venialiter, eſt invalidum, quia eſt de re moraliter impoſſibili: aliqui volunt, quod obliget ad vitanda mortalia, & venialia graviora. Votum de certo veniali, v. g. nunquam mentiendi, tenet. Non ſic votum vitandi omne verbum otioſum, aut omnem diſtractionem in [...] tione, quia ſpectatâ hominum imbecil[...] eſt moraliter impoſſibile.

1832 Si concurrant duo vota incom[...] bilia, impleri debet, quod eſt melius: [...] æqualia, quod eſt prius: ſi non recorda[...] bera eſt electio. Ratio primi, quia vo[...] de meliori bono. Ratio ſecundi, qu[...] tempore, eſt potior in jure: ſit exem[...] Petrus vovit jejunare in pane, & aqu[...] bet ſextâ feriâ, item vovit in vigilia D.[...] ſaliæ accedere ad montem ad inv[...] Sanctam, hoc autem anno vigilia D.[...] contingit feria 6. & hæc duo ſunt [...] poſſibilia: in hoc caſu adimplere debe[...] jejunii, quia eſt de meliori bono; [...] lius animæ, utpotè magis maceratı[...] poris; hinc ad redimenda peccat[...] Scriptura conſulit jejunium, & eleemo[...] Tum quia iter ſex, aut octo milliar[...] excuſat à jejunio.

1833 Si materia, quæ ab initio fuit [...] bilis, & apta, evadat impoſſibilis, [...] in perpetuum, extinguitur votum; ſi [...] pus, ſuſpenditur pro illo tempore. S[...] impoſſibilis quoad partem, tunc ſi no[...] commodè dividi, ut eſt ædificatio Te[...] non teneris ad partem; ſi poteſt commo[...] vidi, teneris ad partem, quam potes; [...] non poteſt jejunare totum novenari[...] voviſti, potes aliquibus diebus, tener[...] los: *v. n.* 454. *& an.* 1841.

1834 Si materia poteſt dividi, ſed u[...] ſit principalis, alia acceſſoria, ceſſante [...] tione principalis, ceſſat obligatio acce[...] quia ex reg. juris Canon. *Acceſſorium n[...] ſequi congruit principalis*; hinc ſi voviſti pe[...] grinationem Romam in cilicio, & ibi al[...] offerre; ſi peregrinatio evadat impoſſib[...] non teneris ferre cilicium, nec oblat[...] mittere; non enim ſunt intenta per ſe [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſam, ſed dependenter à principali, ut ejusmodi: v. num. 1829.

1835 Votum disjunctivum, cujus una pars Ad materia apta, altera inepta, ut votum de recitando Roſarium, aut de danda eleemoſyna de furto, eſt invalidum; quia in voto disjunctivo obligatio cadit æquè primò ſupra utramque materiam, cum libertate eligendi quam libet; adeóq; cum altera ſit inepta, nullum eſt votum.

1836 Si voviſti dare Eccleſiæ bovem, aut equum; ad nil teneris, ſi tempore voti, aut modo equus perierit; quia tempore voti altera pars erat impoſſibilis. Si verò perierit post votum emiſſum, teneris ad ſuperſtitem quia cum obligatio cadat ſupra utramque partem, & votum in principio fuerit validum, teneris ad alteram. Potes tamen damnum partis, quæ periit, ſi non ſit facta electio, quia libera eſt tibi electio. Si autem interierit abſque tua culpa poſt factam electionem ejus, non teneris dare rem ſuperſtitem, nec pretium rei deſtructæ; quia facta electione, tenebaris ſolum ad rem electam, & cum illa perierit ſine tua culpa, ad nil teneris; quia res eſt facta impoſſibilis.

1837 Similiter, ſi poſt votum disjunctivum Religionis, aut caſtitatis, ingreſſus es Religionem, & ab ea ejectus fuiſti, non teneberis ad caſtitatem; quia altera pars eſt reddita impoſſibilis poſt ejus electionem. Gobat. *de voto tom. 3. num.* 79.

1838 Eâdem ratione hæres tenetur ſatisfacere votum reale defuncti, qui votum disjunctivum emiſerat, cujus una pars erat perſonalis, & altera realis, ſi ille, dum vivebat, partem perſonalem non elegerat. Ant. à Spir. Sanct. tr. 5. *diſp. 2. ſect.* 11. Caſtropal. *diſ. 1. de voto pun.* 12. *num.* 28.

1839 Obligatio voti realis tranſit ad hæredes, ſi illi bona hæreditatis receperint. Inſuper (ſalva legitima hæredis, quæ non poteſt à teſtatore gravari debito voluntario, quale eſt votum, aut legatum pium) nec hæres tenetur illud ſolvere, niſi juxta ſufficientiam hæreditatis: *v. num.* 2053.

1840 Item Monaſterium, ſi conſtituatur hæres voventis, ob ejus mortem, tenetur illius vota realia adimplere; minimè ſi conſtituatur hæres ob profeſſionem Religioſam ab eo emiſſam; quia per profeſſionem Religioſam extinguuntur omnia vota, tam perſonalia, quàm realia: Vota autem tempore hæreditatis extincta non tenetur ſolvere hæres. Si autem vota fuerint à tertio acceptata, probabilius eſt, quòd teneatur Monaſterium ſolvere. Com. contra Caſtropal. *de voto diſp.* 1. *punct.* 16. *num.* 7.

1841 Si voviſti aliquid faciendum determinato tempore; tunc ſi votum fuit factum cum intuitu ad tempus; ut ſi voviſti jejunare feriis ſextis, audire ſacrum Sabbatis; eo tranſacto cum, aut ſine culpa, ceſſat obligatio; quia eſt præfixus terminus. Nec prævenire teneris, ſi impedimentum prævidiſti; quia ad id te non obligaſti; nec ſolet eſſe hæc intentio voventis.

1842 Si votum non fuit factum cum intuitu ad tempus, ſed tempus deſignatum fuit ut terminus; ut ſi voviſti Religionem ingredi inter annum; tunc obligatio non ceſſat; quia tunc non eſt determinatum tempus ad finiendam obligationem, ſed ad præſcribendum terminum, ultrà quem non differatur; unde etiam poſt illud debes implere. Mendo *in epit. ver. votum num.* 60.

1843 In dilatione datur parvitas materiæ, Imò publica neceſſitas, aut utilitas permittit dilationem in voto, quantumvis gravi, aut reſervato. Gobat. *tom. 3. de voto n.* 87.

1844 Item ſatisfacis, anticipando ſi votum non fuit emiſſum intuitu, ſeu ex devotione

tione talis præfixi temporis, v. gr. feriæ ſextæ.

1845 Si non determinâſti tempus, teneris implere, cum primùm commodè potes.

1846 Ly, *Cum primum*, intelligitur non phyſicè, ſed moraliter, hoc eſt datâ temporis opportunitate, & occaſione, juxta prudentis arbitrium.

Quantum ad peccatum mortale. Caj. Nav. & alii apud Ant. à Spir. S. *tom. 1. tr. 5. diſp. 2. ſect. 18. num.* 320. abſolutè tenent executionem talium votorum, quibus non eſt tempus præfixum, poſſe differri, quamdiù vovens voluerit, dummodò non ſit periculum oblivionis, vel non adimpletionis. Caſtrop. docet, dilationem ſex menſium poſt datam opportunitatem, eſſe notabilem, & inde mortalem, Ledeſma in voto Religionis, dilationem duorum, vel trium annorum putat non eſſe mortalem, ſi non ſit periculum oblivionis, aut non impletionis.

Sed rectiùs Tamb. *lib. 3. c. 12. §. 3. nu.* 10. docet, in voto Religionis eſſe conſiderandam ætatem; nam ſi vovens ſit ſedecim annorum, utique dilatio trium annorum non erit notabilis; ſecus ſi quadraginta annorum *v. num.* 1852.

1847 Si determinâſti tempus, v. gr. dandi eleemoſynam mêſe Auguſti cum intuitu temporis, ſi ante illud tempus prævideas impedimentum, non teneris prævenire; quia obligatio eſt affixa tempori. At ſi incepto tempore illo, v. g. menſe Auguſti, prævides impedimentum pro fine menſis, teneris prævenire; quia jam es intra tempus obligationis; ſicut die feſto, qui prævidet impedimentum auditionis ſacri, tenetur mane prævenire.

1848 Si voviſti rem determinatam, v. gr. hunc calicem; ſi pereat, non teneris ad alium; quia fuit præfixa individua materia. Si vendidiſti, teneris ad pretium; quia eadem materia virtualiter manet.

1849 Si non determinaſti quantitat[em, ſa]tisfacis, dando quantum velis, d[um] non ſit tam parum, ut videaris irri[den]tum; quia nemo præſumitur ſe obliga[re] ad id, quod eſt decens, & commodè p[otes].

1850 Si pluries votum de eadem re [vo]ves ſi frangas, unum peccatum com[mittis]; quia non eſt votum diſtinctum, ſed con[firma]tio voti: *v. num.* 1984.

1851 In votis conſtituentibus ſtatum [Re]ligioſum, & in votis, ſeu præcepti[s an]nexis Ordini Sacro non potes te; obliga[re], ſed tibi liberum eſt, eum ſtatum e[ligere], quo electo, ſub gravi ad illa teneris, q[ua]litas obligationis ibi eſt ab Eccleſi[a præ]ſcripta.

1852 Votum licèt habeat rationem [præ]cepti humani, in quantum eſt onus li[berè im]poſitum ab homine; obligatio tamen adimplendi eſt de jure naturali, & [divino]. Fagnan. *in lib. 3. pag. 476. de jur. nat.* nam ratio naturalis dictat, fidem pro[miſſam] hominibus eſſe ſervandam; ita potiori [jure] Deo illius ſupremo Domino. Item *de jure divino*: Deuter. 23. *Cum voveris Domino [Deo] tuo, ne tardabis reddere; quia requiret [illud] Dominus tuus, & ſi moratus fueris, [repu]tabitur tibi peccatum.* Pſal. 75. *Vovete, & red*dite Domino Deo veſtro* Et Eccleſ. 5. *Si [quid] voviſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet [enim] Deo infidelis, & ſtulta promiſſio; ſed quodcun*que voveris, redde. Multòque melius eſt non vovere, quàm poſt votum promiſſa non red*dere.*

1853 Ut votum valeat, requiritur [materia] ſufficiens ad mortale, nempe uſus rationis, exceptis votis ſolemnibus Religionis, q[uæ] ſunt invalida ante annum 16. expletum, [ex] præſcripto Trid. *ſeſſ. 25. c. 15.* tam pro [viris], quàm pro mulieribus.

1854 Vota impuberum, & Religioſorum facta non requiſito conſenſu poſitivo pa[rentum]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut Prælati, ſunt valida, ſi non ſint præjudicialia patri, aut Prælato, vel Religioni; ſecùs ſi ſint præjudicialia.

1855 Caſtitas eſt virtus prohibens omnem delectationem voluntariam veneream, tam internam, quàm externam; ita & voto caſtitatis, imò voto caſtitatis ligatus, etiam ſi ſine ſua delectatione alium ad pollutionem ſuis tactibus impellat, aut ſolum impudicè tangat, tenetur circumſtantiam ſui voti explicare; quia contra ſuam caſtitatem peccat; nam caſtitas omnem actum venereum, & luxuriæ prohibet.

1856 Voto ingrediendi Religionem non ſatisfacis, ſi ingrediaris animo egrediendi; quia eſt colluſio. Benè verò, ſi vero animo permanendi ingrediaris, poſteà, tamen ante profeſſionem egrediaris; quia tibi Religio non placet. Si voviſti ingreſſum, & profeſſionem, probabile eſt, cum Diana *par. 2. tra. 17. reſol. 18.* Caſtrop. *tom. 3. tr. 16. diſ. 1. pu. 4. n. 7.* & *aliis*, te poſſe licitè egredi, ſi expertus Religionem propter aſperitates non eſſe tibi accommodam; quia tale votum intelligi debet juxta formam juris communis. Trident. *ſeſſ. c. 15.* quod annum probationis ſub nullitate profeſſionis requirit pro experimento, ut ſi Religio non placeat, ſit liberum egredi, quæ conditio eſt virtualiter incluſa in voto, ita ut *cap. 16.* Trid. ſuſpendat omnes renunciationes intra dictum tempus factas.

1857 De voto caſtitatis, & Religionis quoad actum conjugale: vide in matrimonio.

1858 Qui vovit Religionem, non tenetur omnes adire, ſi ab una, aut altera reſpuatur ſed aliquot, putà tres, aut quatuor. Tancr. *de juram. pag. 591. num. 19.* Buſem. Et tunc ſi reſpuatur, eſt liber à voto; quia implicitè conditionem includit *Si Abbas recipere voluerit.* Idem dico, ſi unam ingreſſus, ejiciatur.

1859 Qui vovit ingreſſum in determinatam Religionem, ſi ab illa non admittatur, non tenetur ad aliam.

1860 Qui poſt Religionis votũ cognoſcit ſe impedimentum habere, ob quod non ſit admittendus, vel admiſſus ſit expellendus, non ligatur voto.

1861 Non emiſit votum Religionis, nec tenetur eam ingredi. 1. Qui emiſit votum volendi Religionis ingreſſum, ſed ſatisfaciet eliciendo ſemel actum bonæ voluntatis. 2. Nec qui emiſit votum nolendi in ſeculo vivere, ſed ei ſatisfaciet negativè ſe habendo, non eliciendo ſcilicet actum volendi in ſæculo vivere, nec contrarium; unde ambo poſſunt matrimonium contrahere.

1862 Qui verò vovet ſe moriturum in Religione, ſeu extra Monaſterium non moriturum, votum ingrediendi Religionem, & in ea perſeverandi promittit; quia non poteſt quis in Religione mori, niſi eam ingrediatur & in ea perſeveret. Ita Leander *de voto tr. 1. diſp. 21. q. 6. 7. & 8.*

1863 Qui fecit votum promittendi aut vovendi caſtitatem, non fecit votum caſtitatis; unde poteſt commutari, aut diſpenſari.

1864 Qui fecit votum peregrinationis Romam nudis pedibus, ſi non poſſit nudis pedibus implere, tenetur accedere modo, quo poteſt; quia non pendet ab eo modo, ſubſtantia voti; & qui non poteſt acceſſorium, tenetur ad principale; qui verò non poteſt principale, non tenetur ad acceſſorium. Hinc, qui vovit ire pedeſter: tenetur ire equeſter, niſi eam circumſtantiam ut principalem voviſſet, putà ob ſubeundum eum laborem, vel ob vitandas expenſas equi. Mendo *num. 63.*

RELIGIOSUS CREATUS EPISCOPUS,

1865 AUt Cardinalis, quoad habitum tenetur uti colore ſui ordinis, licet

cèt uti poſſit figura Epiſcopali. Eſt autem à die confirmationis factæ à Pontifice liber ab aliis votis præter tria eſſentialia, & à præceptis Regulæ, ità ut non teneatur ampliùs ad jejunia, uſu laneorum, & reliquis obſervationibus præſcriptis in Regula. Port. *ver. Epiſc. nu.* 13. Rodr. *ver. Epiſc. c.* 68. Thomas Delbene *de Inquiſit. par. 2. dub.* 2; 6. *ſect.* 67. Buſemb.

Probo ex *c. Statutum* 18. *q.* 1. per illa verba: *Statutum eſt, ut Monachus, quem electio canonica à jugo Regulæ, & Profeſſionis Monachalis abſolvit, & Sacra Ordinatio de Monacho Epiſcopum fecit, velut legitimus hæres, paternam ſibi hæreditatẽ poſteà jure vendicandi poteſtatem habeat.* Idq; ratione dignitatis Epiſcopalis.

1866 Idem dicunt de Epiſcopis titularibus, & addunt, quòd ſi Epiſcopus Epiſcopatum reſignet, aut ob culpam deponatur, dummodò non degradetur, non tenetur ad regularem obſervantiam redire; quia retinet eminentiam Epiſcopalem. Secùs de Religioſo Cardinali, qui ſi non eſt Epiſcopus, & rénunciet, tenetur ad Regularem obſervantiam, & obedientiam redire.

1867 Non eſt autem liber à tribus votis eſſentialibus; quia non deſinit eſſe Religioſus, ſed ſolùm eſt exemptus quoad aliquos effectus paupertatis, & obedientiæ, juxtà decentiam ſtatûs. At non diſpenſatur obedientia, ſed mutatur in obedientiam Papæ; nec paupertas; quia non acquirit dominium bonorum Eccleſiæ, ſed adminiſtrationem, liberam tamen quoad ſuam ſuſtentationem, & cauſas pias: *Eſt enim* (ait D. Bonav. *in 4. ſent. diſt.* 38. §. *Ad illud n.* 47.) *divitiarum non dominus, ſed diſpenſator, &c. ſimiliter in voto obedientiæ non eſt diſpenſatum; quia omnem obedientiam, quam debebat priùs ſuo Superiori, debet Papæ.*

## RELIGIOSUS MINIMUS

1868 CReatus Epiſcopus, tenetur a…
tam quadrageſimalem. Pey…
3. *priv. c.* 14. *n.* 3. Montoya, Ledes, & Vi…
contra Pelliz. Fagun, Diana. *par.* 3. *tr.* …
50. Bord. *reſ.* 115. *n.* 29. quia eſt votum …
eſſentiale compoſſibile; patet ex verbis …
feſſionis: *Voveo ſtare, & perdurare* …
*pore vitæ meæ ſub vita & Regula Fratrum* …
*dinis Minimorum; perſeveranter* …
*votis paupertatis, caſtitatis, ac obedientiæ* …
*quadrageſimalis vitæ.* Hinc Peyr. …
ſupremam Inquiſit. Hyſp. prohibuiſſe …
libeta Lacerdæ, donec corrigantur, …
tum dixit, votum vitæ quadrageſimalis …
eſſe eſſentiale in Ordine Minimorum. …
mus igitur eodem modo diſcurrere de …
quarto voto pro Minimis aſſumptis, quo …
rimus de aliis tribus pro aliis Religioſis.

1869 Tum quia [ut refer Peyr. …
tres Summi Pont. Paulus V. Gregor. XV …
Urb. VIII. cum tribus Minimis aſſum…
hoc voto diſpenſavêre. Et præſertim …
VII. in examine Patris Franciſci C…
lani pro Epiſcopatu Caprulienſi, cum …
gavit, an factus Epiſcopus teneretur ad …
vitæ quadrageſimalis? & cùm dixiſſet, …
neri, reſpondit Papa: *Erràſti, teneris* …
& parum defuit, ut excluderetur; noluit …
cum eo diſpenſaſe. Idem eſt dicendum de …
ctis.

## RELIGIOSI PERPETUO EJECTI

1870 AUt damnati ad triremes, tenentur …
omnino ad caſtitatem. E…
verò vota paupertatis, & obedientiæ …
ſunt extincta quoad ſubſtantiam, ſed …
penſa quoad executionem, & actum …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... ratione ſtatus, cui eorum executio non competitur; unde non tenentur obdire Superiori regulari, niſi quoad regreſſum, ſi arceantur, ut redeant; minimè quoad alia, quia extra Religionem carent Superiore regulari, & per ejectionem fuerunt conſtituti extra ejus ſubjectionem.

1871 Ejecti bonorum, quæ obtinent, ſolum habent uſum, & adminiſtrationem, non dominium, quod acquirunt, non Monaſterio, cujus non ſunt membra, ſed Eccleſiæ, in qua habent beneficium; vel Epiſcopo loci, ſi id non habent, & non ſunt exempti. Si autem beneficium non habent, & ſunt exempti, acquirunt Papæ.

1872 Ejectos, & damnatos ad triremes teneri ad præcepta regulæ, docent cit. DD. quod etiam Pelliz. & Bord. extendunt ad recitationem Divini Officii, quatenus hoc eſt unum de obſervantiis, & præceptis regularibus, & quatenùs conſuetudo recitandi eſt introducta extra Religionem. Sed eos ad divinum Officium teneri, docent Rodr. Bonac. Gav. Nav. Suarez, & alii: *v. n.* 427.

1873 Item, dicunt, ejectos non teneri ad alia vota præter eſſentialia, excepto voto de non procurandis, aut acceptandis dignitatibus extra Religionem, quod ſemper durat, ex Decr. Urb. VIII. die 21. Maii 1653. Suarez autem, & Bonac. volunt, teneri etiam ad alia vota ſpecialia.

1874 Ejectus per ſententiam, ſi ante ingreſſum habebat votum ſimplex Religionis, poſt ejectionem non tenetur ingredi alium ordinem ex vi prioris voti; quia fuit extinctum per profeſſionem ſolemnem, Port.

ÆRE ALIENO GRAVATUS,

1875 QUi priùs Religionem vovit, tenetur ingreſſum differre, ſi brevi tempore ſolvere poſſit; ſecùs ſi non poſſit, niſi intra longum tempus, & cum periculo damnationis. Potens ſolvere, ſi ingrediatur, & profiteatur, profeſſio eſt illicita, quia contra juſtitiam creditorum, ſed valida; & tunc nec Monaſterium tenetur ſolvere, nec ipſe tenetur laborare, aut egredi ad ſolvendum. Gobat. cùm aliis tom. 3. de voto num. 29. & ſeqq. quia profeſſio Religioſa extinguit omne debitum civile. Inſuper eſt æquivalens ceſſio bonorum: *vide àn.* 1115. *ad* 1123.

## QUÆRES.

1876 *Laicus quidam Ordinis Minorum fuit pro Novitio admiſſus ante annum* 18. *& profeſſionem emiſit anno ſequenti contra conſtitutiones Religionis, & Summorum Pontificum Clem. VIII. & Innoc. X. præcipientes, ut nullus pro laico approbetur, qui* 20. *ætatis ſuæ annum non expleverit, & conſequenter, quòd non profiteatur, niſi poſt* 21. *Et quia id fuit ſcienter factum tam à Novitio, quàm à Superiore; ideo quæritur, An ſua profeſſio ſit nulla, & inde liber à votis?*

1877 NAvar. & Caſtrill. apud Peyr. *de Præl. q.* 3. *c.* 2. § 6. *n.* 160. tenent, talem profeſſionem eſſe nullã, & ad nil obligare. Quia quando datur alicui poteſtas ad aliquid faciendum, & ſimul præſcribitur forma, formâ non ſervatâ, actus eſt irritus.

1878 Reſp. tamen laicum, qui poſt 16. ſuæ ætatis annum expletum, licèt ante 21. profeſſionem emiſit, eſſe validè profeſſum, & teneri ad vota, non obſtante ſcientiâ defectûs, & conſtitutionum. Bord, *reſ.* 121. *num.* 14. Pelliz. *tract.* 3. *c.* 1. *n.* 37. Rodr. Port. & alii cum Peyr. quia allatæ conſtitutiones ſolùm prohibent, non irritant profeſſionem anteà factam; nulla enim eſt appoſita clauſula irritans, ſicut apponit expreſsè Trident. contra profeſſos ante 16. ætatis annum completum;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac proinde ejus profeſſio tenet, juxta illud ex cap. *Ad Apoſtolicam de Regul. multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.* Tum quia Pontifices cit. expreſsè id prohibent non in ordine ad validitatem profeſſionis, ſed in ordine ad habilitatem ad labores, ad quos pro Monaſteriorum ſervitio laici ſunt deſtinati.

Idem eſt etiam proportionabiliter pro aliis Religionibus dicendum; quoniam extat Declaratio S.C.Concilii 2. Novembris 1582. quam refert Peyr. *de Rel. Prel. q. 3. cap. 1. §. 6. n.* 160. Superior verò, qui ſcienter admiſit, incurrit in pœnas contra malè recipientes per cit. Pontifices fulminatas.

1879 Ad rationem in oppoſitum. Reſp. formam illam, quòd requiratur annus 20. non eſſe ſubſtantialem, ſed accidentalem; ac proinde, ejus defectus non invalidat actum; in rebus namque moralibus forma illa dicitur ſubſtantialis, ſinè qua actus valere non poteſt, in cujus præſcriptione ponitur decretum irritans expreſsè, v.gr. *irritum decernentes quidquid contra, &c.* vel ſaltim implicitè, v.gr. *aliter fieri non poſſit*: ut *in n.* 157. Bord. *reſ.* 138. *n.* 5. forma verò illa dicitur accidentalis, quæ caret allatis clauſulis; & cum hoc ſecundùm pateat in præmiſſis verbis conſtitutionum, ſequitur, quòd talis forma non ſit ſubſtantialis, ſed accidentalis; & propterea ejus defectus non invalidat actum.

1880 Hac ratione S. Congr. Conc. cit. pro quibuſdam juvenibus ante annum 18. profeſſis in Ord. Minim. ubi præſcribitur, quòd *recipiantur, dummodo ad minus* 18. *annum attingant*; ſancivit, eorum profeſſionem eſſe validam, his verbis: S. Congr. Conc. *cenſuit profeſſionem illorum eſſe validam, &c.*

INTERPRETATIO VOTI

1881 Est ſtrictè facienda, ut minùs obliget, ex *cap. Ex partibus, de fontibus.* Quia votum eſt onus, quod hom contra libertatem imponit; unde habet legis poſitivæ humanæ: *v. n.* 1851.

1882 Pro tollenda autem æquivoca particulæ, *ſtrictè, & benignè*, habeas, qu terpretatio voti fieri debeat ſtricta vo nigna voventi; quia ſtrictio eſt ad fa voventis, & ut minùs eum obliget; a vota ſunt intelligenda ſecundùm pro tem verborum, communem uſum lo patriæ, hominum acceptationem, & diſpoſitiones.

1883 Qui vovit quotidie quid dare peri, ſi hodie non dat, tenetur illud da quia hæc fuit intentio rationabiliter trativa voventis.

1884 Qui vovit ſingulis menſibus municare, non peccat, ſi per duos, aut differat; quia parùm pro nihilo reputa hæc intentio præſumitur in emiſſione

1885 Si fuiſti in mora, ſive inculpa ſive culpabiliter, & inde accidit difficu tabiliter ex parte materiæ pro execu non teneris, aut ſaltem ſuſpenditur vo quia intentio voventis non præſumi de te obligando in eventu talis diffic Gobat. *tom. 3. de voto num.* 246.

1886 Qui Panormi exiſtens vovit viſitaturum B. Virginem Drepani, non facit, ſi uno acceſſu Drepanum, ibi bis ter, ſed tenetur ad duos acceſſus; quia ex muni acceptione per duas viſitationes liguntur duo itineres, ſeu duæ peregri nes. Gobat. *cit. num.* 241.

1887 Panormi incola, qui ſimul, ceſſivè vovit peregrinari Romam, & B. ginem Laureti, ſatisfacit, ſi accedat Rom & inde Lauretum; quia hæc eſt intentio ta voventis. Gobat. *cit. num.* 256.

1888 Votum abſtinendi ab ovis, non o gat ad abſtinentiam lacticiniorum, nec vero

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible], niſi expreſsè comprehendas; quia ova, & laſcinia diſtinguuntur. Votum audiendi Miſſam quotidie ſatisfit, ſi die feſto audias tantùm unam, ſicut cæteris diebus; quia tua intentio interpretatur, ut nulla dies tranſeat ſine Miſſa. Votum de recitando Roſarium impletur per tertiam partem; quia hæc nomine Roſarii ſolet accipi.

1889 Votum jejunandi in pane, & aqua obligat ſub mortali ad abſtinentiam vini, & aliorum ciborum, niſi excuſet parvitas materiæ. At ſi ſemel illud fregiſti bibendo vinum, aut comedendo alium cibum, non teneris jejunare juxta formam Eccleſiæ; quia jejunium in pane, & aqua promiſiſti, quod per primam [illegible]potationem, &c. eſt tibi factum impoſſibile. Nec impletur per panem coctum cum [illegible] quantitate olei, nec per macherones [illegible] cum ſola aqua; quia in 1. cauſa, licèt [illegible] olei ſit parva, non eſt panis, & aqua; [illegible] licèt ſit ſimilis farina, in uſu hominum non eſt panis; impletur tamen, ſi panem coquas cum ſola aqua, ſicuti ſi panem aſſes.

1890 Qui emiſit votum virginitatis, integritate carnis voluntariè deperdita, adhuc tenetur ad votum; quia virginitas, ex Scoto *in 4. diſt. 26. litt. C. eſt virtutis inclinans ad ſervandam puritatem mentis, & corporis.* Hinc virginitas non diſtinguitur à caſtitate perpetua quoad abſolutum, nempe prout importat propoſitum continendi perpetuò; ſed ſolùm quoad connotatum, nempè prout connotat integritatem carnis, & carentiam actûs venerei; adeóq; integritate carnis ſemel deperdita, virginitas, licèt non poſſit obligare quoad connotatū, poteſt obligare quoad abſolutum. Scotus *in 4. diſtin. 31. quæſt. unic. litt. C.*

1891 Juvenis ſtudiis applicatus emiſit votum Religionis, ex aliquo autem defectu [illegible] non eſt admiſſus pro Clerico; vel poſt votum factus eſt irregularis, ut non poſſit aſcendere ad ordines: non tenetur ingredi Religionem in ſtatu laicali; quia votum ceſſat, quando notabilis mutatio ſuperveniat, quæ rem promiſſam in alio ſtatu moraliter diverſo conſtituat. Et oneroſum eſſet obligare ex voto ad aſſumendum ſtatum laicalem in Religione eum, qui poterat eſſe Sacerdos. Eadem ratione ille, qui in adoleſcentia vovit Religionem, deindè factus ſenex, vel debilis, non obligatur ingredi Religionem; quia eſt notabilis facta mutatio.

## QUÆRES I.

1892 *Petrus dives poſt plures annos conjugii filios deſperans, vovit dare majorem partem bonorum cuidam Eccleſiæ: at quia poſt votum filium ſuſcepit, quærit, An votum teneat?*

RESP. tale votum superveniente filio ceſſare; 1. quia eſt notabilis facta mutatio; 2. quia donatio etiam facta Eccleſia, ſuperveniente filio, ruit: ſuadetur: donatio facta alteri, quàm loco pio, ex communi ruit, hac ratione; quia nemo præſumitur rem ſuam alteri donare in caſu ſupervenientis filii, niſi expreſſerit ſe non revocaturum, etiam ſupervenientibus filiis; unde tales donationes ſemper imbibunt implicitam conditionem: *Si mihi non ſit filius*; quæ ratio æquè militat in caſu noſtro de donatione facta Eccleſiæ, etiam ſi ſit voto, aut juramento firmato firmata. Non obſtat ratio opinionis oppoſitæ; quia Eccleſia ſuccedit loco filiorum, ſed in defectum filiorum.

Quòd ſi vivente patre, filius, qui ſupervenit, moriatur, reviviſcit donatio; quia ſicut in tali donatione dicitur involvi implicita conditio: *Si filius non ſit*, & ideo ſuperveniente filio, donatio expirat: ita in expiratione dici debet involvi aliam implicitam conditionem: *Si filius ſuperveniens non moriatur vivente patre*; & ideo præmoriente filio, do-

na-

natio debet reſurgere; & quidem talis eſt affectus donatoris, ut non velit Eccleſiam privare re promiſſâ, niſi intuitu filiorum: *v.n.*1899.

## QUÆRES II.

1893 *Quis emiſit votum peregrinandi Romam, accidit, ut occaſione Iubilæi anno* 1700. *eò acceſſerit conductus ſtipendio à quodam nobili. An ſatisfecerit voto?*

RESp. ſatisfeciſſe. Gobat. *tom.* 3. *de voto n.* 241. Caſtropal. *tract.* 15. *diſp.* 2. *punct.* 12. *num.* 9. quia adducunt exemplum de Sacerdote, qui poteſt ſatisfacere Sacro ex voto per Sacrum, ad quod tenetur ex ſtipendio. Ratio eſt; quia talis rationabiliter præſumitur intentio voventis. Idem dicunt, ſi acceſſerit recreationis cauſa, ſed animo ſatisfaciendi etiam ſuo voto.

Quòd ſi votum fuit de accidendo pedeſter, & eâ occaſione famulatus acceſſit equeſter, non ſatisfecit, ſi intentio fuit de patiendo moleſtias itineris pedeſtris cum intuitu principali ad devotionem. Poteſt tamen petere commutationem quoad modum eundi pedeſter. Satisfecit verò, ſi modus accedendi pedeſter fuit cum intuitu ad expenſas minuendas; & ſi ad devotionem, non tanquam motivum principale, ſed acceſſorium, ex intuitu minuendi expenſas.

## QUÆRES III.

1894 *Qui poſt votum peregrinationis mutavit locum habitationis plus diſtantem, ità ut peregrinatio evaſerit difficilior. An teneatur ad votum?*

RESp. teneri, ſi exceſſus difficultatis ſit levis, putà ſi in peregrinatione decem dierum exceſſus eſſet per unum, aut alterum diem.

Non teneri autem, ſi exceſſus ſit no[...] putà per alios tres, aut quatuor dies; [...] notabilis facta mutatio ex parte [...] quam ſi prævidiſſet, non voviſſet. Sed [...] ſuſpenditur votum, ità ut, ſi redeat ad [...] rem, aut propinquiorem habitationem [...] neatur ad illud. Gobat. *cit. num.* 245.

E converſo, ſi incipiat habitare in loco [...] ti, ſatisfacit, ſi è domo ad Eccleſiam [...] dam pergat, & votum perficit. Gobat. [...] 246.

## QUÆRES IV.

1895 *Quis vovit viſitare D. Roſal[...] monte poſtea vovit viſitare Sanctiſſim[...] cifixum in monte D. Roſaliæ. An utri[...] ſatisfacere poſſit unico actu, ſeu acceſſ[...]*

REſolutio eſt deſumenda ex intention[...] ventis. Sic igitur, quando ſecund[...] vovit, cogitavit ad laborem acceſſus, [...] que voto diverſos dies executionis aſſig[...] certum eſt, eum non ſatisfacere unico [...] ſu; ſicut è contra certum eſt, eum ſatisf[...] ſi quando ſecundâ vice vovit, intend[...] acceſſu adimplere. At ſi non cogitav[...] ctum laborem: tunc (quidquid dicat [...] *par.* 3. *tract.* 6. *reſ.* 86.) ſi vota incid[...] dem die, tunc utique ſatisfacit unico a[...] putà uno acceſſu. Id poſſet accidere, [...] tationem D. Roſaliæ vovit pro die ej[...] talis 4. Septembris, viſitationem ver[...] cifixi pro prima feria ſexta Septembris [...] eodem anno dies quarta Septembris eſſ[...] ma feria ſexta.

Si autem vota non coincidunt eodem [...] tunc non ſatisfacit unico actu, videlicet [...] acceſſu; quia vota diſtincta important obl[...] tiones diſtinctas; adeóque votum ſuper[...] niens diſtinctum actum expoſcit.

1896 Nec obſtat dicere, quòd unico a[...] auditionis Sacri ſatisfieri poſſit duplic[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vero quia paritas nobis favet, unicâ namq; auditione Sacri ſatisfacimus duplici obligationi, & præcepto, ſi coincidant eodem die, ut ſi die Dominico contingat feſtum Apoſtoli; minimè ſi diverſo die. Ita in re noſtra, qui vovit audire Sacrum quolibet die Sabbati, & in aliquo Sabbato contingat feſtum de præcepto, utiq; unico Sacro utriq; obligationi ſatisfacit, at qui vovit audire Sacrum non determinando tempus, non ſatisfaciet, unicâ auditione, præcepto, & voto, niſi quando vovit, id cogitaverit, ſeu intenderit.

In dubio de diſtincto labore, & obligatione interpretandum eſt pro diſtincto labore, &c. quia regulariter ſic vota diſtincta emittuntur.

## QUÆRES V.

1897 *Quis in periculo naufragii vovit Religionem; modò dicit, quòd ſi tunc Sacerdotium veniſſet in mentem, hoc, non Religionem voviſſet. Quid?*

Reſp. Gobat. *to. 3. de voto n.* 308. teneri ad votum, ſi plenâ conſideratione Religionem vovit; non teneri, ſi periculum fuit ita repentinum, & præſens, ut non reliquerit illi ſpatium cogitandi, niſi de Religione, & remedio; atque ex defectu plenæ deliberationis; quia ad valorem voti requiritur ſaltem tanta deliberatio, quanta ad peccandum mortaliter, ad quod requiritur tãtum ſpatii, quantum ſufficit ad diſcernendum inter duo, nempe inter bonum, & malum; ita ad vovendum requiritur tantum ſpatii, quantum ſufficit ad diſcernendum inter duo, v. gr. inter Religionem, & [illegible], aut ſaltem inter Religionem, & [illegible]. Si tamen conſideravit Religionem, & ejus rigorem, ac aſperitates, dicendum eſt validum votum, quia plenè deliberavit.

## QUÆRES VI.

1898 *Quis vovit ingreſſum Religionis, ſi eius frater Panormum veniret. Expectavit decem annis, & frater non venit. An poſſit nubere?*

Reſponſio pendet ex dictis à n. 1792. & infra de votis reſervatis conditionalibus: *à num.* 2009. nam ly *ſi*, vel fuit vera conditio intenta, & ejus amore emiſſum votum; & tunc votum non eſt reſervatum, ſed conditionatum; & poſt tam longum tempus cadit, & qui vovit, poteſt nubere; quia non poteſt rationabiliter præſumi, quòd intentio voventis fuerit expectare tam longum tempus, niſi expreſſerit, aut niſi circumſtantiæ ſint tales, ut id ſuadeant: imò rationabiliter præſumitur oppoſitum; nam præſumptio fit ex regulariter contingentibus.

1899 Si particula *ſi* valuit pro *quando*, utiq; votum erit reſervatum, ſed ejus valor, & obligatio non incipit, niſi adveniente tempore præfixo, aut tempore rationabiliter conformi intentioni voventis.

Dixi; *aut tempore conformi, &c.* quia vel adventus fratris fuit intentus, ut cauſa impulſiva, ſeu per accidens; & tunc tenetur Religionem ingredi, aut prævenire, ne poſtea impediatur, aut reddatur inhabilis, conſiderata ætate voventis, juxta dicta in locis cit. quia tam longa expectatio non poteſt præſumi, niſi exprimatur.

Vel adventus fratris fuit intentus ut cauſa, & motivum principale voventis, ſeu itaut votum fuerit emiſſum dependenter ab illo: quod potuit eſſe, quatenùs per præſentiam fratris intendebat ſe expedire à cura Matris, Sororis, Neptis, &c. quod ſine illo commode obtinere non valet. Et tunc pariter votum cadit eadem ratione, qua non poteſt præſu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mi, quòd ejus intentio fuerit expectare per tam longum tempus, niſi expreſſerit, &c. Unde tunc conditio reputatur, ac ſi cecidiſſet. Votum autem conditionale (ut docet communis) cadente conditione, ſub qua eſt emiſſum, cadit: *v. n.* 1805.

Totius reſolutionis ratio eſt; quia votum ejuſque valor, & obligatio, omninò pendet ex intentione voventis: *n.* 1892.

Conſultius tamen erit, ſi petat diſpenſationem, ſaltem ad cautelam.

## QUÆRES VII.

1900 *Puella, quàm facilis ad vovendum, tam inconſtans, & facilis ad vota violanda, pœnitudine retractata, confeſſario ſuadente, propoſuit nullum emittere votum inconſulto confeſſario vel ſi, quod emitteret eo incõſulto, irritum fore. Hoc non obſtante, votum Religionis emiſit, & paulò poſt emiſſi voti juxta morem pœnituit. Quid reſpondebit confeſſarius?*

RESP. Gobat. *tom.* 2. *tr.* 3. *c.* 38. *in fine.* Vel hæc puella, quando vovit, fuit immemor pacti cum confeſſario initi, vel memor. Si immemor, votum eſt nullum; quia mutatio voluntatis non debet præſumi, ſed probari; unde cum hoc non poſſit probari, præſumitur habitualiter permanere voluntatem non obſtringendi ſe voto ſine approbatione,

Si memor, & plenè conſenſit, validum eſt votum; quia jam mutatio probatur.

1901 Si pactum fuiſſet ſua vota non ſubſiſtere, niſi à confeſſario ratificata; utique non obligaret votum ante ejus ratificationem. At ea ſecuta, votum eſſet reſervatum, quia talis conditio æquivaleret conditioni à natura, vel à jure appoſitæ, juxta *n.* 1701. At inconſtantia daret cauſam ad diſpenſationem faciliter obtinendam.

Dixi: *& plenè conſenſit*: Prudens enim confeſſarius advertere debet, an in tali voto fuerit in puella plenus voluntatis conſenſus, an verò ſola intellectus conſideratio, & adhæſio in illud, quamvis puellæ ex errore aut ſcrupulo appareat voluntatis conſenſus; in hoc namq; caſu, non erit votum, quia non liberum, & voluntarium; nam talis conſideratio, & firma adhæſio intellectus eſt naturalis potentiæ naturalis. Ad quod dignoſcendum faciunt *dicta à pag.* 21. & 22. de peccato mortali.

## DUBIUM IN VOTIS.

1902 SI rationabiliter dubites, an voveris, vel juraveris, an fuerit vera promiſſio, vel ſimplex propoſitum, ad nihil teneris, quia poſſidet libertas. Si ſis certus de voto, & dubites, an impleveris, teneris implere, quia poſſidet votum, utpotè prius: *v. n.* 4.

1903 Si ſis certus de voto, ſed dubites, an habueris uſum rationis, & perfectam deliberationẽ; ſi voviſti ante ſeptennium, non obligaris, quia poſſeſſio ſtat pro libertate, & in ea ætate non præſumitur ſufficiens deliberatio. Si poſt ſeptennium, obligaris, quia poſſeſſio ſtat pro voto; nam tunc præſumitur uſus rationis, niſi conſtet oppoſitum.

1904 Si dubites de materia, teneris ad tutiorem partem; potes tamen eligere, quod minus eſt; unde ſi voviſti te non habiturum copulam, cum muliere, & dubites, an intellexeris de copula licita, potes nubere. Si voviſti jejunium, & dubites de abſtinentia à lacticiniis, teneris jejunare, ſed non abſtinere à lacticiniis. Demùm, ſi dubites, an votum habuerit aliquam imperfectionem, qua non ſit reſervatum, & proindè dubites, an ſit reſervatum, te poſſe tenere, quòd habuerit imperfectionem, & quòd non ſit reſervatum,

Tamb.

1905 Aliquando tamen non potes eligere minus, quando ex communiter contingentibus, ex uſu loquendi, aut aliis adjunctis, colligitur te promiſiſſe majus. Unde, ſi voviſti calicem, dubites, an argenteum, vel ſtanneum debes argenteum, ſaltem quoad cuppam; quia hic venit nomine calicis.

OBLIGATIO VOTI CESSAT

1906 Vel ex natura rei, vel ex authoritate humana.

Ex NATURA REI CESSAT.

Primò, ſi materia evadat turpis, indifferens, aut impeditiva majoris boni. Secundò, ſi evadat impoſſibilis, etiam ſi id fuerit ex tua culpa.

1907 Tertiò, per mortem voventis, non tamen, quàm obligatio matrimonii; eò maximè, quia vovens uſq; ad mortem obligare ſe intendit. Hinc, ſi Religioſus profeſſus reſurgeret, licitè nubere poſſet, niſi eſſet ſacris initiatus: quia caracter ordinis eſt indelebilis ab anima, unde ille reſurgeret verus Sacerdos, ſi Sacerdos fuiſſet. Mendo *n.61.*

1908 Quartò, ſi ceſſet finis. Unde, ſi voviſti dare eleëmoſynam Catharinæ pauperi, & hæc evadat dives; vel ad reparandum Eccleſiam, & hæc propter infideles reparari non permittatur, vel periculum ſuperveniat, ut ab iis capiatur; ad nihil teneris.

1909 Item adoleſcens nobilis ſecundogenitus emiſit votum Religionis, ne ob exiguum patrimonium committeret aliquid ſuæ conditioni indecorum: iſte, mortuo fratre majori, factus eſt primogenitus: nō tenetur ad votum, ſi vivere ſine dedecore ob exiguum patrimonium fuit non cauſa impulſiva, neque accefforius, ſed principalis, licèt partialis; quia tunc per acquiſitionem Majoratus ceſſat cauſa finalis principalis partialis, & ceſſante fine principali partiali, ceſſat votum Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 5. *diſ.* 2. *ſect.* 28. cum Sanchez *v n.* 1821. 1833. 1834. Non ceſſat autem ex ceſſatione cauſæ impulſivæ. *v n.* 1805.

1910 In dubio an cauſa fuerit motiva, & finalis, vel impulſiva: ſtandum eſt pro voto; quia poſſidet, Mendo in Epit. ver. Votum, *n.* 4. contra plures apud Gobat. *tom.* 3. *de voto, n.* 393.

NOTABILI MUTATIONE SUPERVENIENTE,

1911 QUÆ mutatio non debet ſe tenere ex parte voti, ſed præcisè ex parte materiæ voti; non enim debet conſiſtere in hoc, quòd ſuperveniat aliqua cauſa, quæ ſi extaſſet tempore voti, votum non fuiſſet emiſſum; ſed in hoc, quod ſit circa materiam, taliter, ut materiam promiſſam in re, aut in hominum exiſtimatione diverſam conſtituat; & tunc habetur, quando res judicio prudenti, eſt conſtituta in ſtatu moraliter diverſo, aut notabilis eſt difficultas ex parte rei promiſſæ. Ant. à Spir. Sanct. *cit.* qui inde infert cum Nav. Tancr. Anton. & aliis:

1912 *Si quis poſt votum Religionis ſacrilegè contrahat matrimonium, ſi poſt multos annos matrimonii ejus uxor moriatur, non teneri ingredi Religionem ex vi voti, etiam ſi in vovente ſint vires ſufficientes ad onus Religionis ſuſtinendum; facta eſt enim magna rerum mutatio: difficillimum enim eſſet huic homini filios, & familiam deſerere, & aliorum regimini ſe tradere. Secus dicendum eſt ſi poſt ſex menſes matrimonii ejus uxor moriatur.*

1913 Illud eſt verum, obligationem voti aliquando ſuſpendi ad tempus, quando cauſa ceſſationis non eſt perpetua, ſed temporanea.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES.

1914 *Mulier poſt votum Religionis matrimonium contraxit, poſt plures annos matrito mortuo, relicta eſt dives ſine filiis, An teneatur Monaſterium ingredi?*

Reſp. Teneri, ſi non evaſerit infirma, nimis debilis, aut annum quinquageſimum exceſſerit; non teneri, ſi ſecus. Gobat, *tom. 2. tr. 3. c. 38. n. 294.*

Ratio primi; quia nuptiæ ſacrilegè celebratæ non ſuſtulerunt vinculum voti; nemo enim de ſua malitia commodum reportare debet, *c. intelligimus de tranſact.*

Ratio ſecundi; quia tunc eſt notabilis facta mutatio ex parte materiæ.

## AUTHORITATE HUMANA CESSAT VOTUM

1915 Tripliciter; commutatione, diſpenſatione, aut irritatione.

## COMMUTATIO

1916 *Eſt translatio voti in aliud opus æquale, aut parùm minus, ſub eadem obligatione* fieri poteſt extra confeſſionem. In melius fieri poteſt authoritate propriâ; in æquale fieri debet authoritate Eccleſiaſtica. In notabiliter minus, fieri non poteſt, niſi commutans velit, & poſſit admiſcere diſpenſationem. At in manifeſtè æquale poſſet fieri authoritate propria, probabile putat Gobat *tom. 3. de voto n. 358. cum multis.*

1917 Qui poteſt diſpenſare, poteſt commutare, non econverſo, quia commutatio eſt pars diſpenſationis.

1918 Vota omnia, exceptis quinq; reſervatis; commutare poſſunt Epiſcopi, ex privilegio Regulares, & Confeſſarii per Bullam, aut Jubileum. Alii Confeſſarii poſſunt peccata contra vota abſolvere, niſi ſint caſus reſervati; non poſſunt tamen commutare, v. 1723. & 1962.

1919 Vota Novitiorum, etiam in ſ... emiſſa, & compoſſibilia cum Novitiatu... mutari poſſunt, & diſpenſari à Prælat... commutari poſſe in labores, & aſper... Novitiatus, etiam ex ſola voluntate No... quia in melius, ait Pelliz. Ea tamen non... guuntur, ſed ſuſpenduntur, ita ut, ſi Nov... Religione egrediatur, reviviſcant. Iden... de profeſſo, ſi profeſſionem annullet... 1987.

1920 Per profeſſionem Religioſam... jure extinguuntur omnia alia vota re... perſonalia ante profeſſionem, ſive in N... tiatu, & de ſuperioris licentia, ſive ... emiſſa, etiam reſervata, *ex c. ſcriptura ... to 4.* Quod eſt extingui potiùs per via... niſſimæ ſolutionis, quàm commuta... Pirhing. *in comp. lib. 3. tit. 34. §. 5.*

1921 Non extinguuntur tamen vota ... lia à tertio acceptata; quia tranſiere in ... ctum: *v. n.* 1924.

1922 Si facta commutatione, velis ... re primum votum, potes, quia eſt ... tui favorem, & includit implicitam co... nem: *Si tibi placuerit*: Inſuper poſt... materia ſubrogata ad commutatam ... potes iterùm ad ſubrogatam redire. C... *de voto d. 2. p. 18. num. 11.* quia per ... ad commutatam non renunciaſti po... utendi ſubrogatâ; tunc renunciaſſes, ... per novum votum ad commutatam ... Ant. à Spir. Sanct. *de voto ſect. 42. n.* ... Si materia, in quam primum votum fui... mutatum, evadat impoſſibilis, inepta, ... rens, aut impeditiva majoris boni, ... neris redire ad prius votum, ſi comm... ſit facta authoritate Eccleſiaſtica; qui... ſubrogat aliam materiam, & ſimul ex...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obligationem priorem. Teneris redire ad priora, ſi ſit facta authoritate propria; quia hic non transfertur obligatio in materiam ſubrogatam, ſed ſolùm ſit ſolutio Deo per æquivalens.

1923 Votum non petendi commutationem, aut diſpenſationem, niſi à Summo Pontifice, poteſt commutari, aut diſpenſari. Votum juratum commutari poteſt, ſive juramentum ſit ſequens, ſive concomitans voti tempore, ſive dicas: *Iuro me jejunare*, ſive voveo, ſive: *Voveo, & juro me jejunare*; quia juramentum nil aliud facit, niſi confirmat promiſſionem Deo factam. Cajetan.

1924 Vota, & juramenta in favorem tertiæ perſonæ edita, commutari poſſunt, ſi non ſint acceptata; minimè, ſi ſint acceptata; quia acceptatio facit ea tranſire in contractum, & acquirit jus tertio, ac proindè commutatio cedit in præjudicium tertii.

1925 Ita communis contra de Lugo *in diſ. 1 de juſt. num.* 13. Qui tenet, poſſe commutari, quia principaliter tendunt in Deum tanquam finem, cujus gratia fiunt; Pauper verò eſt finis cui, ac proinde acceſſorius, & minùs principalis. Unde ſi votum, ut reſpicit Deum, poteſt commutari, aut diſpenſari, ita ut reſpicit tertium; quia hoc eſt acceſſorium, & ſequitur naturam principalis.

1926 Hinc votum, aut juramentum dandi centum aureos determinatæ Eccleſiæ, ab ejus Parocho acceptatum, poſſe commutari, aut diſpenſari eo invito, & à fortiori poſſe in aliam Eccleſiam commutari, ex majori propenſione voventis, cum talis commutatio abſolutè ſit inæquivalens. At non eſt recedendum à ſententia negativa communi.

## DE CAUSA COMMUTATIONIS.

1927 AD licitam commutationem *in melius* non requiritur cauſa; *Si non in melius*, non requiritur cauſa; ſed longè minor quàm ad diſpenſandum; quia diſpenſatio obligationem extinguit, commutatio verò eam de una in aliam materiam transfert, & ſolum aliquantulum minuit

1928 Cauſa poteſt eſſe repugnantia parentis, aut viri, etiam in illis, quæ iis non præjudicant. Levitas voventis. Inconſtantia: Fragilitas cum periculo violandi. Indiſcretio; &c. Et ſat eſt, quòd ſit talis, quantum ſufficit, ne vovens dicatur imprudenter mutaſſe propoſitum. Et generaliter cauſa, quæ ſufficit ad diſpenſandum, à fortiori ſufficit ad commutandum, etiam cum commutationi diſpenſatio admiſcetur. Imo ex pluribus, ad commutandum inæquale ſufficit major inclinatio voventis: *v. n.* 1958.

1929 Commutatio facta ſine cauſa eſt ſupplenda quoad exceſſum, ſi ſit facta in minus.

1930 Quando fit per Bullam, Jubileum non requiritur cauſa, ſed ſufficit ipſum privilegium. Imo in Bulla accedit ſubſidium temporale.

## DE PRAXI COMMUTATIONIS

1931 NOn poteſt certa regula tradi, ſed id eſt prudentiæ committendum Et quidem, 1. Non eſt neceſſe, ut votum perſonale commutetur in actionem peſonalem, & reale in realem. 2. Nec ut fiat in favorem ejus Sancti, aut Eccleſiæ, in cujus gratiam eſt factum, licèt ſit conveniens, 3. Nec ut materia ſubrogata ſit perpetua, ſicut eſt votum, 4. Nec excellentia virtutis materiæ ſubrogandæ eſt conſideranda in ſe, ſed in ordine ad voventem.

 1932

1932 Hinc, ſi voviſti diſciplinam in ſanguine ad motus carnis compeſcendos, melius eſt, ſi commutatio fiat in jejunia, quàm, in orationes; quia licèt oratio in ſe ſit excellentior jejunio, in ordine tamen ad ipſum voventem melius eſt jejunium.

1933 Attendi igitur debet in commutatione voti, & ſubrogatione materiæ; ut cultus Dei (niſi diſpenſatio miſceatur) æqualiter, aut parùm minùs, quantum humana fragilitas permittit, ſervetur, cum reſpectu tamen ad ſalutem voventis, ita ut ea materia eligatur, quæ ſit magis conducibilis ejus ſaluti; & conveniens eſt, ut confeſſarius commutans, plures materias ejus optioni offerat.

1934 Illud tamen eſt certum, ut non poſſit ſubrogare materiam aliàs præceptam, aut ad quam ille aliàs ſub gravi obligatione tenetur; quia id cederet in notabilem divini cultus jacturam. Gobat *tom. 2. tr. 3. num. 302.*

1935 Conſultius eſt, omnia vota in frequẽtiam ſacramentorum commutare, quia ſunt cæteris operibus meliora ad utilitatem ſpiritualem voventis.

1936 *Votum jejunii in pane, & aqua*, commutat Tamb. in eleemoſynas, aut in recitationem integri Roſarii, & diſciplinam; vel in confeſſionem, & communionem.

1937 *Votum eleemoſynæ* commutat Bardus in ſervitium Hoſpitalis tot diebus, quot putantur ſufficere ad compenſandam eleemoſynam, & econverſo.

1938 *Votum aſſumendi Sacerdotium*, aliqui commutant in recitationem quotidianam Officii B. Virginis, aut ſeptem Pſalmorum cum Litaniis, & in confeſſionem, ac communionem bis in menſe, & in faciendum celebrari ſacrum ſingulis menſibus, & ut voveat caſtitatem, vel ut jejunet ſingulis ſextis feriis, ſi nolit caſtitatem ſervare, Bardus loco Officii Virginis, aut ſeptem Pſalmorum, imponit onus recitandi quotidie horas Canonica[s] [...] frequentiam Sacramentorum.

1939 *Votum ſimplex, & abſolutum [...] tatis, aut Religionis*, non eſſe capax [...] mutationis, ſed admiſcendam eſſe di[ſpen]ſationem à Papa, aut ejus delegato, te[...] chez. Adde eſſe reſervatum, ut neque [...] bilei poſſit commutari, niſi exprimatur [...] terùm ſi in aliquo Jubileo daretur facul[tas] [il]lud commutandi.

1640 *Votum Caſtitatis*, Bardus, & Sa[...] commutant in caſtitatem cõjugalem, in [con]feſſionem, ac communionem ſingulis [men]ſibus, in faciendum celebrari decem [...] gulis annis, in recitandum quotidie [...] partem Roſarii, & in jejunium ſingulis [...] feriis.

1941 *Votum Religionis*, commutan[...] tum Sacerdotalem, aut caſtitatem conj[ugalem] & in recitationem Divini Officii qu[...] aut integri Roſariii, in jejunia Reli[gionis] illius, in aliquas eleemoſynas ſingulis [...] in honorem Sancti Fundatoris illius Reli[gio]nis, & in Confeſſionem, ac Commun[ionem] bis in menſe.

1942 *Votum Religionis* non commu[tatur] æqualiter per aſſumptionem ad Epiſcopa[tum] Leander de voto contra Henriquez; qu[ia li]cèt ſtatus Epiſcopalis ſecundum ſe ſ[...] ctior, ſtatus tamen Religionis in ordine [ad] voventem eſt melior, quoad ejus utilitatem ſpiritualem, Hinc *in cap. per tuas de voto*, [...] III. requiſitus ab Epiſcopo Gratianopo[lita]no, qui ante ſuſceptum Epiſcopatum [vo]tum ingrediendi Religionem emiſerat, [re]ſpondit: *Si tuam deſideras ſanare conſci[enti]am, regimen reſignes Eccleſiæ, & reddas [Al]tiſſimo vota tua.*

1943 Hac ratione. *Votum de non procuran[do] do Epiſcopatum*, eſt validum, ſic & *votum* [*de*] *eo non acceptando*, ſi ſit recta intentione e[...]

ſum videlicet dummodò utilitas Eccleſiæ, & præceptum ſuperioris non urgeat.

1944 Votum ingrediendi Religionem ſtrictiorem æqualiter commutatur in votum profitendi, & perſeverandi in laxiori. Leander *de voto tr. 1. diſ. 11. 8. q. 50.* Imo eſt in melius, dummodo in laxiori vigeat obſervantia Regularis; nam ſi ſit collapſa, commutatio eſt illicita, & invalida.

Item æqualiter commutari in votum profitendi Religionem Canonicorum Regularium docet Bardus *in Bullam part. 2. tr. 7. cap. 4. ſeſſ. 4. §. 7. num.* 44. quia eſt vera Religio, & in communi vivit.

IN VOTO PEREGRINATIONIS

1945 CONſideranda ſunt labores itineris, & pericula, juxta longitudinem peregrinationis; inſuper expenſæ, quas vovens eſſet facturus in acceſſu, & in mora per loca; hæc enim omnia vovens implicitè Deo obtulit.

Quæ computatio expenſarum non eſt plurimùm extendenda; non enim computari debent expenſæ, quas facere vellet vovens ex oſtentatione in veſtium ornatu, equorum, ac famulorum comitatu, &c. quia talis vanitas, & exceſſus Deo non placet. Nec eſt plus æquò reſtringenda, ut computentur expenſæ, quas faceret ſolus, aut cum uno, vel altero ſocio, ut vult Ledeſ. cum Henr. & alii apud Leandrum *de voto diſput. 18. quæſt.* 46. Sed eſt facienda de expenſis, quæ vovens juxta decentiam ſui ſtatus, & moralem ejuſdem conſuetudinem, in ſimili itinere erat rationabiliter facturus. Ita doctè Leander *cit. quia res æxiſtimandæ ſunt moraliter, & prout ſunt re ipſa futuræ.*

1946 Hinc: ſi princeps judicio prudenti erat peregrinaturus publicè, major erit computatio expenſarum; quia major comitatus, &c. Minor, ſi privatim; minor, ſi cum uno, vel altero ſocio, quam ſi cum quatuor; ſic ſervata proportione diſcurras de perſona privata. Imò nullæ erunt computandæ expenſæ, ſi nullæ eſſent futuræ; ut ſi ille peregrinaturus eſſet non equeſter, ſed pedeſter, aut mendicando; tunc enim ſolum commutantur labores, & pericula itineris.

Labores, & pericula commutantur in opera pia, putà orationes, jejunia, &c. per quæ perſona exercetur, & fatigatur. Expenſæ, non eſt neceſſe, quod mittantur ad Eccleſiam, & locum, quò eras peregrinaturus; ſed poſſunt commutari in totidem eleemoſynas elargiendas Eccleſiæ, pauperibus, & ad alia pia opera applicari.

1947 In computatione expenſarum deduci debent expenſæ, quas tunc vovens erat domi facturus; quia illæ non ſunt Deo dicatæ.

1948 Inſuper ipſæ expenſæ (ſi rationabilis cauſa adſit) poſſunt in alia pia opera commutari, putà orationes, jejunia, &c. Semper tamen in commutatione voti peregrinationis addi debent Confeſſiones, Communiones, & viſitationes Sanctorum, ad quos erat peregrinatio directa.

DIFFICULTAS EST

1949 AN *in commutatione ſint etiam computandæ expenſæ, quas vovens erat pro regreſſu facturus?*

Affirmant, niſi vovens haberet animum non redeundi. Leander *cit. q.* 47. Bardus, Sanchez, & alii apud ipſum; quia tacitè reditus in voto includitur. Et probant *ex c. Magnæ, devotionis 7. de voto in lib.* 3. ubi Inn. III. vult habendam eſſe expenſarum, tam pro acceſſu, „ quam pro regreſſu, his verbis: Tibi, pro „ te, & famulis tuis, licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, „ ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ ut expenſas, quas fueras in eundo, moran-
„ do, & redeundo facturus, alicui Religioſo
„ committas, &c. laborem etiam laboribus
„ recompenſes.

1950 Negant Henriquez *lib. 7. c. 30. num. 5.* Rodr. *tom. 2. c.* 100. Graffis *lib. 2. dec. c. 30. n.* 10. Angles apud Leandrum *cit.* Gobat. *to. 2. t. 3. c. 39. num.* 300. hanc ſententiam [quam ſequor) tutam vocat; quia votum Peregrinationis completur per acceſſum; & licet vovens fuiſſet rediturus, reditus omninò accidit; quia poterat mutare Propoſitum, & non fuit de reditu, ſed de acceſſu.

1951 Non obſtat textus; quia caſus ibi eſt de peregrinatione Hyeruſalem, & in circumſtantiis, in quibus Pontifex toto conatu ſtudebat ad comparandas eleemoſynas, auxilia, & media pro valido ſuccurſu pro liberatione Terræ Sanctæ ab infidelium manibus; ita ut etiam Cruciatam publicaverit; & ideò voluit, ut haberetur ratio expenſarum redditus.

Inſuper eodem textu diſpoſuit, ut dictæ expenſæ tranſmitterentur in ſubſidium Terræ Sanctæ. Idem *in cap.* 8. *& ſequ.* Innoc. III. eadem cauſa idem diſpoſuit, quod ipſe Leander *cit.* obſervat; *& tamen in qu.* 50. fatetur non eſſe opus, ut in commutatione voti peregrinationis Hyeruſalem eleemoſyna eò tranſmittatur, & ad textum reſpondet, recenſitam diſpoſitionem tunc factam fuiſſe: *quia urgebat neceſſitas ſuccurrendi expeditioni bellicæ in illius Terræ Sanctæ ſubſidium, quæ neceſſitas cum hodie ceſſarit, non eſt neceſſaria ea voti commutatio, & ita inſtar aliorum commutari poteſt.* Ita Leander.

1952 Ita & ego dicam textum non obſtare noſtræ ſententiæ, quod in commutatione voti peregrinationis, ſolum ſint compenſandæ expenſæ pro acceſſu, minimè expenſæ pro reditu; quia caſus, & circumſtantiæ, quibus loquitur textus, ſicut non ha[...] locum in aliis caſibus peregrinationi[...] non faciunt, ut eadem diſpoſitio textus [...] datur ad alios caſus. Textus igitur non [...] doctrinam generalem, ſed particular[...] us voti commutationem.

1953 Id tamen probo, ut ſicut ex[...] pro reditu non computas, ità neque de[...] quia aliàs in re neque computaretur e[...] pro acceſſu; nam, cum ſoleant eſſe [...] compenſarentur per expenſas pro [...]

## EXEMPLUM.

1954 PEtrus Panormi emiſit votum [...] grinandi ad Sanctam Dom[...] reti, ibique offerendi cereum Virgini.

Præmiſſum votum ſic commutarem [...] bores, & pericula itineris, viſitatio[...] commutarem in jejunium, Roſarium, [...] feſſionem, communionem, & viſitatio[...] Eccleſiæ, aut Capellæ B. Virgini dic[...] normi, omnia bis quolibet menſe [...] tempore, quo fuiſſet peregrinatio qua[...] acceſſum duratura, puta per tres me[...] in oblationem cerei ſemel eidem Eccle[...] normi faciendam. Quòd ſi non eſſet [...] ad jejunium, diſciplinas injungerem, [...] ſarium multiplicarem.

Quantum ad expenſas, computarem [...] penſas, quas erat rationabiliter factur[...] nere, & mora ſolum in acceſſu, & [...] executione voti, non in reditu, de[...] expenſis quæ eo tempore fuiſſet dom[...] cturus: ita ut ſi in acceſſu erat expe[...] centum, & domi quinquaginta injun[...] ei ut ſolveret quinquaginta in eleemo[...] pro beneficio dictæ Eccleſiæ Panorm[...] pauperum.

Quòd ſi erat peregrinaturus non eq[...] ſed pedeſter, tunc nullam haberem ratio[...] ad expenſas; quia nullæ fuiſſent, ſed ad [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]bores, & pericula peregrinationis pede- [illegible], quæ cum ſint majora, præmiſſa pia ope- [illegible]caremq; quæque pariter duplicarem in [illegible] peregrinationis equeſtris, ſi ob neceſſita- [illegible], aut rationabilem cauſam oporteret ex- [illegible] itineris in pia opera commutare.

Quòd ſi Votum fuiſſet etiam de elargien- [illegible] Eccleſiæ Laureti donum notabile, [illegible] calicem centum aureorum; tunc conve- [illegible] ut calix ad eamdem Eccleſiam Lau- [illegible]mitteretur expenſis ipſius commuta- [illegible], detrahendo ſcilicet ex quinquaginta [illegible] computatis pro expenſis itineris, [illegible] V. G. aureos, quantum ſufficeret [illegible] promiſſione Calicis.

[illegible] *inconveniens eſt*, nam non eſt neceſſe, [illegible] illud fuerit à Rectore, aut Procu- [illegible] nomine dictæ Eccleſiæ Laureti acce- [illegible]; quoniam certum eſt, vota ad favo- [illegible] emiſſa poſſe commutari, ſi nondum [illegible] acceptata. Unde dictus calix [illegible] Eccleſiæ elargiri, imò in alia pia [illegible] rationabili cauſa exiſtente (uti dictum [illegible] commutari.

### QUÆRES I.

1955 *An in commutatione voti pœnalis* [illegible] *attendenda utraq; materia, voti ſcilicet, &* [illegible]

R[illegible] Si commutatio fiat poſt impletam conditionem, eſſe attendendam utram- [illegible] materiam, putà *non ludi*, quæ eſt materia [illegible] *& eleemoſynæ*, quæ eſt materia pœnæ in [illegible] non ludendi ſub pœna certæ eleemoſy- [illegible] conditione poſita, materia pœnæ [illegible] in rem abſolutè promiſſam.

[illegible] commutatio fiat ante impletam condi- [illegible], volunt aliqui, quòd non ſit attenden- [illegible] materia pœnæ; quia cum non ſit purifica- [illegible] conditio, non eſt jam promiſſa. At proba- [illegible] puto eſſe attendendam; quia votum non ludendi relatum ad pœnam eſt gravius, quàm non ſic relatum; gravius namq; eſt ſic promittere: *Voveo non ludere ſub pœna certa eleemoſynæ*: quàm ſolùm *Voveo non ludere*. Materia tamen pœnæ tunc non eſt accipienda ſecundum totam ſuam gravitatem, ſed judicio prudenti; quia cum non jam ſit incurſa, ſed pendeat à futuro eventu, multùm deficit à ſua gravitate. Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 16. §. 6. num. 7.*

### QUÆRES II.

1956 *Petrus poſtquam obtinuit commutationem voti de jejunio à quodam Religioſo, emiſit Votum caſtitatis, putans pariter poſſe ab eo, aut alio Religioſo commutari. An hoc votum poſſit commutari?*

RESp. Gobat. *tome 3. de voto n. 321.* Hoc votum eſſe validum, & poſſe commutari. Eſt validum ad differentiam voti caſtitatis emiſſi cum errore, quòd poſſit relaxari, aut abſolutè commutari; quia in illo error eſt, quòd votum poſſit relaxari, aut commutari abſolutè, & ideò eſt irritum; non ſic in hoc, Petrus enim non putavit, quòd poſſit commutari abſolutè, ſed quòd poſſit commutari à Religioſo, & ſic eſt validum: *v. n. 1789.*

Poteſt autem commutari, & non eſt reſervatū; quia voti obligatio pendet ex intentione voventis, & non poteſt plus ſe extendere. Unde, quia Petrus ſic putans emiſit votum caſtitatis cum levamine commutationis, quando ex cauſa oportuerit, non poteſt eò privari levamine.

### DISPENSATIO

1957 E*St remiſſio, & relaxatio voti, ſive in totum, ſive in partem, Nomine Dei.*

## CAUSÆ AD DISPENSANDUM

1958 POſſunt eſſe, 1. Ætas puerilis, repentina deliberatio, aut metus, etiam ab intrinſeco in emiſſione voti, 2. Dubium de voto, aut de intentione obligationis 3. Levitas, nimia facilitas voventis, & multiplicitas votorum, 4. Infirmitas, debilitas, neceſſitas aut nimia difficultas ad exequendum, 5. Inquietudo, & ſcrupulorum moleſtia ex voti adimpletione, 6. Nimia fragilitas facilitas, ſeu frequentia violationis, 7. Si votum eſt impeditivum boni communis, 8. Si cedat in detrimentum proprium, aut familiæ, ut peregrinatio, Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 2. *tr.* 5. *diſ.* 2. *ſect.* 36. *nu.* 455. Mendo *in Epit. ver. vot. n.* 32. *v. n.* 1928.

1959 Sanum conſilium eſt, ut in diſpenſatione aliqua commutatione miſceatur.

1960 Diſpenſatio ſine cauſa eſt valida; quia non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio.

1961 Diſpenſare poſſunt in votis, & juramentis, Papa in omnibus, etiam ſolemnibus, & caſtitatis; ſed tunc diſpenſatus non remaneret amplius Religioſus; quia ſtatus Religioſus conſiſtere non poteſt ſine ſua forma ſubſtantiali, cujusmodi ſunt tria vota ſolemnia. Fagnanus *in lib.* 3. *de ſtatu Monachorum n.* 43. Unde non teneretur ille ad Divinum Officium, nec ad præcepta Regulæ; quia mutaret ſtatum. Communis. Vide infra in *matr.* de voto.

1962 Diſpenſare, & commutare poſſunt in omnibus votis [exceptis votis ſolemnibus, & quinque reſervatis] & in quinque reſervatis, in caſibus, in quibus non ſunt reſervati, *ut à num.* 1998. Epiſcopi, Capitulum ſede vacante, Prælati Regulares in ſuos ſubditos, & Novitios circa vota, quæ in ſæculo; vel novitiatu emiſerunt; & ex privilegio erga ſæculares; confeſſarii Regulares [...] *n.* 1723. triplici cum diſcrimine.

1963 Primò Confeſſarii Regulares [...] ſunt etiam extra ſacramentum, ſed ſolum [...] foro interno conſcientiæ; Epiſcopi [...] am pro foro externo.

1964 Secundo, Quod Epiſcopus p[...] aliis poteſtatem commutandi, & diſpen[...] delegare, quia ejus poteſtas eſt ordi[...] non ſic Confeſſarius Regularis, qui dele[...] gatus ex privilegio, & delegatus non p[...] ſubdelegare, niſi in delegatione e[...] tur. Poteſt tamen uti hac forma: *Com[...] tibi hoc votum in opera, quæ vir ille d[...] præſcribet*; quia hoc non eſt delega[...] alterius prudentia uti ad materiam [...] gandam.

1965 Tertio, Epiſcopi diſpenſare p[...] in quinque reſervatis, quando urget [...] ſitas, ſeu magna cauſa, Pontifex adiri [...] poteſt, & periculum eſt in mora. Ra[...] quia Epiſcopi ante reſervationem ha[...] poteſtatem ordinariam in iis diſpe[...] cum ſuis ſubditis. Gobat. *tom.* 3. [...] 318. Poſt reſervationem autem p[...] Canones Summo Pontifici factam, [...] ſtricta Epiſcopis diſpenſandi faculta[...] ſibus autem extraordinariis, præmiſſ[...] ditionibus concurrentibus, ne deſit re[...] um, præſumunt Epiſcopi de voluntate [...] ficis, ſic expoſcente bono Eccleſiæ [...]

1966 Tamb. de voto, Ant. à Spir. [...] *tr.* 5. *diſ.* 2. *ſect.* 39. adducentes pro [...] um, Leſſium, Suarez, Sanchez, Caſtrop[...] Trullench, dicunt Epiſcopum diſpe[...] poſſe, dictis conditionibus concurrenti[...] 1. Si quis voto caſtitatis ligatus, mora[...] ximus, ni Bertam duceret, filios illeg[...] relinqueret, aut orirentur inter [...] graves diſcordiæ, vel ſimilia, 2. Si [...] voto caſtitatis ligatus, virginem v[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... honor, niſi eam ducat, reparari non poteſt, & ſi pontificis diſpenſationem expe-ctet, prudenter timet grave damnum animæ, corporis, aut famæ, aut aliud grave detrimentum, vel ne interim ab alterius cognatis [illegible]. Ita illi.

1967 Illud eſt certum; quòd in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, non [illegible] diſpenſet quàm neceſſitas exigit; unde [illegible] ea uxore non poteſt aliam ducere, [illegible] tenetur votum ſervare. Et ea vivente; [illegible] peccat contra votum, ſi aliam mu-[illegible] cognoſcat; aut ſi ſolus, vel extra vas [illegible] uxoris ſe polluat; aut tactibus im-[illegible] ejus, periculo pollutionis ſe ex-[illegible].

1968 Item vota reſervata ejus, qui eſt ſub poteſtate dominativa, ut eſt filius reſpectu [illegible], &c. licèt poſſint à patre irritari, non poſſunt per hoc ab Epiſcopo diſpenſari quia [illegible] diſpenſandi eſt diverſa à poteſtate [illegible]; & Epiſcopis non competit, niſi per [illegible], præmiſſis conditionibus con-[illegible].

1969 Abbatiſſæ & Prioriſſæ non poſſunt [illegible] ſuarum ſubditarum diſpenſare, nec commutare, Poſſunt tamen irritare, quod [illegible]; quia licèt non habeant poteſtatem juriſdictionis, habent poteſtatem dominati-[illegible] ſubditas, tam directè, quoad earum [illegible], quàm indirectè, quoad materias [illegible] ſubjectas: *v. num.* 209.

1970 In Parocho non datur juriſdictio ad diſpenſandum in votis. Mendo *in Epit. ver.* [illegible], *num.* 19.

1971 Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum [illegible] in votis defuncti. Mendo *cit. num.* 10 quia hæredes ad id tenentur, non vi voti, [illegible], aut contractus.

IRRITATIO

1972 Eſt *annullatio voti facta à poteſtate dominativa, qua quis ſuo nomine potitur.* Differt à diſpenſatione, & commutatione, quia hæc fit à poteſtate juriſdictionis, quam habet ſuperior nomine Dei. Hinc fit 1. Quòd irritatio fieri poſſit à ſæculari: diſpenſatio verò, & commutatio non niſi à perſona Eccleſiaſtica, 2. Quod irritatio ſine cauſa ſit illicita, ſed valida; quia fit ratione dominii, & nomine Proprio; unde ſunt emiſſa cum tacita conditione conſenſus ejus, qui habet dominium. Diſpenſatio verò ſine cauſa ſit illicita, & invalida, quia fit ratione juriſdictionis, & nomine Dei, qui non approbat ſolutionem voti temerè factam.

1973 Irritatio eſt duplex, directa, *quæ fit ab aliquo, quatenus eſt ei ſubjecta voluntas voventis*: & indirecta, *quæ fit ab aliquo, quatenus eſt ei ſubjecta materia voti.* Vota directè irritata nũquam reviviſcunt: quia ſunt extincta in radice: Vota verò indirectè tantum irrita reviviſcunt, quando deſinunt præjudicium afferre, unde ſolùm ſuſpenſa.

1974 Irritatio fieri poteſt per procuratorem. Ant. à Spir. Sanct. *de voto tr.* 5. *diſ.* 2. *ſect.* 31. *num.* 425. cum Caſtropal.

1975 Ad indirectè irritandum non requiritur cauſa, ſed ſufficit præjudicium, aut quòd materia non ſit in poteſtate voventis.

Ad directè irritandum licitè requiritur cauſa. Sufficit, quia pater filium voto gravatum ſentit. Tamb. Unde, ſine cauſa irritans, non peccat, niſi venialiter, Leſſius, Caſtrop. contra Ant. à Spir. Sanct. *de voto tr.* 5. *diſ.* 2. *nu.* 4. cum aliis, qui neq; venialiter peccare dicunt.

SUMMUS PONTIFEX

1976 NOn poteſt directè irritare vota omnium Chriſtianorum. Leander

*de voto tr.1. diſ.16.§.2 ad qu.8.* quia non habet poteſtatem dominativam in omnes, ſed juriſdictionis, licet ſupremam, quæ ſufficit ad gubernandam Eccleſiam; alioquin nullus homo poſſet obligari alteri homini, niſi ſub tacita conditione: *Si Papæ placuerit*: Unde ſolùm poteſt in omnibus Chriſtianorum votis diſpenſare, aut ea commutare. Item non directè irritare vota Clericorum ſæcularium; quia neque in illos habet poteſtatem dominativam, niſi circa res Eccleſiaſticas, & circa concernentia ad illas.

1977 Poteſt directè irritare vota Religioſorum, & Monialium; quia hi ſpecialiter Papæ ſubduntur ratione voti obedientiæ: Unde ſummus Pontifex eſt ſupremus omnium Religionum Prælatus; adeóque poteſtatem dominativam habet in Religioſos omnes.

1978 Aliorum autem vota ſolùm poteſt indirectè irritare, ratione materiæ, quatenus poteſt per poteſtatem præceptivam votorum executionem impedire. Leandr. *cit.*

PATER,

1979 ET in ejus defectu Avus paternus, tutor, & in horum defectu mater poteſt directè irritare vota filiorum impuberum, etiam caſtitatis, & religionis, ratione imperfectionis ætatis, quia in his tacita eſt conditio: *Si pater conſentiat.*

Impubertas finem habet in maribus anno 14. completo.

1980 Imò poteſt ea irritare poſt pubertatem, ſi ſint facta tempore impubertatis, & non confirmata tempore pubertatis, implenda tamen tempore pubertatis. Sanchez; quia hæc poteſtas irritativa fundatur in imperfectione ætatis, ſub qua fuit votum emiſſum. Vide in matr. de imped. ordinis.

198[1] Poteſt directè irritare vota filiorum puberum, quamdiu manent ſub poteſtate patris, & non ſunt emancipati; ſi illa præjudicent patriæ poteſtati; talia ſunt vota, q[...] domus perturbatur, aut filius infirma[...] tur, &c. ut longa peregrinatio, immo[...] jejunia, &c. Non poteſt irritare vota [...] præjudicantia, ut votum jejunii, ora[...] moderatæ eleemoſynæ de proprio pe[...] Religionis, &c. quia filius pubes non [...] cipatus ſolùm in prioribus non eſt ſu[...] bene verò in poſterioribus.

1982 Idem poteſt curator durante m[...] ritate, quoad vota ſpectantia ad bon[...] poralia, aut gubernationi domus p[...] cantia. Tutor datur pupillo uſque ad [...] 14. completum: Curator datur m[...] anno 14. ad 25. completum.

QUÆRES

1983 *Mulier nobilis filiam inkau[...] ſe eam daturam Deo in Religione, [...] obtineret. Eam obtinuit: & votum ra[...] filia poſt ſeptennium, matris ſuaſu, [...] nem vovit; Pater nec conſentiit, nec d[...] ſed tacuit: facta eſt puella pubes, ne [...] cupiens eam, utpote unicam, dare [...] (matre enixe exoptante) votum [...] Contraxit puella ſponſalia; ſed tam [...] exitu, ut inexcogitabiles ſint [...] lites; taliter, ut matrimonio deſperato [...] ſivo dolore affecti, unus poſt unam [...] decim dies, obiere parentes; & puella [...] die, quo pater ad ſepulturam, ſolam & [...] humana ope deſtitutam ſe cernens, ad [...] ſterium confugit. Quid dicendum?*

DIcam, patrem potuiſſe poſt pube[...] irritare votum puellæ in impu[...] emiſſum, ob tacitam conditionem, [...] eo fuit: *ſi pater conſentiat*: Quod votum [...] la (ut ſupponitur) non ratificavit poſt [...] bertatem. Nec ex dicendis obſtaret licen[...] ſi eam dediſſet: *ut in num.* 1689.

Grav[...]

Graviter peccavit mater; quia ob ſuum votum, maximè à puella poſt ſeptennium ratificatum, tenebatur ſuaſionibus veris, & non fictis, tam apud puellam, quàm apud patrem voti adimpletionem curare; quod nedum omiſit, ſed poſitivè utrique ſuum enixum deſiderium de ea danda nuptiis oſtendit, & callidè patri ſuaſit, ut inde pater, abſque ulla cauſa, niſi ſanguinis paſſione, ad irritationem voti procederet. Hinc fortè infortunia. Sæpe mulier fuit cauſa ruinæ.

Quòd ſi vir prolem fœmineam inhians, votum cum uxore, Deo in Religione daturum voviſſet, ſimiliter irritando, graviter contra votum peccaſſet: *v. num.* 1826.

## RATIFICATIO VOTI,

1984 UT habeatur, & novam obligationem inducat, tria requiruntur. *Primò, ut vovens ſit conſcius debilitatis prioris voti. Secundò, ut velit ſe de novo obligare firmiter, perinde ac ſi nunquam obligatus fuiſſet. Tertiò, ut ità diſpoſitus, voce, vel ſaltem mente præterita repetat, ſeu certè approbet.* Ità Tamb. *tom. 1. pag.* 114. *cum Com.* Aliquando dicetur, *voti renovatio*, ſeu *repetitio*, quæ novam obligationem non inducit; ſed votum, uti erat, relinquit: *v. n.* 1850.

1985 Si quis oblitus voti, v. gr. Religionis in impubertate emiſſi, votum Religionis poſt pubertatem emittat; verum votum iteratum emittit, quod non poteſt à patre irritari; quia eſt votum à priori diſtinctum, & independens ab illo.

## PATER

1986 SI licentiam dedit filio vovendi, & promiſit ſe non revocaturum, ſeu votum confirmavit; ſi votum ſit perſonale, poteſt validè irritare; quia per promiſſionem; & confirmationem non potuit à ſe abdicare propriam poteſtatem in filium; non tamen licitè ſed peccat mortaliter, licèt Caſtropal. velit, quòd peccet venialiter ratione infidelitatis, niſi juramentum adjunxerit: ſi verò ſolùm licentiam dedit, & promiſſionem non addidit, non peccat irritando, quia licentia ſemper intelligitur ſinè præjudicio proprii juris Caſtropal.

Si autem votum, quod pater non irritare promiſit, ſit reale, non poteſt pater validè illud irritare; quia per licentiam ſimul, & promiſſionem, rem illam filio donavit, & à ſua poteſtate abdicavit; quod facere potuit. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 16. §. 3. *n.* 15.

1987 Ejectus à Religione, ſi in ſæculo habeat filios, non poteſt eorum vota irritare, quia per profeſſionem Religioſam amiſit poteſtatem dominativam. Sanch. 4. *Decal. c.* 35. *n.* 50.

## MATER

ETiam patre mortuo vota filiorum irritare non poteſt, niſi tutrix ſit, aut curatrix, Com.

## RELIGIOSORUM

1988 VOta [ minimè Novitiorum ] irritare directè poſſunt Papa, Generales, Provinciales, & Superiores locales abſoluti, nempe Abbates, Priores, Guardiani, Præſidentes, excepto voto tranſeundi ad Religionem ſtrictiorem, *ex cap. licet de regularibus*, quia quoad hoc Religioſus eſt ſubditus tantùm Pontifici. Poſſe tamen illud commutare, ait Gobat. *tom.* 3. *de voto num.* 205. *v. n.* 1919.

Prælatus inferior non poteſt directè irritare votum ſubditi à Superiore ratificatum.

## DOMINUS

1989 VOta illa ſolùm irritare poteſt ſervo directè, quæ præjudicant ejus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſervitio; in aliis enim ſervus eſt ſui juris. Non poteſt dominus irritare vota ſervi tempore ſervitutis emiſſa, poſt eam tamen implenda; quia ei non præjudicant. Nec poteſt irritare vota ſervi ante ſervitutem emiſſa, ſed ſolùm poteſt ea ſuſpendere, quantum ad id, quod ejus ſervitio obſtat.

## VIR

1990 Vota uxoris tempore ſubjectionis emiſſa, & ipſi præjudicantia, poteſt directè irritare; eſt communis. Minimè, non præjudicantia. Caſtropal. contra Sanchez, qui tenet etiam ea poſſe irritare ratione totalis ſubjectionis uxoris erga virum, ità ut ejus vota cenſeantur ſemper ſub conditione emitti: *ſi vir non contradixerit*: Excipitur votum Religionis, quando poteſt impleri, invito viro; nempe quando vir adulteravit, &c. quia in eo uxor non ſubditur viro. Sanchez.

1991 Poteſt directè irritare vota uxoris tempore ſubjectionis emiſſa, de re poſt ſubjectionem implenda. Bonac. quia ſunt facta tempore, quo uxor eſt ſub poteſtate viri. Non poteſt tamen irritare vota ante ſubjectionem emiſſa, tempore ſubjectionis implenda; ſed ſolùm ſuſpendere, ſi ipſi præjudicent. Idem dic de votis ab uxore, ſtante legitimo divortio, emiſſis; quia tunc non eſt in illis ſubjecta; unde facta reconciliatione ſuſpendi poſſunt à viro, non irritari.

## UXOR

1992 Vota viri ſive ante, ſive matrimonii tempore emiſſa, non poteſt directè, ſed ſolùm indirectè irritare, quoad materiam promiſſam, ſi ſibi, ſeu ſtatui matrimonii præjudicet; quia vir non ſubjicitur quoad voluntatem uxori, ſed ſolum quoad materiam, ſi ſit præjudicans; nam vir eſt caput uxoris, non uxor viri.

Unde uxor poteſt indirectè irritare v[illegible] viri de geſtando habitum Tertii Ordi[nis] Franciſci; ſed vir, decedente uxore, te[netur] illum deferre.

1993 Votum viri de uxoris licen[tia emiſ]ſum poteſt uxor indirectè irritare; q[uia li]centia conceſſa præſumitur ad ſui bene[placi]tum. Si verò non revocare promiſit, [li]citè, nec validè poteſt irritare; quia per[mi]ſſionem acceptatam ceſſit ſuo præju[dicio,] ob quod tantùm habeat jus irritandi. [Ex]emplum de voto ſervi, quod promiſit [domi]nus non revocare: Sicut enim domi[nus po]teſt integram libertatem ſervo dona[re, &] donatam, & acceptatam revocare no[n,] ità de libertate circa partialem mater[iam] dicendum. Tamb. de voto.

## QUÆRES

1994 *Duo conjugati poſt conſumm[atum ma]trimonium, mutuo conſenſu vota ab[ſolutæ ca]ſtitatis, & Religionis emiſerunt. An p[oſſint] irritare, & Epiſcopus diſpenſare?*

Dico I. Si mutuus conſenſus habea[t ratio]nem puræ licentiæ; tunc poteſt [...] licitè revocari, & votum irritari; q[uia (ut di]ctum eſt) licentia conceſſa præſumitur [ad be]neplacitum. Epiſcopus autem poteſt [diſpen]ſare non in voto abſolutè, ſed ad pete[ndum] debitum, etiam ſi Pontifex poſſit a[...] is, qui licentiam dedit, velit præſtare, [...] quiruntur, ut vovens ingrediatur R[eligio]nem; tunc námque non poteſt Epiſc[opus ad] petendum debitum diſpenſare. Tan[...] *8. de matr. diſp. 11. à num. 2.*

1995 Si autem mutuus conſenſus ha[beat] rationem contractûs, quando ſcilicet [...] licentiam intervenit pactum: *facio ut [...] voveo, ut voveas.*

Dico 2. tunc non poſſe Epiſcopum d[iſpen]ſare, neque ad petendum debitum, [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] neceſſitatis, puta ob periculum incontinentiæ, aut in educatione, & ſuſtentatione filiorum, & Pontifex non poſſit adiri. Quòd ſi conjuges mutuo conſenſu remittant ſibi hanc mutuam obligationem, qua ſe obligârunt ad mutuò vovendum; tunc poteſt Epiſcopus diſpenſare ſolùm ad petendum debitum, etiam ſi Pontifex poſſit adiri; quia per [illegible] remiſſionem, etſi illicitam, matrimonium reſtituitur in ſtatum priorem, quoad liberam facultatem pro utendi. Tenentur tamen ad caſtitatem conjugalem, & altero mortuo conjux, qui remanet, tenetur votum implere, niſi adſit periculum incontinentiæ, aut aliquid impediens Religionis ingreſſum. Tamburin. cit. n. 5. Ad id verò tenetur ratione voti caſtitatis, non ratione voti Religionis, quorum diſcrimen habes *cit. in n.* 1857.

1996 Dico 3. nec virum poſſe irritare votum uxoris, nec uxorem votum viri emiſſum [illegible] conſenſu per modum contractûs. Tamb. *lib. 9. de matr. diſp. 40. quæ.* 1. Leander *de voto diſp. 16. q. 131. ad* 133. cum communi, contra Palacios, & alios.

Probatur, 1. *auth. can. ex cap.* Quod Deo, [illegible] quod eſt, D. Auguſt. *Quod Deo patri* [illegible] *voveratis, perſeveranter uſque in finem reddere debuiſtis, à quo propoſito ſi ille lapſus eſt, tu ſaltim inſtantiſſimè perſevera.* 2. Ratione; quia per mutuum conſenſum, & contractum, videntur ceſſiſſe juri ſuo revocandi; adeóque nec licitè, nec validè poſſunt hujuſmodi vota irritare.

1997 Si autem hujuſmodi vota, conjuges mutuo conſenſu remittant ſibi hanc mutuam obligationem, qua ſe obligârunt ad mutuò vovendum, ſeu mutuò conſenſu tradant mutuam corporum poteſtatem; tunc validè poſſunt talia vota irritare, imò & licitè, ſi ſit cauſa. Ità iidem; quia per talem remiſſionem, licèt illicitam: *ut in nu.* 1975. matrimonium eſt reſtitutum ad priſtinum ſtatum, 1. Quia talia vota ſunt facta tempore ſubjectionis, 2. Quia talis mutuus conſenſus, ceſſio juris, & obligatio eſt contractus humanus, qui nec ex ſe, nec ex jure aliquo poſitivo perpetuitatem inducit; unde ſicut fuit mutuo conſenſu initus, ità poteſt mutuo conſenſu diſſolvi; quo diſſoluto, conjuges ex vi voti caſtitatis poſſunt reddere, non petere ante irritationem; facta verò mutuâ irritatione, reſtituuntur in priſtinum, ità ut poſſint reddere, & petere. Leander. *cit. q.* 132.

Ubi pondera, in caſu diſtingui mutuam obligationem ad vovendum, & mutuum votum; adeóque adeſſe duos contractus, unum inter ipſos conjuges ad vovendum, alterum inter ipſos conjuges, & Deum, cui votum emiſerunt.

## VOTA RESERVATA PONTIFICI

1998 Sunt quinque: *Caſtitatis perpetua, voti ſimplicis Religionis, & trium peregrinationem Jeroſolymam, Compoſtellam, & Romam devotionis cauſa.* Ut ſint reſervata, debent eſſe abſoluta, & perfecta: ſi in aliquo deficiant, licèt ſint valida, non ſunt reſervata.

1999 Generaliter loquendo, non ſunt reſervata quinque vota etiam caſtitatis, & Religionis, 1. Si ſint conditionalia, 2. Si pœnalia, 3. Si ſint emiſſa ex metu etiam levi, 4. Si ſub obligatione ſolùm veniali. In quibus caſibus tenent in ratione voti, & ſolùm cadunt à reſervatione: *v. n.* 2010, *&* 2011.

Quintò, ſi adeſt dubium de eorum valore, ſive dubium ſit juris, quatenus v. gr. Quæſtio eſt, An ſit verè votum, an verè reſervatum. Sive facti, quatenus dubium eſt, An adfuerint vera promiſſio, plena deliberatio, intentio, & alia ad voti, & reſervationis rationem neceſſaria. Gobat. *tom.* 3. *de voto, num.* 330. cum communi; quia reſervatio, ut

pote

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

potè odioſa, & gravis, eſt reſtringenda ad caſus certos, perfectè voluntarios, & graviores: *v. n.* 1789.

2000 Et ſpecialiter non ſunt reſervata, votum caſtitatis imperfectum, nempè caſtitatis conjugalis. Non petendi debitum. Non fornicandi. Non nubendi. Virginitatis pro prima vice. Votum expreſſum promittendi caſtitatem. Votum aſſumendi ordines ſacros. Votum caſtitatis, de quo eſt dubium, an ſit validum. Votum caſtitatis emiſſum ex metu etiam levi incuſſo ad illud extorquendum, & votum integræ caſtitatis, ſed ad tempus, ad quod rationabiliter præſumitur ætas hominis perventura. Item votum caſtitatis, quod unus conjugum ſine alterius licentia emiſit; quia non eſt caſtitatis perfectæ, nam manet cum obligatione reddendi debitum. Vota utriuſque conjugis non petendi debitum.

2001 Reſervatum tamen eſt votum caſtitatis emiſſum uſque ad octogeſimum annum, vel à ſeptuagenario per decem annos; quia cum ætas hominis regulariter ad octogeſimum annum non perveniat, tale votum cenſetur perpetuum.

2002 Reſervatum non eſt votum Religionis imperfectum: videlicet votum ingrediendi Religionem approbatam. Et votum Religionis ad tempus, eo modo, quo dictum eſt de voto caſtitatis,

2003 Votum ingrediendi Religionem equitum Militarium S. Joannis, non poteſt commutari, ſed eſt reſervatum; quia eſt vera Religio, emittens tria vota ſolemnia, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis perfectæ.

2004 Votum verò ingrediendi alias Religiones militares equitum D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, non eſt reſervatum, ſed poteſt commutari; quia de illis eſt dubium, & quæſtio; An ſint veræ Religiones; & dicti equites emittūt votum caſtitatis imperfectæ nempe conjugalis. Rodr. *in ſum, p...* *vot.* Leandr. *de voto v. n.* 746.

2005 Qui autem emiſit votum Reli... nis, non ſatisfacit, ingrediendo Ord... equitum S. Jacobi. Rodr, *in comp. ...* *reſ.* 40. *n.* 13. quia, qui Religionem... communiter intendunt ſtatum viven... communi, & à tumultu, faſtu, ac ... laribus alienum.

2006 Votum Religionis ſtrictioris ... commutari in laxiorem; quia votum ... gionis abſolutè eſt reſervatum. Item ... perſeverandi in Religione, prout diſ... à voto ingrediendi; nam votum Reli... reſervatum eſt, quo quis vult ingred... gionem, & in novitiatu eam ſine ... periri, aliter ex juſta cauſa egredi. In ... que caſibus non commutatur ſubſtanti... ſed qualitas.

2007 Vota trium peregrinationum ... ex devotionis cauſa, ſed ob alium fin... gr. ad oſculandos pedes Pontificis, ... reſervata. Si quando voviſti, ali... expreſsè non cogitaſti, præſumeris ... ex devotionis cauſa. Qualitates pere... di, v. gr. pedeſter, &c. commuta... ſunt, quia univerſaliter circumſtan... trinſecæ in votis reſervatis non ſunt ... tæ: ſed ſubſtantia, v. gr. peregrinatio... reſervata.

2008 Executio voti reſervati poteſt ... mutari, aut diſpenſari, quoad tempus, ... dilationem, quæ debet eſſe prudens, ... tanta, ut impediat executionem.

2009 Vota verè conditionalia, aut ... lia in materia reſervata, purificata con... ne, eſſe reſervata tenet Pontius, qui... evadunt abſoluta. Non eſſe autem reſer... probabile putant Leander, Tambur. & ... quia cum ſint emiſſa ſub conditione, ... vunt conſenſum imperfectum, ...

pend...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pendentem ab eventu futuro, nec purificatio conditionis facit, quin conſenſus fuerit imperfectus.

2010 Dixi: *verè conditionalia*, quia ſi particula ſignificet tempus, & æquivaleat particulæ *quando*, votum eſt abſolutum pro præſenti tempore, & reſervatum: unde in hoc voto: *Voveo caſtitatem ſi liberer à tempeſtate, infirmitate, &c.* ſi per particulam *ſi* intendis tempus executionis voti, votum eſt abſolutum; ſi autem intendas ſalutem, &c. pro conditione, votum eſt verè conditionale. Ad quod dignoſcendum, non poteſt aptior dari regula, quàm ex affectu voventis; ſi námque vovens affectu ad materiam voti, particula ſi æquivalet particulæ, *quando*: Si verò vovens affectu conditionis habendæ, putà ſalutis, &c. uti regulariter contingere ſolet, eſt vera conditio.

2011 Item conditio, ut votum cedat à reſervatione, debet eſſe voluntariè adjecta ex materiæ ejus amore, vel horrore, ſeu intuitu quovis; non ſufficit, ſi ſit naturaliter, aut ex juris diſpoſitione inſita. Unde votum caſtitatis ab impubere emiſſum, licèt ſit conditionatum, hac conditione: *Si pater conſenſerit* poſt pubertatem non poteſt à Confeſſario diſpenſari, aut commutari, ſed eſt reſervatum; quamvis pater poſſit illud irritare. Hac ratione vota ſolemnia Religionis ſunt reſervata, quamvis includant tacitam conditionem, qua Papa poſſit illa relaxare, ut dictum n. 1961. & 1679. Gobat, *tom. 3. de* *voto num.* 315. *v. à num.* 1979.

2012 Si quis voveat ſub disjunctione duo reſervata, caſtitatem videlicet, vel Religionem, neutrum commutari poteſt; quia utrumque eſt reſervatum.

2013 Si quis voveat ſub disjunctione duo vota, quorum unum eſt reſervatum, alterum non reſervatum, v. gr. caſtitatem, vel jejunium, utrumque poteſt commutari; quia tunc propter illam libertatem, quam habet eligendi jejunium, caſtitas non eſt abſolutè; & perfectè promiſſa: *v. n.* 1835.

2014 Factâ tamen electione reſervati, ſcilicet caſtitatis, omiſſo non reſervato, nempe jejunio, ſi partem reſervatam elegiſti per novum votum, erit reſervatum; minimè, ſi abſolutè elegiſti ſinè novo voto; quia tunc electio illa non eſt votum, ſed ſimplex voluntas, & propoſitum eam partem ſervandi præ alia; adeóque votum illud tunc non eſt reſervatum, ſed remanet in ſua natura, ſicut priùs.

2015 Idem dic, ſi altera pars non reſervata evadat impoſſibilis, v. gr. ſi vovens fiat impotens ad jejunandum; non enim tunc proinde altera pars, quæ eſt caſtitatis, evadet reſervata; quia illa impotentia non mutat voti ſubſtantiã ſub qua erat antea: per accidens námque eſt alteram partem eligi non poſſe.

QUÆRES I.

2016 *An materia ſubrogata pro voto reſervato ſit reſervata? Vovit quis abſolutè caſtitatem, ſed à Pontifice loco caſtitatis jejunium impoſitum fuit. An hoc jejunium poſſit commutari?*

Eſſe reſervatum, & incommutabile, tenent Canoniſtæ: quia ſubrogatum ſortitur naturam ejus, cui ſubrogatur. Non eſſe reſervatum, ac proinde commutari poſſe, imò & diſpenſari ab Epiſcopo, aut Regularibus, docent Theologi, Sanchez, Caſtropal. & alii; quia materia reſervata jam fuit à Pontifice in non reſervatum tranſlata; & fundamentum Canoniſtarum eſt verum in favorabilibus, non odioſis.

QUÆRES II.

2017 *Puella vovit B. Virgini perpetuam Virginitatem. An votum ſit reſervatum?*

Reſp. Si puella promiſit Deo, votum eſt verum, & reſervatum. Si non cogita-

vit de Deo, vel ſi cogitavit, non cogitavit de promiſſione facienda Deo, ſed ſolùm habuit intentionem honorandi B. Virginem, & illi ſoli ſe obligare; votum non eſt reſervatum. Gobat. *tom. 3. de voto num. 21. & 327.* quia non eſt verum votum. verum namque votum *eſt promiſſio facta Deo* & cultus latriæ; dictum autem votum eſt cultus hyperduliæ: *v. num. 269.*

2018 At, in dubio [ait Gobat] præſumendum eſt, promiſſionem eſſe factam Deo; quia ita regulariter fit. Unde promiſſio facta alicui Sancto, non eſt propriè votum, niſi promittatur Deo, de implendo, quod Sancto promittitur. At quia vulgò, & ſecundum communem uſum vocatur votum, cadit ſupra illud privilegium commutationis, diſpenſationis, &c.

De voto agunt Scotus *in 3. d. 39. qu. un. lit. O. in 3. d. 37. q. un. lit. A. d. 38. q. un. litt. A. B. C.* Maſtrius *diſ. 11. q. 3. n. 59.* Bonac. *tom. 2. pag. 278.* Joan. la Cruz. *pag. 29.* Buſem. *lib. 3. tr. 2. c. 3.* Mendo *in Epit. ver. votum.* Aloza *ver. votum.* Cleric. *cap. 46.* Caſtropal. Taner. Leander Ant. à Spir. Sanct. & Fagnanus ſæpè citatus

## DE III. PRÆCEPTO DECALOGI.

### *Sabbata Sanctifices.*

2019 IN veteri Teſtamento erat Divino cultui deſignatus dies Sabbati, qui in novo fuit abrogatus, & pro eo ab Eccleſia inſtitutus dies Dominicæ, Item præcepto eccleſiaſtico ſunt aſſignata alia feſta Domini, atque Sanctorum. Hoc præceptum præcipit ceſſationem ab operibus ſervilibus, à medio noctis antecedentis uſque ad medium noctis ſequentis, & obligat ſub mortali: *v. num. 166.*

2020 Opus ſervile dicitur, *quod ſpectat principaliter ad laborem corporis, & regulariter fit ab operariis, ac ſervis, & licèt* [illegible] *à dominis, potius fit à ſervis*: ut arare, [illegible] agere, & alia artis mechanicæ opera, [illegible] borem corporis ſolùm requirunt.

2021 Ultra hæc ſunt jure Canonico [illegible] ſub mortali prohibita quinque opera [illegible] ſervilia, ſeu actus forenſes: Mercatum, [illegible] civile, aut criminale, juramentum [illegible] omnis proceſſus, & actus judiciales, [illegible] illis, qui ob pietatem fiunt.

2022 Quoad mercatum, attend[illegible] conſuetudo locorum *Clericatus c. 47.* [illegible] Item teſtes poſſunt examinari die feſti [illegible] ramentum ſit datum die præcedenti, [illegible] cauſæ expeditio immineat ob bonum [illegible] mune. *Clericatus cit. num. 37.* & jude[illegible] amicabiliter partes componere.

2023 Ars liberalis dicitur, *quæ princ*[illegible] *ter ſpectat ad animum*: ut organa pulſa[illegible] reas agere, digladiare, &c.

2024 Inter opera ſervilia, & artes [illegible] les, ſunt opera media, quæ non prohi[illegible] tur, etiamſi fiant ob lucrum, ut venari, [illegible] ri, iter agere, &c.

2025 Comediæ non ſunt opera ſervi[illegible] In aliquibus tamen locis, uti Romæ, die[illegible] ſtis prohibentur; quia illæ, & ſimiles [illegible] maximè animum à Deo avertunt, [illegible] deles debent erga eum occupari.

Die feſto pugnare non eſt peccatum. [illegible] do *n. 4.* quia non eſt opus ſervile.

2026 Qui pluribus diebus feſtis per [illegible] cum tempus opus ſervile exercet, non [illegible] mortaliter, etiam ſi modica illa ſimul [illegible] le tempus conſtituant, quia præceptum [illegible] affixum diei adeoque opera illa non [illegible] nuantur moraliter; benè verò, ſi eodem [illegible] feſto per interpollatas vices parva opera [illegible] exerceret, quæ ſimul conſtituant quantitatem notabilem temporis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ita non peccat mortaliter, quia eſt cauſa, ut plures ſucceſſivè laborent, etiam ſi totum diem occupent, dummodò ſinguli per modicum tempus laboraverint; quia opus unius non continuatur moraliter cum opere alterius, & ſicut non peccant mortaliter operarii ſic laborantes, ita nec dominus præcipiens ſic eos laborare.

2027 A peccato excuſat, 1. conſuetudo: ſic ſæpè excuſantur Barbitonſores, & in pluribus locis Nundinæ, 2. Utilitas, nempè timor amittendi magnum lucrum, 3. Neceſſitas, ſive communis, ſive privata, propria, vel aliena, v. gr. ſi ſine gravi incommodo, detrimento, aut periculo opus omitti non poſſit, 4. Pietas in Deum, ut Templum vel ejus parietes paramentis ornare, minimè illis ſpoliare. Nec licet parietes fabricare, &c. niſi neceſſitas urgeat. Si cauſa ſit dubia, petenda eſt diſpenſatio ab Epiſcopo. Cujus etiam licentia eſt petenda in cauſa neceſſitatis ſi opus ſit publicum.

2028 *Hinc excuſantur piſtores, Macallarii Pharmacopolæ, Inſtauratores pontium, viarum, & quæ moram non patiuntur, Coquinarii, &c. Piſcatores Thunnorum, &c. qui certo tantùm anni tempore id poſſunt. Vindemiatores tempore vindemiæ. Sartores pro rebus neceſſariis in nuptiis, funeribus, &c. ſi aliter ſatisfacere non poſſint. Agricolæ, ſi laborent ad præcavendum damnum ob pluviam, aut tempus, quod prævident. Naucleri pendentes à ventis. Coctores calcis, &c. & quoties opus inceptum non poteſt ſine damno interrumpi. Servi, & ſervæ coacti à dominis ut laborent, qui tamen debent illos deſerere, ſi frequenter contingat. Iidem reficientes ſuas veſtes, ſi aliis diebus non poſſint. Pauperes, & artifices qui ſuam familiam alere non valeant, niſi laborent, ſi ſine ſcandalo faciant.* Communis.

2029 Cæterùm pro nuptiis, & aliis cauſis, quorum executio eſt in libertate dominorum omninò curare debent domini, ut vel executionem negotii poſt tot dies poſtponant, vel operariorum laborem per tot dies anticipent quod ſufficit, ut dies feſtivi medii vacent; alioquin eos à peccato mortali non excuſo, benè verò, ſi ſine gravi incommodo nec poſtponere, nec uti ſupra anticipare valent.

2030 Denique à mortali excuſat parvitas materiæ: talis erit, ſi labor unam, aut duas horas non excedat.

2031 Licitum eſt docere, ſcribere, & tranſcribere etiam pro pretio; quia non ſunt opera ſervilia, ſed liberalia. Nec pretium facit opus eſſe ſervile, ſi ex ſe tale non ſit Sicut econtra, non licet facere opus ſervile gratis; quia per hoc non ceſſat eſſe opus ſervile.

Plures inter liberalia comprehendunt pingere; non licet autem colores terere. Similiter licet characteres, ſeu typos componere, minimè tamen imprimere; quia componere magis expoſcit applicationem mentis, quàm exercitium corporis; unde non eſt ſervile, ſed liberale opus quod non valent efficere ſervi.

2032 *Licitum eſt iter agere, jumenta ducere, canere, ſonare; quia ſervilia non ſunt. Item ad vitandum otium, & recreationis gratia licitum eſt venari, aucupari, piſcari ſaltem in fluminibus, & mulieres acu pingere,* aut alio modo manibus laborare, ne tota die otio vacēt. Mendo *in Epit. ver. feſti dies n.6.* Itē licet iter agentibus jumēta ſuppellectilibus onuſta ducere & ferrariis laminas ferreas pedibus imponere ob neceſſitatem.

2033 Probabile eſt, dominum poſſe licitè die feſto injūgere mācipio infideli opera ſervilia, etiam in ſui commodum, ſicut quilibet poteſt ea injungere infantibus, & perpetuò amentibus, quia non ſubjiciuntur legi Ec-

 cleſiæ;

cleſiæ;&eadem ratione licitè poteſt dominus infideli miniſtrare carnes die veneris. Cæterùm puto ſtandum eſſe ſententiæ negativæ, ſi labor mancipii ſit incommodum ipſius domini, quia tunc ſervus laborat,ut inſtrumentum domini, adeóq; moraliter domino opus ſervile imputatur. Diana *p.5.tr.14.reſ.7.* famulos laborantes diebus feſtis juſſu domini peccare, ſi abſq; gravi detrimento recuſare poſſint, vel eos deſerere. Secus,ſi grave detrimentum paterentur, v.gr.quia alium non reperirent, cui inſervire; tenet Clericatus,*c.52.n.8.*cum S. Ant.*p.2.tit.9.c.7.§.ult.*

2034 Licitum eſt advocato die feſto informare Judices in ſcriptis;& civibus convenire ad conſilia, ac perſonas ad officia eligere; quia non ſunt opera ſervilia, nec aliunde prohibita: *v.in prop.52.*ab Innoc XI.*damn.*

2035 Ex Decl.S.Congr.Rituum 11.Martii 1690.Feſtum Annunciationis B. Virginis,ſi contingat feria 6.in Paraſceve,transfertur unà cum Præcepto,&Officio ad feriam 2.poſt Dominicam in Albis; unde tunc, & non feria 6.tenentur fideles abſtinere à ſervilibus,& audire ſacrum.

Ex Decl. ejuſdem S. C. R. 13. Septemb. 1692.ſi feſtum S. Joſeph contingat feria 5. Majoris hebdomadæ, Officium Sancti eſt transferendum ad aliam diem juxta Rubricas,præceptum verò audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus ſervilibus,non eſt transferendum,ſed ſervandum eadem feria.5.Adeóque celebrandæ ſunt Miſſæ privatæ ante celebrationem ſolitæ Miſsæ Conventualis.

Scotus *in 3.d.q 37.qu.unic.litt.D.* Maſtrius *diſ.11.q.4.n.71.*Bonac.*tom.2.pag.327.* Joan. la Cruz.*pap.47.*Tamb.*to.1.lib.4.c.3.* Leander *to.3.tr.1.*Buſemb.*lib.3.tr.3.dub.1.*Mendo,& Clericatus citati,

## DE IV. PRÆCEPT[O] DECALOGI.

*Honora Patrem tuum, & Matrem tu[am]*

2036 Filii, & ſubditi reſpectivè [...]re tenentur parentibus, [...]rioribus, amorem, reverentiam, & [...]tiam: ita ut, ſi in his graviter defi[ciant] peccent mortaliter , & debeant [in con]feſſione circumſtantiam aperire, [quia] trahunt malitiam ſpecie diſtinctam [...] peccant contra pietatem. Pietas eſt [...] ſpecies, quæ ab illa diſtinguitur per ho[c quod] reſpiciat Parentes, Patriam, & Con[sangui]neos.

2037 *Filius mortaliter contra amor[em pec]cat 1.ſi parentibus ſigna odii oſtendat, [...]tem, aut grave malum illis exoptet. [...] ceſſitate corporali, aut ſpirituali urgen[ti] & non ſubveniat: v. n. 179.4. Si [...]res, eorum vota, legata, & teſtament[a non im]pleat.*

2038 *Contra reverentiam, 1. S[i ...] contumelioſis, &c. graviter offendat; [...] etiam leviter percutiat. Imò etiam ſi [...] ad percutiendum deliberatè elevet, 3. [...] peres agnoſcere nolit, & deſpiciat. S[i ...] juſta cauſa nolit eos apud ſe habere, [...] exteriùs ſe noſſe diſſimulet, modo de ne[ceſſar]iis proſpiciat, à gravi peccato excuſat[ur ...] in tali caſu parentes non ſunt ration[abiliter] inviti, 4. Si in foro externo etiam de [cri]mine accuſet, excepto crimine hæreſis [...]nis Patriæ, & conſpirationis in Princip[em ...] tom.2.n.268.*

2039 *Contra obedientiam, ſi in iis, qu[æ ad] bonos mores, & gubernationis onus ſpect[ant] ubi res gravis eſt, ſit inobediens, 2. S[i ...]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*expreſſam Parentis voluntatem ducat uxo-rem non ſe indignam. 3 Si nupſerit parenti-bus inconſultis. Si tamen conſuluit, illi verò diſſenſerint, poteſt iis invitis nubere, ſi ſponſa ſit ſe digna; nam in electione ſui ſtatus eſt ſui juris.* Bonac. & Buſem.

2040 Filii puberes, minores tamen 25. annis, ex jure communi ſunt ſub parentis po-teſtate, etiam ſi conjugati, & Sacerdotes. Ju-re tamen Caſtellæ, conjugati eximuntur poſt benedictionem Eccleſiæ.

In caſu extremæ neceſſitatis, filius priùs tenetur ſuccurrere Patri, quàm ſuis filiis. Mendo, *ver. parentes num.* 5. quia plus illi debet.

PARENTES

2041 PRæſtare tenentur filiis inſtructio-nem, ſeu educationem, bonum ex-emplum, correctionem, & alimenta, ità ut ſi graviter defecerint, peccent mortaliter, et-iamſi proles ſit ſpuria.

2042 Mater tenetur prolem alere uſque ad annum tertium. Deinde tenetur eam alere pater uſque ad emancipationem, & dotem da-re filiæ, etiam volenti Monaſterium ingredi.

2043 Pater tenetur alimenta præſtare fi-lio ſecundùm convenientiam ſtatus.

2044 Mater tenetur per triennium lacta-re filium, naturalem, aut ſpurium. Quòd ſi non poſſit, tenetur pater ſolvere expenſas. Poſt triennium tenetur pater illi alimenta da-re etiam ex redditibus Eccleſiaſticis, ſi alia bona non habeat; & filiam ſpuriam dotare. Si pater non valeat, obligatio cadit in ma-trem, & in hujus defectum, tenentur avi, & aſcendentes, primo loco aſcendentes pa-tris, ſecundo loco aſcendentes matris; ſi verò talis filius factus adultus, poſſit ſibi conſule-re, & habeat, unde ſuſtentari, tunc non te-nentur parentes ad alimenta. Mendo *cit.* quia ſola natura expoſcit, ut neceſſitati providea-tur; adeóque hac ceſſante, obligatio natu-ralis ceſſat.

2045 Et addidit Mendo: *Si dubitetur, quiſ-nam è duobus ſit pater filii illegitimi, uterque tenetur pro medietate eum alere; ſi unus nolit, alter non tenetur integra alimenta præſtare, quia filius non habet integrum jus contra il-lum. Si autem alter ſit ditior, aut nobilior, te-netur plus præſtare, quàm minùs nobilis, aut dives, quia ex ſe divites, & nobiliores debent filiis præſtantiora ſuppeditare alimenta.*

2046 Parentes mortaliter peccant, ſi ex-ponant filios hoſpitali, niſi eos alere non poſ-ſint; aut niſi adſit periculum infamiæ, aut gravis damni, ſi proles ſit ex fornicatione, ut infra de Irreg. Natalium.

2047 Si pater, qui filium Hoſpitali expo-ſuit ad vitandam infamiam, aut periculum damni, ſit dives, utique non peccavit mor-taliter, ſed difficultas eſt, *An teneatur reſti-tuere expenſas alimenti Hoſpitali?* Affirmant Sanchez, & Azorius apud Tamb. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. §. *n.* 4. *&* 5. & talem volunt debere tenere animum, quando exponit. Probabile putat Tamb. *cit.* cum Henriquez, & Dicaſtil-lo, quòd non teneatur; ídque *ex præſumpta voluntate fundatorum; qui in Hoſpitalium erectione videntur cujuſcunque generis neceſ-ſitatibus voluiſſe conſulere.* Addit tamen Tamb. ſententiam Layman, id poſſe præſu-mi, ſi Hoſpitale ſit dives, ſecus, ſi pauper.

2048 Regulariter non tenetur mater adul-tera declarare, quòd proles primogenita ſit ſpuria; quia bona fortunæ, quibus proles le-gitima privaretur, cedunt bono famæ, quo mater privaretur; nam eſt altioris ordinis. Tum quia viro vivente, aut fratre, &c. immi-neret inde grave damnum matri. Quod ſi im-prudens mater declararet prolem eſſe ſpu-riam, non teneretur proles ei fidem adhibe-re, quia cum talis declaratio repugnet natu-

rali pietati maternæ, non videtur carere ſuſpicione averſionis ab uno, & ſpecialitatis cum alio: *v. num.* 39.

2049 Conari autem debet mater damna legitimæ proli alio modo compenſare, vel ſpurium ſuaviter inducendo, ut fiat Eccleſiaſticus, ſi ſit idoneus, vel de bonis propriis plus legitimæ proli diſtribuendo.

2050 Faciliùs à reſtitutione excuſatur pater ſpurii; quia vel damnum ab adultera compenſandum credit, vel quia rarò poteſt certò ſcire, prolem ſuam eſſe, & non alterius: *v. num.* 40.

## LEGITIMA

2051 Debetur filiis legitimis, tam ex bonis patris, quàm ex bonis matris. Et è converſò, filii, ſi carent deſcendentibus, debent legitimam aſcendentibus, nempe patri, aut matri, ſi adſint; quæ non debetur, niſi poſt obitum. Legitima, jure Cæſareo, ſi filii ſint quatuor, aut pauciores, eſt tertia pars bonorum [deductus ære alieno, & expenſis pro funere] æqualiter dividenda; ſi verò ſint quinque, aut plures, eſt media pars bonorum; de aliis autem partibus extra legitimam parens poteſt diſponere ad ſui placitum. Pro quo ſunt duo carmina.

*Quatuor, aut infra, dant natis jura trientē.*

videlicet tertiam partem.

*Semiſſem verò dant natis quinque, vel ultra.*

videlicet dimidiam partem.

2052 Hic autem eſt ſermo de bonis liberis ab ipſis nempè parentibus acquiſitis, minimè de bonis vinculatis, ab Avis ſcilicet, aut Pro avis in teſtamento relictis cum vinculo, ut tali, vel tali forma, & conditione ſucceſſivè tranſeant ad hæredes; de his námque hæredes non poſſunt in teſtamento diſponere ad ſui libitum, ſed juxta vinculorum formam.

2053 Legitima non debet accipi toto cumulo hæreditatis, ſi ſit debitis grava[ta] accipi debet ex eo, quod ſupereſt, ded[uctis] ære alieno, & expenſis funeris. B[...] 2. *pag.* 196. *num.* 5. Conſtat ex ejus defini[tio]ne; legitima enim definitur: *Portio qu[æ] accepta à tota hæreditate, deductis pri[us ære] alieno, & expenſis, funeris.*

Vota autem realia, & legata à te[ſtatore] relicta, ſunt quidem ab hærede ſolven[da], non priùs deducenda; prius enim e[x cu]mulo hæreditatis [ſolo ære alieno, [& ex]penſis funeris prius deductis] eſt acc[ipienda] legitima. Ratio diſparitatis eſt; quia vo[ta &] legata oriuntur ex liberali diſpoſitione [de]functi, quæ nocere non debet hæredi [...]rio: debita verò oriuntur ex juſtitia com[mu]tativa, quæ nocet hæredi; nam nemo p[oteſt] ex bonis alienis ditari; debita autem ſ[unt bo]na aliena, adeóque nocent hæredi: *v. num.* 1839.

2054 Teſtator non tenetur dare legi[timam] filiæ jam dotatæ; Molina *to.* 1. *de juſtit[ia]* *diſ.* 177. *pag.* 678. quia Dos æquiparatu[r legiti]mæ. Imò nullam actionem habet filia [...] in officium teſtamenti; ſolùm petere p[oteſt] complementum legitimæ ab hæredibus [&] legatariis, ſi dos fuerit eâ minor.

2055 *Plures ſunt caſus, in quibus p[ater] poteſt filium exhæredare, 1. Ob ingratitudi[nem], ſi gravem injuriam intulit patri, [ſi] ejus vitæ inſidiatus ſit, aut manus injece[rit], Si novercam, hoc eſt uxorem patris carnali[]ter cognovit, 3. Si cum gravi diſpendio pa[tris] tum bona dilapidavit, 4. Si teſtamentum [pa]rente condi impedierit, 5. Si patri in carcere detento ſuccurrere negavit fide jubendo, 6. [Si] patrem accuſet: ut in n.* 2038. 7. *Si filia [ante] annum* 25. *vitam elegerit luxurioſam. Qu[æ] ſimiles cauſæ valent, quando filiis alimenta [ſu]pereſt, unde vivant; alioquin pater tenetur [ne]ceſſaria alimenta præſtare.* Com. Scotti in [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]n.lit.C.in 4.d.6.q.10.litt.E.diſt.15. q.[illegible]KK, Maſtrius *in Theol. mor. diſ.* 15. [illegible]Bonac. *tom.* 2. Joan. la Cruz. Tamb. [illegible]*lib.*5.*c.*2.Buſenb.*l.*3.*tr.*3.*c.*2.*Clericatus* *c.*49.Mendo *cit.*

## FRATER

2056 DIves tenetur alere Fratres, aut Sorores pauperes, etiam ſi ſint uterini. [illegible] tenetur ſorores dotare, ſi non ſint à Pa[illegible]. Molina *de juſt.tom.*3.*diſ.*224.Sur[illegible] *de alimentis tit.*2.*q.*25.*n.*9.&fratri decedenti ab inteſtato illi ſuccedunt, Rot. *par.* 19. [illegible]*n.*14.*Clericatus c.*51.

## OBEDIENTIA

2057 EStvirtus moralis inclinans ad implendum ſuperioris imperium.

2058 Virtute voti obedientiæ teneturRegularis Superiori obedire quoad omnia, quæ [illegible] ſecundum regulas, & conſtitutiones Ordinis, ſive directè, & explicitè, ſive indirectè, & implicitè.

2059 Ea dicuntur indirectè, implicitè in Regula contineri, quæ ſunt valdè neceſſaria, [illegible] quibus Regula commodè obſervari non poteſt. Adeóque non poteſt Superior quaſvis [illegible] macerationes præcipere, quamvis ad [illegible] Regulæ obſervationem ordinen[illegible] *lib.*4.*c.*1.*dub.*4.

2060 Hinc, non tenetur ſubditus obedi[illegible], quæ ſunt contra Regulam; niſi Supe[illegible] talis, qui poſſit in ea diſpenſare, & cauſa legitima adſit.

2061 Nec in iis, quæ ſunt ſupra, ſeu præter Regulam, ut eſſent notabiles macerationes, [illegible] præcipiantur in pœnam culpæ, aut [illegible], tunc namque tenetur ſubditus obedire.

2062 Et ſubdit Buſenb. *cit. Nec refert Regulæ jubeant in omnibus obedire; id enim non de obligatione voti, ſed obedientiæ perfectione intelligitur.* Ita Suarez, Sanch. 6. *mor. cap.* 2. & Layman.

2063 Si Superior in iis, quæ præcipere poteſt, præcipiat, *In virtute Sanctæ obedientiæ: In virtute Spiritus Sancti: In Nomine Jeſu Chriſti:* aut ſimili forma, tenetur ſubditus ſub mortali obedire; quia intendit obligare, quantum poteſt. Sub veniali, vel nullo, ſi aliâ formâ utatur. Buſenb. *cit.*

2064 Caveat tamen ſuperior, ne ſit levis in præcipiendo *in virtute Sanctæ obedientiæ*, quia hoc eſt præceptum formale obedientiæ, & ſuperioris gladius, qui non niſi raro, ex graviſſima cauſa, & eximia prudentia, eſt evaginandus, juxta dicenda de caſuum reſervatione, & excommunicationis fulminatione.

2065 Nec peccat non obediendo, ſi rationabiliter credat ſuperiorem non fuiſſe præcepturum, ſi veritatem ſciviſſet. Alarius *n.* 20.

2066 In dubio, an res, quæ præcipitur, ſit licita; vel an adſit juſta cauſa præcipiendi? ſubditus obedire tenetur. Alarius *pag.*328. *n.* 25. Buſen. *cit.* Quia ſuperior eſt in poſſeſſione præcipiendi; & nemo eſt ſpoliandus jure certo per ſuperveniens dubium.

2067 Non tenetur tamen obedire, ſi prudenter timeat grave malum, aut damnum ex impletione præcepti oriturum. Alarius *n.* 19. Buſen. *cit.* quia in dubio favendum eſt ei, de cujus damno agitur.

Omninò vide dicenda in peccato mortali, de inobedientia formali, & ſupra *n.*201.

## REGULA S.P. DOMINICI

2068 NEc Fratres, nec Sorores obligat ſub culpa mortali, aut veniali, ſed ſolùm ad pœnam; niſi propter præceptum, aut contemptum. Conſtat ex initio Conſt. & docet D. Thomas 2. 2. *q.* 186. *artic.*

*artic. 9. ad* 1. Fagnan. *lib. 3. cap. Explicari 3. de obſerv. jejun. pag.* 618.

2069 Pœna ſolet eſſe in ipſa conſtitutione taxata, ità ut trangreſſor debeat ex ſe pœnam implere; & tunc ſi non impleat, neque venialiter peccat, quia non tenetur ſub culpa. Si verò ea pœna præcipiatur à Superiore ſpeciali præcepto, tunc non implens culpa non caret; quia tunc præceptum eſt ab homine, & ſubditus ex voto tenetur Superiori obedire; nam pœna illa (ut ſupponitur) eſt explicitè, aut implicitè in Regula: *v. num.* 2057.

2070 Contemptus habetur, quando quis agit contra Regulam, in quantùm renuit ſubjici ordinationi Regulæ. D. Thomas 2. 2. *q.* 186. *ad* 3.

2071 Non erit autem contemptus, ſi contra Regulam agat ex concupiſcentia, ira, aut alia paſſione, etiam ſi frequenter; frequentia enim non importat formaliter contemptum, ſed ſolùm diſpoſitivè; in quantum, qui frequenter contra legem agit, diſponitur, ut tandem contra legem agat, renuens legi ſubjici, juxta illud Prov. 18. *Impius, cum in profundum venerit peccatorem, contemnit*; & tunc eſt contemptus formalis. Prologus Conſt. Ordin. Præd. Litt. N. vide infrà, de contemptu formali.

De Regula Clariſſarum infrà, cum de jejunio.

De voto Obedientiæ, fusè agunt Donatus *tom. 3. tract.* 17. & Pelliz. *de Monialibus cap. 4. & 10.*

## DE V. PRÆCEPTO DECALOGI.

*Non occides.*

2072 H*Omicidium eſt injuſta hominis occiſio.* Eodem præcepto prohibetur mutilatio: *Quæ eſt membri amputa*... & omnis læſio corporis.

### HOMICIDIUM SUI IPSIUS.

2073 NEmini licet directè ſe ipſum ... dere, aut mutilare; qui ... Deus eſt noſtræ vitæ, ac membrorum ... Corporis Dominus. Hinc peccaret mor... ter, qui ſe ipſum caſtraret ad tentationes ... dandas.

Imò peccant mortaliter, qui filios ... conſentientes caſtrant, ut ſint apti ... Caramuel. *in theolog. fund. à nu.* 1601. ... verò à peccato excuſant plures Doct. ... *lib.* 6. §. 1. Maſtrius *diſp.* 11. *num.* 16... in horum caſtratione habetur utilitas; ... inde fiunt ſonori cantores pro ſervitio ... publicæ, & Eccleſiæ ad divinas laudes, ... utilitas compenſat, nocumentum illud ... poris, & æquivalet neceſſitati; unde ſicut ... neceſſitate corporis licitum eſt mem... abſcindere, ità pro præfata utilitate ca... Adde, in praxi hos in toto Orbe Chriſt... permitti.

1074 Non licet damnato ad mortem ... ſumptionem veneni, illud ſponte ſua ... pato tempore ſumere. Mendo *ver. Hom... dium*; quia eſſet homicidium directum ... poſitivum ſui ipſius.

2075 Homicidium negativum, ſeu ... rectum ſui ipſius, tunc habetur, quando ... aliquid facit, vel omittit, ex quo mors ... quitur. Poteſt eſſe licitum ex bono, & ſuffi... cienti fine. Licitum námque eſt, pro ... Patriæ, Reipublicæ, Principis, aut alte... perſonæ Reipublicæ plus neceſſariæ, ... ſe exponere.

2076 At non licet morti ſe exponere ... vitam alterius privati, in quo non relu... catio publici boni; niſi ſit amicus ità cha... quòd cenſeatur (ut vulgò dicitur) *alter* ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia ordo charitatis à ſe incipit. Et multo minus licèt pro ejus bonis ſervandis.

2077 In nullo autem caſu licet vitam ſpiritualem animæ periculo exponere.

2078 Damnato ad mortem non licet ſinere ſe mori ex inedia. Mendo *cit.*

2079 Licet autem ſe exponere periculo remoto, ubi eſt ſpes evadendi. Sic licet ſe longæ navigationi committere. Item licèt ſe diſcruciare macerationibus, & jejuniis affligere, quamvis prævideat mortem anticipari. Mendo *cit.* quia eſt cooperatio valdè indirectè, & remota. Non licet autem ità indiſcretè ſe maceratione, ut adſit periculum proximum mortis, aut amiſſionis ſalutis.

2080 Aliquando licet aliquam cauſam ponere, ex qua indirectè ſequatur mors, & ſic à licet tempore peſtis infectis ſervire cum certo vitæ periculo; quia directè intenditur bonum publicum: 2. ad vitandum incendium violentiæ ſe præcipitem dare; quia hic directè intendit vitare mortem diriorem.

QUÆRES.

2081 *An in bello navali liceat militibus, quibus nulla eſt ſpes hoſtes vitandi, navim incendere, aut perforare, & mari ſe committere, ita ne cum navi, & opulenta præda in hoſtium manus deveniant?*

Negant plures, quia eſt directa occiſio ſui, quæ nunquam licet. Maſtrius *diſ.* 3. *num.* 31. *& diſt* 11. *num.* 104.

Aliis autem licere, & non eſſe directam ſui occiſionem, tenet Buſemb. & Tamb. *in dec. lib.* 2. *c.* 1. § 1. *num.* 8. *cum multis: Quia ſine directa ſui occiſione poteſt* 1. *quis ſe objicere telo, gladio, ad ſervandam vitam amici, aut Principis, vel ejuſdem injuſtè damnati ad mortem vices ſubire:* 2. *poteſt in naufragio tabulam, quam pro ſe arripuit, amico cedere:* 3. *poteſt pulverem incendere ad evertendam turrim, & perdendos hoſtes, quamvis ſciat ſe obruendum. Sic lib. 1. Machab. cap. 9 Eleazarus, ut turrim ligneam hoſtium Elephanti impoſitam everteret, Elephanti ſe ſuppoſuit, eumque gladio confodit, cujus lapſu ipſe quoque corruendus erat, & corruit: ita pariter in caſu propoſito.*

2082 Ratio eſt, quia eo actu directè non intenditur mors, ſed bonum publicum, ne hoſtis potiatur navi cum opulenta præda, quibus augeantur ejus vires in grave damnum Patriæ, & principis. Tum quia hoc præceptum includit duo, unum de non occidendo, & eſt negativum, quod ſemper obligat, ità ut nunquam, & in nullo ſtatu liceat alicui directè ſe occidere; aliud de vita conſervanda, & eſt affirmativum, quod proindè non obligat ad propriam, vel alterius vitam cum valdè gravi incommodo conſervandam.

HOMICIDIUM ALTERIUS.

2083 Licitum eſt occidere aggreſſorem ſuæ vitæ, vel alterius. Item in defenſionem honoris, caſtitatis, vel alterius virtutis, ac bonorum neceſſariorum pro ſuſtentatione vitæ, & conſervatione ſtatus ſui, & ſuorum; dummodò defenſio fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ratio eſt, quia hæc non eſt directa occiſio, ſed juſta defenſio; quilibet enim jure naturæ habet jus ad tuendam ſuam vitam, honorem, & bona.

QUÆRES.

2084 *An liceat privata auctoritate tyrannum occidere?*

Si nomine tyranni intelligatur ille, qui eſt legitimus Princeps, ſed tyrannicè, & dirè regit, non licet, & oppoſitum aſſerere eſt hæreſis damnata à Concil. Conſtantienſi ſeſſ. 15.

Si intelligatur ille, qui non eſt legitimus Princeps, ſed invaſor; abſolutè affirmant licere plures Doctores apud Dianam *part. 5. tract. 4. reſ. 21.* quos ſequitur Maſtrius *in theolog. mor. diſp. 8. q. 2. n. 27.* ſi majora non timeantur mala; quia licet occidere hoſtem, & hic eſt hoſtis gerens quaſi continuum bellum cum Rege.

Dico cum Filliuccio *tom. 2 tract. 28. cap. 1. num. 14.* ſolùm licere, dum actu Regnum invadit, minimè poſtquam invaſerit, præſertim ſi Regnum pacificè poſſideat; quia tunc res tam gravis non eſt remittenda privato judicio, ſed ſpectat ad publicum totius Regni, ſeu capitum. Hanc ſententiam tenet Diana *cit.* ritè addens, priorem non eſſe conſulendam; nam eſt reverà periculoſa: *vide num. 298.*

## MODERAMEN INCULPATÆ TUTELÆ.

2085 Tunc habetur, quando defenſio, aut vitatio mali, aliter, ſeu alia via haberi non poteſt; ſed aggreſſoris occiſio eſt unicum, & ſingulare medium ad illam.

Hinc 1. Si dum te defendis, aggreſſor fugiat, non licèt eum inſequi, & occidere. 2. Si potes mortem vitare fugiendo, & teneris fugere, ut tenetur Religioſus; niſi ex fuga prævideas te occiſurum. Nobilis, & miles non tenetur fugere; quia fuga ei cedit in amiſſionem honoris, & grave dedecus. 3. Si aggreſſor, injuriâ jam illatâ, v. gr. alapâ jam inflictâ, actu fugit, non licèt eum occidere; quia id eſſet vindicta privata.

2086 Dixi, *bonorum neceſſariorum pro ſuſtentatione vitæ, & conſervatione ſtatus;* quia modicum incommodum in amiſſione boni temporalis non eſt menſurandum cum graviſſimo damno vitæ aggreſſoris: talis eſt amiſſio unius, vel alterius aurei; imò & plurium, quot attentâ conditione perſonæ invaditur, non ſunt neceſſaria natur[æ] ſtatui; ac proinde pro ejus conſervation[e] licèt aggreſſorem occidere: *vide num.*

2087 In qua re [addit Cardenas] qui fugere non tenetur, nempe nobil[is] miles, invadatur à fure, qui inten[dit pal]lium modici valoris, v. gr. unius, au[t qua]tuor aureorum, ab eo eripere; poteſt defendere opponendo gladium, & [cum] fur deſiſtat, & fugiat, non poteſt eum [inſe]qui, & occidere; ſi verò fur etiam gladium contra dominum rei edu[cat] vir ille poteſt ſe defendere defenſione [occiſi]va, cum moderamine tamen inculpat[æ tute]læ; quia tunc eſt defenſor non rei mate[rialis] ſed honoris, & vitæ; nam tunc fur eva[dit ag]greſſor, non ſolùm contra rem materi[alem] ſed contra ejus honorem, & vitam. D[enique] ſi pallio jam ablato, fur fugiat, no[n poteſt] dominus eum inſequi, & occidere; qu[ia] jam injuria ſit illata, non eſſet defenſor hono]ris, & vitæ, ſed rei temporalis erga quam non licèt vita furis compenſare.

2088 Religioſus poteſt à fure ſe d[efen]dere, clamando tamen, aut fugiendo, [mi]nimè defenſione occiſivâ; quòd ſi h[oc] modo ſe defendere non valet, pallium relinquat, & eum Deo commendet: *vid[e] prop. 30. & 31. ab Innoc. XI. damn.*

2089 Non licet viro honorato occi[dere] invaſorem, qui nititur calumniam [inferre] aut infamias. Nec licèt alicui ſe defe[ndere] defenſione occiſivâ, contra injuſtè impe[dien]tem; ne hæreditas adeatur, ne bona [quæ] actu non poſſidemus, obtineamus, & [ſi]milibus caſibus. Ratio, inquam, eſt; qu[ia] cedit in maximum Reipublicæ diſcrimen[...] enim uſurpatio juris Reipublicæ, quæ p[ro]pterea Judices, & Tribunalia plura con[ſti]tuit, ut populorum injuriæ punitione [com]penſen[tur].

perimtur, & jura, ac bona illæſa ſerventur. Si quilibet poſſet privata authoritate ad præfata mala impedienda alium occidere, cum hujuſmodi injuriæ, vexationes, &c. ſint quotidianæ, quotidiana eſſent homicidia, & ſic publica quies, & pax maximè perturbaretur.

Imò, ſi in his caſibus poteſt authoritate publicâ malum impediri, ceſſat moderamen inculpatæ tutelæ, ſine quo nullo pacto eſt licita occiſio alterius; occiſio, inquam in his caſibus non eſt unicum medium, cum poſſit malum aliâ viâ reparari; demum nullus eſſet de ſua vita ſecurus; quia in cauſis, litigiis, & actionibus humanis, homini proprio commodi amore obcœcato non deficiunt prætextus, atque colores, quibus cenſeretur inſidiatus, injuſtè impetitus, &c. *vide propoſit.* 17. & 18. *ab Alex. damn. & in prop.* 30. 32. & 33. *ab Innoc. XI. damn.*

2090 Non licet uxorem, ſororem, aut filiam in adulterio deprehenſam occidere, nec adulterum; quia injuria eſt jam illata, & nemini licèt injuriam jam illatam privatâ authoritate reparare; quoniam id ſpectat ad jus publicum: hinc leges civiles, quæ id permittebant, ſunt correctæ à Jure Canonico.

2091 Hinc adulteri reperti in fragranti crimine poſſunt ſe defendere contra maritum occidere volentem, etiam defenſione occiſivâ, potiori jure, quàm banniti.

2092 Banniti enim, ſeu proſcripti à principe cum licentia eos impune occidendi, poſſunt contra aggreſſores ſe defendere, etiam defenſione occiſiva. Tamb. *in dec. lib.* 6. *cap.* 1. §. 1. *n.* 8. quia per ſententiam Judicis non amiſerunt jus ad vitam tuendam; verú tamen eſt, quòd poſſint ſine peccato occidi.

2093 Si autem vir videat adulterum accedentem ad violandum ſui thorum, ſi alio modo impedire non poſſit, poteſt ſe opponere gladio; & ſi ille fugiat [ ut eſt veriſimilius ] non poteſt illum inſequi, & occidere; quia jam injuria eſt impedita. Quòd ſi adulter ſit audax, & ſuum gladium contra virum educat, & in uſu gladii perſiſtat; tunc poteſt vir ſe defendere defenſione occiſivâ; tunc námque defendit honorem, & vitam: ut *num.* 2087. *& in propoſit.* 19. *ab Alex. VII. damn.*

2094 Puella, & mulier honeſta, ſi in ſua pudicitia, & caſtitate opprimatur, non debet ſe occidere, aut mutilare, v. gr. linguam, &c. Quod ſi aliquæ ſanctæ fecerunt, ex ignorantia, aut interiori Spiritus Sancti flamma egerunt, *n.* 2073. Nec tenetur oppreſſorem occidere. Debet tamen ſe defendere clamando, & quantum debiles ejus vires permitunt, ſe opponendo; quòd ſi alia via ſe defendere non poſſit, non tenetur, ſed poteſt ſe defendere defenſione occiſivâ: *v. n.* 2083. tunc námque: *Si invita violabitur, virginitas duplicabitur ad coronam.*

2095 Qui occidit hominem pro defenſione ſuæ vitæ: ut *in num.* 2083. cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec peccat, nec evadit irregularis. In aliis autem caſibus, licèt non peccet, fit irregularis ex defectu lenitatis: ita ex jure.

2096 Qui occidit Clericum deprehenſum in fragranti crimine cum uxore, matre, ſorore, vel filia, non eſt excommunicatus, ſed peccat peccato homicidii. Mendo *ver. Adulterium nu.* 2. Quia Eccleſia [ ait ipſe ] parcit tam diro dolori, nolens alium ſuperaddere. Subdens, non contrahere irregularitatem, ſi occiſus non ſit Clericus, quia in hoc æquiparantur: ità ille.

2097 Non poſſe quem in defenſionem proximi ejus aggreſſorem occidere, niſi ille proximus ſit ei Superior, aut cognatione



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conjunctus, tenet Tamb. *tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. §. 1. *n.* 11. quia charitas æquè militat pro vita aggreſſoris, ac aggreſſi.

2098 At Mendo *ver. Homicidium nu.* 9. inquit: *Ut defendat quis innocentem, aliter occidendum, ſeu ejus bona ingentia, ſi alia via nequeat eum liberare, poteſt aggreſſorem occidere, cum proximi unum ſint nobiſcum per charitatem. At non tenetur ex juſtitia quis* [*niſi ex officio ei incumbat*] *ſed ex charitate, ſub lethali ſuccurrere neceſſitati extremæ proximi: niſi ipſe ideo in ſimili periculo conſtituatur; tunc enim nullo modo tenetur.*

## QUÆRES.

2099 *An liceat prævenire, occidendo illum, à quo quis eſt occidendus?*

RESpondet Clericatus *cap.* 58. *duas eſſe opiniones*, quas refert Tambur. *in dec. lib.* 6. *cap.* 1. §. 1. *nu.* 15. & Azor. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 12. *ubi affirmativam tenent, quando quis aliter vitam propriam defendere non poteſt ab aggreſſore armis contra ſe irruente.* Dixi armis; *quia ſi quis impetatur falſis accuſationibus, aut injuſto proceſſu, non eſſet licitum occidere falſos teſtes, vel judicem iniquum*, juxtà contrariam opinionem damnatam à S. Congr. d. anno 1665. Maſtrius *diſp.* 11. *num.* 110.

## DE MANDANTE, ET CONSULENTE.

2100 MAndans fieri homicidium, ſi ante executionem expreſsè, vel tacitè mandatum revocavit, & revocatio in notitiam mandatarii pervenit; ſi mandatarius adhuc homicidium exequatur, mandans non eſt homicida, nec irregularis, neque eſt excommunicatus, ſi occiſus Clericus. Conſulens verò homicidium, ſi revocato conſilio, qui illud recepit, homicidium exequatur, eſt homicida, irregularis, & excommunicatus, ſi occiſus eſt Clericus: [illegible] onere reſtitutionis pro furto. Ita commu[illegible] contra Dian. *par.* 3. *tr.* 5. *reſ.* 83. & *p*[illegible] 2. *reſ.* 14. & Tamb. *lib.* 6. *dec. cap.* 4. §. [illegible] Ratio eſt, quia mandatum fit in g[illegible] mandantis; unde ſi eo revocato man[illegible] homicidium exequatur, non in vim m[illegible]ti, ſed nomine proprio illud exequit[illegible]cipe, ſi revocatio non perveniat in no[illegible] mandatarii; quia tunc agit in vim ma[illegible] & ſic incurrit mandans.

2101 Conſilium verò fit in gratiam [illegible]pientis, adeoque etiam eo revocato, [illegible]lium habet influxum; nam alius agit [illegible] conſilii, quatenus firmiter ejus mem[illegible]dit. Excuſatur autem conſulens primò, [illegible] ſilium revocavit addendo preces [illegible]nas; & videns, quòd hæ non ſuffic[illegible] monuit occidendum, ut caveat: 2. [illegible] fuit datum conſilium, & facta ſua[illegible]cidii, aut furti, per ſe ipſum erat de[illegible]tus ad illud; tunc inquam conſulens [illegible] homicida, irregularis, aut excommu[illegible] nec tenebitur ad reſtitutionem pro fur[illegible] fortè quoad exceſſum, ſi ille erat de[illegible]tus ad furandum v. gr. decem, & tu [illegible] furandum viginti. V. infrà ver. *Qui reſ*[illegible] *teneantur*.

Scotus *in* 4. *d.* 15. *q.* 3. *lit. G. diſt.* [illegible] *litt. E. d.* 33. *qu.* 2. *litt. C.* Maſtrius *in* [illegible] *mor. diſp.* 11. *q.* 6 Bonac. *tom.* 2. *pag.* [illegible] Joan. la Cruz. *pag.* 67. Tamb. *lib.* 6. [illegible] *lib.* 3. *tr.* 4. *c.* 1. Cardenas *diſ.* 21. Cler[illegible] *c.* 58. Mendo *cit.*

## RESTITUTIO PRO HOMICIDIO.

2102 QUi fuit cauſa homicidii vol[illegible]rii injuſti, mutilationis, a[illegible]nerationis, reſtituere tenetur læſo, [illegible] hæredibus expenſas pro curatione vul[illegible] lucrum, quod ceſſat ex officio, quod [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curare non poteſt, detractis expenſis, quæ proficere ſolebat. Ad nil autem tenetur, ſi occiſor fuit provocatus ad pugnam, aut ſi injuſtum aggreſſorem occidit: *v. n.* 2112.

2103 Pro vita, membro, cicatrice nil eſt reſtituendum; quia ſunt bona ſuperioris ordinis, quæ pecunia æſtimari non debent, ſed ſolùm eſt venia petenda; niſi exinde ſit damnum ſecutum, ut in puella, quæ ob deformitatem ex cicatrice contractam non poteſt nubere pari, illi debet damnum juxta prudentis æſtimationem compenſari. Leſſius *de juſt. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 23.

2104 Si quis innocens damnetur à Judice ob homicidium occultum ab alio patratum, non tenetur homicida reſarcire damna innocentis. Tamb. *lib.*6. *c.*4. §. 1. *cum de Lugo*; quia non fuit cauſa phyſica, aut moralis talis damni. Niſi uſus fuiſſet armis ipſius innocentis, aut niſi homicida occiſi cadaver in agro, vel ante domum innocentis poſuiſſet, ex quo indicio innocens damnatus fuiſſet.

2105 Pater non tenetur ad reſtitutionem pro homicidio Filii, niſi fuerit damnatus pœna pecuniaria circa legitimam. Nec dominus pro homicidio ſervi, niſi fuerit in culpa. Nec quis pro homicidio patrato in duello, niſi occiſus fuiſſet coactus, aut deceptus. Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 2.

2106 Occiſor non tenetur reſtituere pauperibus eleëmoſynas, quas occiſus illis elargiri ſolebat. Tamb. *cit. c.*4. §. 3. *n.* 12. & 13. quia reſpectu illorum non læſit juſtitiam. Niſi eo animo occidiſſet.

2107 Si Occiſor fuit pœna perſonali punitus, tunc hæres [ſi ſit potens] tenetur reſarcire damna filiis, uxori, & aliis deſcendentibus occiſi, ſi illi ſint pauperes; minimè ſi divites. Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 14. quia iſti ſolent eſſe contenti pœna perſonali occiſori, inflicta.

2108 Qui à latronibus requiſitis oſtendit domum Petri, qui inde fuit ab illis occiſus: non tenetur ad reſtitutionem, ſi id fecit coactus, bene verò, ſi ſine coactione. Tamb. *cit.* 4. *n.* 3. Diana *par.* 5. *tract.* 4. *reſ.* 63.

2109 Homicidam non teneri ad reſtitutionem pro bonis ſpiritualibus, quæ occiſus facere ſolebat, v. gr. pro Miſſa, quam celebrare faciebat; docet Leſſius *de juſt. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 25. contra Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 20. & 21. qui affirmat, quia opera ſpiritualia habent certitudinem.

## QUÆRES I.

2110 *Petrus pugna urgente, excitavit ſocios pro ſui defenſione, hinc unus ex ſociis fuit occiſus. An teneatur ad reſarcienda damna hæredibus occiſi?*

Reſp. ad nil teneri, ſi pugna erat juſta; bene verò, ſi injuſta. Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 19. ex de Lugo *de juſt. diſp.* 12. *n.* 58. quia in ſecundo, non in primo caſu, excitando ſocios, operatus eſt contra juſtitiam.

## QUÆRES II.

2111 *Quis infecit vinum veneno pro inimico; ſupervenit amicus, qui bibit, & mortuus eſt. An ſit homicida?*

Reſp. non eſſe homicidam, nec inde irregularem, ſi eum monere non potuit, ſine ſuæ propriæ vitæ periculo. Tamb. *cit. c.*4. §. 4. *n.* 2. ex de Lugo *cit. diſp.* 8. *n.* 86. quia tunc mors amici eſt illi involuntaria, cum præcavere non potuerit.

## QUÆRES III.

2112 *Occiſus ante mortem, remiſit omne debitum homicidæ. An ejus uxor, & filii poſſit petere reſarcitionem damni, quod patiuntur?*

Reſp. poſſe. De Lugo *cit. diſp.* 11. *nu.* 63. Tamb. *cit. c.* 4. §. 3. *nu.* 10. & 11. quia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

remiſſio ab occiſore facta locum habet in damnis præteritis uſque ad ejus mortem ; minimè in ſequentibus.

## CONFESSARIUS.

2113 Ultra onus reſtitutionis, conſultum eſt, ut pro pœnitentia occiſori injungat Miſſas, Communiones, eleemoſynas, & orationes pro anima occiſi : v. gr. unam Miſſam, Communionem, & Roſarium ſingulis menſibus pro uno anno, & pro qualibet die anniverſaria mortis ſingulis annis ſuæ vitæ, addendo pro primo anno jejunia, & diſciplinas, magis, & minùs, juxta circumſtantias, quas debet inquirere, putà ſi occiſus fuerit Clericus, Sacerdos, ſi in loco ſacro, ſi uſus ſit ſociis auxiliantibus, ſi cum notabili ſævitia, ſi mors fuerit repentina. Item interrogare debet, an habebat uxorem, filios, &c.

## HOMICIDIUM CASUALE.

2114 Qui caſu, ſeu præter intentionem alium occidit, vulneravit, &c. ſi fuit in culpa gravi, ſufficientem diligentiam non adhibendo, eſt homicida, & irregularis; quia homicidium eſt voluntarium in cauſa.

2115 Si verò non fuit in culpa, quatenùs nullo pacto periculum advertit, aut de eo dubitavit; vel ſi advertit, ſufficientem diligentiam adhibuit, & præcavit, quatenùs v. gr. antequam lapidem in viam projiceret, verbis, aut ſolito ſigno appoſito tranſeuntes monuit: Plures tenent eum irregularitatem non incurrere, ſi dedit operam rei licitæ; incurrere verò, ſi dedit operam rei illicitæ, ex qua ſecuta eſt mors, v. gr. ſi Clericus arma gerens, aut ad venationem pergens caſu occidat alium. Probant ex *cap. Continebantur*; ubi declaratus fuit irregularis Clericus, qui geſtans retro falcem, caſu occidit laicum, qui cauſa ludi ſupra ipſum: Clericum ... equitaturus incautus ſaltavit, & ... terfecit.

2116 Probabilius mihi videtur, ... ana, Bonacina, Leandro; & aliis, ... foro conſcientiæ irregularitatem non ... rere ob defectum voluntarii, quia ... ctum, v. gr. homicidium, ſequatur ... illicito, ignorantia tamen facti ... à facto voluntarium; adeóque excuſ... na. Textus Canonicus habet locum ... externo, in quo præſumitur advert... mortalis negligentia, quando homi... ſequitur ex opere illicito.

2117 Eum, qui ex errore occid... hominem pro alio homine, aut ... ricum pro alio Clerico, ab irregula... reſpectivè ab excommunicatione ... Portellius, Fragoſus, & Tamburin... actio externa individualis homicid... voluntaria; ille námque intendeba... nem individualem, v. gr. Petri; un... homicidio ſolùm interno, non ext... eſt annexa irregularitas, & pro Cler... ſura.

2118 Probabilius mihi eſt, quòd ... gularis, atque etiam excommunica... ciſus ſit Clericus ; quia ratio form... quam incurritur irregularitas, eſt occ... minis ; & ratio cenſuræ, eſt injuria ... Clericalis; individua verò materiali... bent ad id ; unde quia in occiſione ... facta Petri pro Paulo eſt intenta ratio ... lis hominis, & hæc eſt in Petro, ... irregularitas; ſic pariter de cenſura in oc... ne unius Clerici pro alio : *vide num.* ...

2119 Præterea ex oppoſita opini... querentur abſurda, quòd ex errore for... unam mulierem pro alia, & furans ... calicem pro alio, non peccaret pecca... terno fornicationis, furti, aut ſacrileg...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſecundò occiſio unius hominis eſt intenta, alia non intenta commiſſa; ità hic fornicatio unius mulieris, & ablatio unius calicis eſt intenta, alia non intenta commiſſa: *v. num.* 577.

## ABORTUS.

2120 NOn licet procurare ab ortum etiam ante animationem fœtus ad vitandam infamiam, aut occiſionem; quia eſt ab intrinſeco malum. Tum quia (ut ait Cardenas) procuratio abortus fœtus inanimati eſt gravior pollutione; quia fœtus inanimatus eſt propinquior generationi, quàm ſemen; adeóque cum pollutio voluntaria nunquam ſit licita etiam ad vitandam mortem, quia opponitur generationi; à fortiori neque erit licitus abortus voluntarius, qui magis generationi repugnat. Item neque licet procurare abortum fœtus inanimati ad vitandam mortem ex puerperio: & licèt plures Doctores, ut Filliuc. & alii, affirment in hoc caſu licere; ratio tamen allata æquè probat oppoſitum.

2121 At Clericatus *cap.59.num.* 1. quærit, An liceat prægnanti infirmæ pro tuenda vita ſua procurare abortum?

Reſp. Si fœtus ſit inanimatus, poteſt procurari abortus non directè, ſed indirectè ad ſanitatem matris conſequendam. Si verò ſit fœtus animatus; alii dicunt, neque directè, neq; indirectè poſſe matrem pharmaca ſumere ad recuperandam ſanitatem, ſi inde abortus ſit ſequuturus; quia debet præferre ſalutem ſpiritualem prolis ſanitati ſuæ corporali. Alii diſtinguunt; ſi matre abſtinente à medicamentis, ſpes probabilis ſit, quod proles ſit viva naſcitura? tenetur mater abſtinere; at ſi hæc ſpes ceſſet, poterit mater ad conſervationem ſuæ vitæ ſumere pharmaca, quamvis ſequuturus ſit abortus; nam evitari non poterat, ſi ma-
„ ter mortua eſſet. Maſtrius *d diſp.* 8. *num.*
„ 30. & 31. & Tambur. *d. lib.* 6. *in dec. cap.*
„ ¶. 4. Et noviſſimè Cardenas *in criſi theol.*
„ *diſſertat.* 22. *num.* 21. & *ſeqq.*

2122 Cujus ultimi dicti ratio potiſſima eſſe poteſt; quia ex una parte jam deſperatur ortus prolis vivæ, & ſimul ex alia id non eſſet procurare abortum, ſed vitam matris, quæ directè procurari poteſt, licèt abortus ſequatur, dummodò directè non intendatur. Mendo *in epit. ver. Abortus num.* 1.

2123 Joan. de la Crux addit: *Licet applicare prægnanti medicinam per ſe cauſativam ſalutis, & ſi per accidens ſequatur abortus; quia iſte, ſicut & occiſio invaſoris, reputatur effectus per accidens ſecutus ex ſalute prægnantis per ſe intenta; & ſic poteſt prægnans ſaltare, currere, ſi hoc ſit cauſa per ſe ſalutis, etſi aliàs ſequatur abortus. Si conſtat matrem mori, & conſequenter fœtum, licitè ei applicatur medicina æquè ſalutifera, & mortifera, maximè ſi fœtus non ſit animatus; quia ſi mater, & fœtus periclitantur, tunc non ſit injuria fœtui, ſi pro liberanda matre ſit in ea talis experientia.*

2124. Nulla ex cauſâ licet adhibere remedia directè, ne mulier prolem concipiat.

2125 Procurantes abortum fœtus animati, effectu ſecuto, ſunt homicidæ, reputantur proditores, juxtà dicta de immunitate *n.* 649. incidunt in excommunicationem latam à Sixto V. & Greg. XIII. Summo Pontifici reſervatam. A qua poſſunt abſolvere Epiſcopi, & Regulares virtute privilegiorum, exceptis locis, ubi Epiſcopi hunc caſum ſibi ſpecialiter reſervaverint, juxta dicenda de caſibus reſervatis.

2126 Item evadunt irregulares, etiam in dubio, an fœtus ſit animatus, ſicut in dubio homicidii.

2127 Hæc irregularitas non poteſt diſpenſari,

penſari, niſi à Papa. In caſu occulto poteſt à Sacra Pœnitentiaria diſpenſari; ſed in ſupplicatione, ſi ipſe ſit genitor fœtus, exprimi debet, quod fœtus erat à ſe genitus; aliàs diſpenſatio cenſetur ſubreptitia ex ſtylo Sac. Pœnit.

2128 Qui ratum habet, ſeu approbat abortum ſuo nomine factum, dictas pœnas incurrit, ſi approbet ante factum; minimè, ſi poſtquàm ſciverit factum; quia in priori caſu eſt cauſa influxiva, minimè in poſteriori

2129 Mendo *cit. num.* 1. innuit, in recenſitis Bullis Sixti, & Greg. ex ipſis verbis non ferri cenſuram contra fœminam procurantem abortum in ſe ipſa, ſed in alia fœmina.

Vide *in prop.* 34. *&* 35. *ab Innoc. XI. damn.* Et infrà de irregularitate.

## DUELLUM

2130 GRæcè Monomachia, *& eſt pugna inter duos ex condicto ſuſcepta, hoc eſt deſignando arma, tempus, & locum, cum periculo vitæ, aut gravis vulnerationis.* Dicitur inter duos, quia inter duos contingere ſolet; unde etiam inter plures pugna poteſt eſſe duellum, ſi fiat ex condicto, & authoritate privata. Publica authoritate eſt licitum, ver. gr. ad terminandum bellum cum minori damno, ut contigit inter David, & Goliat. Diana *par 3. tract. 6. reſ.* 1.

2131 Differt à ſimplici rixa; quia hæc non fit ex condicto, ſed ex aliquo ſubito caſu.

2132 Non eſt duellum, ſi duo in Eccleſia contendentes dicant: *Egrediamur foras*, & ibi pugnent. Nec ſi quis videns ſuum inimicum armatum contra ſe venire, accedit ad ſe armandum, & redit ad pugnam. Nec ſi quis invitatus ad duellum reſpondeat, ſe indies iturum per ſuas vias, & ſemper eſſe promptum ſe à quolibet invaſore defendere. Quia in his, & ſimilibus caſibus ... tur condictum, ſeu convento ... loco, & tempore.

2133 Non licet viro nobili accep... ellum, ne vilis habeatur; quia duel... ſit ordinatum ad occiſionem, aut ... vulnerationem, eſt ab intrinſeco ... Nec tunc eſt in caſu defenſionis ... quia invitans non eſt aggreſſor. Et ... eſt injuria reparanda, non habetur ... mon inculpatæ tutelæ; quia adeſt ... alia via, ſaltem via juris publici ... 2. *ab Alex. XII. damn.*

2134 Contra duellum plures ... næ, præſertim excommunicatio Pa... ſententiæ, quas incurrunt duellant... *ſi duellum ſit privatum, & non ...ni, locum homini permittentes. ... eri mandantes, inſtigantes, auxilium ... um dantes, arma, equos, & ... ſcienter ſubminiſtrantes, ex compo... tores, & ſocii; etiam ſi illi, qui ... ſtinatum pugnaturi acceſſerunt, ... gnam non commiſerint, ſi per ſe ... terit, quominùs illa committatur.* ... Gregor. XIII.

2135 Non incurrit pœnas duel... rixa, & calore iracundiæ inimicum ... lum invitat, & ſtatim ad locum apt... dentes ſimul pugnant. Clericatus *cap.* ... *n. 6.* ex Sanchez *lib. 2. dec. cap.* 39. ... *aliis*; quia non pugnant præmeditat... prævia conventione, ſed ex ſubito ... iracundiæ; adeóque non ex condicto ... chez *cit.* addit, tunc fieri ex iracundi... re, quando inter invitationem, & ... ad pugnam nullus actus medius ...

2136 Non incurruntur pœnæ. 1. Si ... vitatione præfiniatur locus, ſed non ... 2. Si præfiniatur tempus, ſed non lo... Si præfiniatur locus, & tempus, non ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…gandum armis, ſed pugnis. 4. Si dicta …antur, ſed provocatus non acceſſit. …cit. ex Diana, Lezana, Salmanti… …, & aliis. Conſtat ex definitione du… … 2130. quæ his caſibus deficit. Inſu… …ſimo caſu non habetur effectus ſe… … acceſſu, ut *in n.* 2134.

Q U Æ R E S.

2137 *Duo viri nobiles, poſtquam injuriis … ſe affecerunt, decreverunt honoris … mundum exire ad duellum, non animo … ,ſed aliquos ictus fictè inferen… ſtatim interpoſitis amicis; de eorum … , & ad id requiſitis, deſiſterent, … entur. Ita accidit, uti fuit inter … cum amicis facta conventio. An in… pœnas?*

D…, eos peccaſſe mortaliter malo exem… , aut ſcandalo, præſertim ſi fuerint … alii, qui eorum conventionem … . Non incurriſſe autem excom… …nem, & pœnas; quia hæ ſunt con… …, non fictum, & ſimulatum duel… ; ſunt enim contra duellum cruentum (… Gregor.) in quo eſt periculum vitæ, aut … vulnerationis; quod nullum eſt in ca… …comitante conventione, adſit moralis ſe… , quòd nullum ſit periculum, ſed indè … conciliando. Et licèt ad locum deſtina… …acceſſerunt, non acceſſerunt verè pu… , & per ipſos ſtetit, quò minùs vera … committeretur.

… *in 4. diſt.* 15. *q.* 3. *diſt.* 25. *q.* 1. *lit. E.* … *in theol. mor. diſp.* 11. *q.* 6. *diſp.* 10. … 12. *diſp.* 9. *num.* 100. *diſp.* 8. *q.* 2. Joan. … Cruc, *pag.* 67. 71. Bonac. *tom.* 2. *pag.* … *tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 10. *pag.* 190. … *tom.* 1. *pag.* 168. *pag.* 317. Buſemb. … 4. Cardenas *diſp.* 21. & 22. Cleri… , & Mendo *cit.*

## DE VI. IX. ET X. PRÆCEPTO DECALOGI.

*Non adulterabis. Non concupiſces uxorem proximi tui. Non concupiſces rem proximi tui.*

2138 LUxuria, *eſt inordinatus appetitus venereorum*; ex genere ſuo eſt mortalis, nec in ea datur parvitas materiæ; unde à mortali ſolùm excuſare poteſt defectus plenæ advertentiæ, aut perfectæ deliberationis. Ejus ſeptem ſunt ſpecies: Simplex fornicatio, ſtuprum, adulterium, inceſtus, raptus, ſacrilegium, & peccatum contra naturam.

2139 *Simplex fornificatio eſt inordinatus concubitus ſoluti cum ſoluta.* Eſt ab intrinſeco mala, & jure naturæ; quia ultrà pericula diſcordiarum, abortuum, occiſionum, præſertim matris, & prolis quæ ſæpe hoſpitali exponitur, per ſe (ait D. Thomas) opponitur educationi prolis, cujus cura magis ſpectat ad patrem, à quo eſt inſtruendus, & defendendus filius: Pater autem non eſt ſolicitus de inſtruenda, & defendenda prole, quam ex fornicatione habet; 1. vel quia conſiderat, quòd non ſit legitima; 2. vel quia non eſt certus, an proles ſit ſua, cum ſit ex vago concubitu; vel quia non habitat perpetuò cum prole, & fœmina. Unde ad rectam prolis educationem requiritur, ut proles ſit nata ex determinata fœmina, cum qua vir permaneat, non ad modicum tempus, ſed per totam vitam ex obligatione; quod habetur per contractum Sacramenti Matrimonii. Hinc concludit Apoſt. ad Corint. 6. *Nolite errare, neque fornicari, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, &c. Regnum Dei poſſidebunt: vid. in prop. 48. ab Innoc. XI. damn.*

2140 Unde fornicatio eſt peccatum mortale: Et oppoſitum eſt hæreſis damn. *in Clem. Ad noſtram, de hæreticis.*

2141 Qui commiſit copulam cum ſoluta, non ſufficit, ſi dicat: *Commiſi grave peccatum contra caſtitatem cum ſoluta*; ſed debet explicare in confeſſione copulam; quia ſic non explicat peccatum, quod fecit; nam etiam ſoli tactus impudici cum ſoluta, aut moroſæ delectationes internæ de ea ſunt gravia peccata contra caſtitatem. Tum quia copula eſt actus principalis completus, ad quem cæteri tanquam diſpoſitiones præviæ ordinantur *v. in prop. 25. ab Alex. VII. damn.*

2142 Copulam cum infideli addere ſimplici fornicationi malitiam ſpecie diſtinctam in confeſſione aperiendam, tenent Nav. & de Lugo. Negant Diana, Filliuc. Maſtrius, & Tamb. quia nulla apparet ratio ſpecifica diſtincta; bene tamen major gravitas, ob quàm reſervari ſolet, & puniri. Nec id probat prohibitio matrimonii cum infideli; quia in matrimonio habetur major conjunctio, quàm in copula furtiva, & inde habetur periculum ſubverſionis conjugis, & prolis.

## STUPRUM.

2143 **E***St defloratio puellæ virginis, ipſa invita*; tunc dicitur invita, quando vi, aut dolo, timore, aut ficta promiſſione matrimonii, &c. decipitur, & inducitur ad copulam; & tunc eſt ſpeciale peccatum ob injuriam, quam ſtuprator infert puellæ, & parentibus; unde tenetur in foro conſcientiæ illam ducere in uxorem, aut juxta ſui poſſibilitatem, & prudentis arbitrio dotare, uti eſſet virgo; ad quod non tenetur in foro conſcientiæ, ſed ſolùm in foro externo, ſi ipſa libere conſenſerit precibus, ſinè vi, aut deceptione; imò probabile eſt, tunc eſſe ſimplicem fornicationem, propterea non eſſe neceſſariò explicandam circum[...] virginitatis ablatæ, ſeu amiſſæ; qu[...] hoc mulier eſt libera, & *volenti, [...] tienti nulla fit injuria.* Sanch. de m[...] *lib. 7. diſp. 12.* Clericatus *cap. 68.* [...] Mendo *in epit. ver. Luxuria num.* [...] der *de pœnit. diſ. 8. §. 2. q. 15.* contra [...] Graffium.

2144 Si ſtuprum remanſit occu[...] matrimonium æquè opulentum [...] divit, ſtuprator non tenetur dota[...] nullum eſt damnum illatum.

2145 Clericatus *cap. 68.* ex Anto[...] 30. loquendo de caſibus, in quib[...] tor non tenetur dotare; ait, eſſe [...] 1. Si virgo non vivebat honeſtè, [...] verecundiæ pudore. 2. Si puella po[...] patiatur ſe ab aliis carnaliter cogn[...]

## ADULTERIUM

2146 **E***St inordinatus concubitus* [...] *ſona conjugata*; eſt contr[...] tem, & juſtitiam, ob injuriam conj[...] eſt ejus corporis dominus. Unde c[...] conjugatam cognoſcens duo adult[...] mittit, in confeſſione exprimenda, [...] injurias, & injuſtitias, unam propr[...] ram alterius conjugi illatam: *v. n. 217*[...]

2147 Malitia adulterii contrah[...] ſi maritus in adulterium uxoris con[...] quia injuria fit conjugi non abſolutè c[...] derato, ſed ut ſubeſt ſtatui matrimoni[...] quem habet jus in conjugem, & debe[...] fides conjugis, cui juri, & injuriæ cede[...] renunciare non poteſt: ſicut [ut exe[...] cat Cardenas] ſi judex laicus Cleric[...] ſuum Tribunal trahat, etiam ipſo con[...] ente, imò requirente, eſt excommuni[...] quia adhuc injuriam committit in Cleric[...] nam injuria non fit Clerico abſolutè c[...] derato, ut perſona Petri eſt, ſed ut ſubeſt[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... Clericali, ob quem habet jus immunitatis, & debetur honor à laico, cui Clericus ... renunciare non poteſt; ſic per adulterium ... injuria irrogatur marito etiam conſentienti in adulterium: *v. in propoſit.* ... *VI. damn.*

2148 Maritus, ſi dum uxorem cognoſcit, ... cogitet, & ſe delectet, malitiam adulterii ... contrahit in confeſſione exprimendam. Pro reſtitutione: *v. num.* 2049.

2149 Si ſponſalibus initis, & matrimonio ... celebrato, ſponſa rem habeat cum alio, tenetur in confeſſione aperire, ſe eſſe matrimonio promiſſam; quia committit injuriam ſponſo; & inde contrahit ſpecialem malitiam ... ſponſus, quia in exiſtimatione ... non cenſetur ille gravem injuriam ... Negant etiam alii de ſponſa.

2150 Pœna adulterii ex Jure Canonico ... 1. Separatio thori, *cap. Ex litteris, de divort.* Et amiſſio juris ad petendum debitum ..., *de matrim.* 2. Infamia, *cap. Infames* 6. q. 1. 4. Tertia, privatio dotis, *cap. Plerumque*, & Gloſſ. ibid. *de donat. inter virum & uxorem.*

2151 Adultera autem non amittit dotem. 1. Si adulteravit de conſenſu mariti. 2. Si maritus ... adulteravit. 3. Si maritus occidat uxorem ... in adulterio deprehenſam. 4. Si ... habeat filios ex primo marito. 5. Si agatur de bonis paraphernalibus. 6. Si ſolùm ..., vel amplexus interceſſerint. Clerica... cap. 70. ex Antonello *lib. 6. cap. 33. n. 5.*

INCESTUS

2152 Eſt inordinatus concubitus cum conſanguinea, vel affini. Affinitas, ſi ſit orta ex copula licita, nempe matrimoniali, ſe extendit uſque ad quartum gradum; ſi ex copula illicita, uſque ad ſecundum. Inceſtus malitia conſiſtit in irreverentia, quæ ſanguini, aut conjunctioni irrogatur.

2153 Hac ratione Tamb. citans pro ſe Filliuc. Cajet. & alios graves Doctores, tenet, inceſtum cum conſanguineis non differe ſpecie ab inceſtu cum affinibus, nec inceſtus cum alterutris ex prædictis in primo gradu uſque ad quartum, ita ut nec conjunctiones, nec gradus ſint de neceſſitate in confeſſione explicandi, ſed ſufficiat dicere: *Commiſit inceſtum*; quia malitia inceſtus conſiſtit in irreverentia, quæ fit conjunctioni; major autem, & minor conjunctio non variant ſpeciem.

2154 Probabiliùs dico, gradus conſanguinitatis differre ſpecie à gradibus affinitatis, conationis legalis, & ſpiritualis, de quibus cum de matrim. & in eadem linea conſanguinitatis primum gradum differre ſpecie à reliquis tribus; quia hujuſmodi inceſtus ſunt contra diverſas honeſtates; nam contra diverſam honeſtatem eſt inceſtus cum matre, quam cum noverca, vel alia cognata cognatione legali, aut ſpirituali jure poſitivo impoſita; honeſtas enim cum matre eſt jure naturæ. Pariter contra diverſam honeſtatem eſt inceſtus cum matre, filia, & ſorore, quàm inceſtus cum cæteris tribus gradibus: hinc in his gradibus diſpenſant Pontifices, non in primo; ac proinde eſt in confeſſione explicanda qualitas conjunctionis, an cum conſanguinea, vel affini; & in eadem linea conſanguinitatis eſt explicandus primus gradus, non reliqui: *v. nu.* 2186. Maſtrius hic cum pluribus.

2155 Qui poſt copulam inceſtuoſam vult contrahere in gradu prohibito, debet pro diſpenſatione recurrere ad Sacram Pœnitentiariam, uti ſupra *num.* 157. ſi tam copula, quàm gradus ſint occulti.

2156 At ſi gradus eſt publicus, copula verò occulta, debet priùs petere à Dataria diſpenſationem gradus, & poſteà à Sacra Pœnitentiaria diſpenſationem impedimenti orti

ex copula inceſtuoſa occulta. Sanchez *de matrim. diſp. 25. n. 11. & 12.* Clericatus *cap. 71. n. 10.*

2157 Copula cum filia Confeſſionis non eſt inceſtus, quia nulla inde conjunctio contrahitur, nec ſacrilegium, quia nulla injuria Sacramento infertur: *vid. tom. 3. n. 601.*

## RAPTUS

2158 E*St quo perſona aliqua invita, vel reſiſtentibus ejus parentibus, aut illis, ſub quorum cura eſt, abducitur per vim ad libidinem explendam, vel matrimonium contrahendum.*

Unde in raptu tria requiruntur. 1. Abductio perſonæ raptæ à domo ſua, vel paterna, & in aliena detentio. 2. Requiritur vis; & ſic contrahit etiam malitiam injuſtitiæ, alioquin erit fuga voluntaria. 3. Quòd abductio ſit cauſa explendæ libidinis, vel ineundi matrimonium. Ex his ſequitur. 1. Raptum à ſtupro differre; quia ſtuprum ſemper eſt cum virgine, raptus verò cum quacumque muliere; imò etiam cum adoleſcente, qui eſt pejor. Tum quia raptus addit abductionem è domo. 2. Sequitur, quòd ſi fiat alia cauſa, v. gr. redigendi raptam in ſervitutem, non eſt raptus, ſed plagium, quod eſt ſpecies furti.

2159 Plagium, *eſt detentio hominis liberi in ſervitutem.*

2160 Ad raptum non requiritur vis abſoluta, de qua alibi, ſed ſufficit ea quæ fit ex ſuaſionibus, importunis precibus, ac blandimentis, aut fictis promiſſionibus. Clericatus *cap. 69.* ex Navar. Mendo *ver. Raptus num. 2.*

2161 Pœnæ contra raptorem ex Jure Canonico ſunt. 1. Infamia; adeoque eſt irregularis, ut non poſſit Ordines ſuſcipere, & beneficia. 2. Excommunicatio ipſo jure, ex Trid. *ſeſſ. 24. de refor. c. 9.* quæ non eſt reſervata. 3. Obligatio dotandi raptam. 4. ptor ſit Clericus, eſt depoſitio à bene exercitio Ordinis; quæ tamen eſt pe rendæ ſententiæ. Clericatus *cit.*

Vide infrà *de matr. ver Raptus.*

## SACRILEGIUM

2162 E*St peccatum luxuriæ, quo p ſacra, qualis eſt perſona vo tatis Deo dicata, vel locus ſacer* ambæ perſonæ, quæ peccant, ſunt duplex ſacrilegium in confeſſione mendum, ob duas injurias, & numero diſtinctas: *n. 2146.* & ſup crilegio *à n. 550. ad 562.*

## PECCATUM CONTRA NATURAM

2163 E*St illud, quo fit ſemina pugnantibus inſtitutiona*
Juxta horum modorum diverſitat tuor ſunt ſpecies peccati contra mollities, ſeu pollutio, inordinata bitus, ſodomia, & beſtialitas.

## POLLUTIO

2164 E*St voluntaria ſeminis eff vas.* Eſt ab intrinſeco mal opponitur generationi: *v. num. 212*

Et ex ipſis Ethnicis, Martialis lib. 42. ſic Pontificum ſe polluentem

*Hoc nihil eſſe putas? Scelus eſt mi ſed ingens,*

*Quantum vix animo concipis eſſe*
*Ipſam crede tibi naturam dicere*
*Iſtud, quod digitis Pontice perdis*

Vide *prop. 49. ab Innoc. XI. dam n. 239. 2174.*

2165 Si in pollutione conjugatam junctam, voto caſtitatis ligatum, cogitet, debet circumſtantiam expri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quodlibet ſpeciem malitiæ contrahit ex objecto; *v. n.* 2184. 2169.

2166. Qui actionem facit, ex qua prævidet ſe pollutionem paſſurum, non peccat, ſi actio ſit in ſe licita, adſit juſta aut honeſta cauſa eam exercendi, & alios habeat effectus licitos & honeſtos, ob quos exercetur, dummodò non conſentiat voluntarie. Tamb. *lib.* 7. *dec. cap.* 7. §. 2. Mendo *ver. Pollutio.* Clericatus *cap.* 73. *n.* 6. *vide n.* 2169. & 2189.

2167. Pollutio in ſomnis involuntaria non eſt peccatum, quia eſt effectus naturalis: Si tamen poſtea de ea, dum es vigil, complaceris, complacentia erit mortalis.

2168. Hinc non peccat, qui pollutionem involuntariam in ſomnis jam cœptam non impedit, ſi voluntariam in ea non complaceat, nec conſentiat, Maſtrius *diſ.* 11. *n.* 129. Clericatus *cap.* 73. *n.* 4.

2169. Pollutio autem in ſomnis poteſt ſæpe tenere cauſa præterita; & tunc, ſi pollutio futura videatur ex cauſa illicita, aut ſaltem non neceſſaria, nec honeſta, quæ ſit cauſa proxima ex natura ſua ordinata ad Venerem, ut ſunt tactus, & aſpectus impudici, verba turpia, lectio, aut auditio turpium, tunc erit peccatum, licèt non ſit directè intenta, dummodò ſit prævisa, quia eſt voluntaria in cauſa, & indirectè volita: *vid. tom.* 1. *n.* 188. Si verò res illa ſit tantùm cauſa remota, ut eſus calidorum, nimia comeſtio, agitatio ex itinere, &c. tunc pollutio ſequens non erit peccatum mortale, niſi ſit directè, & expreſsè intenta; quia tunc eſt effectus per accidens, quatenus ſequens ex cauſa remota, non ordinata de ſe ad Venerem: effectus autem per accidens non imputatur cauſæ cum patienti: *v. n.* 2215.

## INORDINATUS CONCUBITUS

2170 C*Onſiſtit in modo non ordinario, ſive in copula licita, ſive illicita*; poteſt eſſe mortalis, ſi fiat cum periculo impediendi prolem; ſin minùs, erit venialis; imò ſi adſit ſufficiens neceſſitas abſque periculo, nullum erit peccatum in copula licita; quia procuratur jus proprium modo poſſibili.

## SODOMIA.

2171 PErfecta, & propriè dicta, *eſt actus libidinoſus conſumatus inter maſculos, in vaſe non naturali.* Unde ad ſodomiam perfectam requiritur copula, & quòd peccetur contra ſexum, & debitum inſtrumentum. Hinc copula maſculi cum fœmina inter vas indebitum, & fœminæ cum fœmina cum effuſione ſeminis, eſt ſodomia, ſed imperfecta, & impropria; quia in prima non habetur identitas ſexus; in ſecunda habetur identitas, ſed non habetur vas indebitum, nec inter fœminas dari poteſt copula propriè dicta.

2172 Diana, Maſtrius, & alii tenent, complexum duorum maſculorum, quorum unus ſupercubet ſupra alium, ſicut ſupra mulierem, etiam cum affectu ad indebitum ſexum, & cum effuſione ſeminis, non eſſe ſodomiam, ſed ſimplicem mollitiem, cum cooperatione alterius maſculi, & quòd ſufficiat in confeſſione dicere *Pollutus ſum tactibus impudicis alterius hominis, & illum pollui faciens.* Mendo *ver. Luxuriam.* 18. quia circumſtantia incumbendi non mutat ſpeciem.

2173 Pariter ſimplicem mollitiem eſſe dicunt, ſi quis ſe polluat inter coxendices, brachia, ſeu alias partes fœminæ, quæ non ſint vas præpoſterum, & ſufficere, ſi dicat: *Pollutus ſum tactibus impudicis mulieris.*

2174 In pollutione cum alio exprimi debet ſtatus illius. Et in ſodomia, an ſit cum

maſculo, vel muliere patrata; quia læditur diverſa honeſtas.

2175 In noſtra Diœceſi Panormitana ſodomia eſt reſervata; ad quod non requiritur frequentia, ſed ſufficit, ſi ſemel committatur; quia in reſervatione non ſolùm dicitur: *Nefandum ſodomiæ ſcelus exercentes*, ſed etiam *ſemel committentes*.

2176 Requiritur autem, ut actus ſit conſumatus inter maſculos cum effuſione ſeminis intra vas præpoſterum; quia nomine ſodomiæ reſervatæ venit ſodomia perfecta, non imperfecta, unde non venit ſodomia facta inter fœminas, aut viri cum fœmina.

2177 Sodomia impuberis, ſi ſeminet intra vas, eſt reſervata; quia eſt perfecta ſodomia; nec tunc reſervationi obſtat impubertas; quia malitia ſupplet ætatem: *v. n.* 1979.

2178 Probabilius mihi eſt, quòd patiens comprehendatur ſub reſervatione; niſi ſit impubes: 1. quia eſt complex ejuſdem delicti ſodomiæ perfectæ; nec dicitur præcisè ſodomiam pati, ſed etiam committere, quia tam agens, quàm patiens dicuntur ad commiſſionem ſodomiæ concurrere.

2. Quia circumſtantia agentis non mutat ſpeciem, ſed ſolùm aggravat intra eamdem ſpeciem; unde circumſtantiæ agentis, aut patientis, non ſunt ex neceſſitate exprimendæ. Ita probabiliter Diana pluribus in locis, maximè *par.* 11. *tract.* 1. *reſ.* 11. & *tr.* 3. *reſp.* 4. cum pluribus; quia uterque contra naturam peccat, & uterque alterius peccato cooperatur. Et quamvis agens ſe polluat, patiens ejus pollutioni cooperatur. Eſſe tamen explicandas, tenent Leander *de pœnit. diſp.* 8. §. 3. *quæſt.* 6. Quia agens ſe polluit, non ſic patiens. Certum tamen eſt, quòd ſi patiens polluatur, tenetur hanc circumſtantiam fateri, tam ipſe patiens, quàm agens, qui eſt ejus cooperato tractibus, A

2179 Probabile autem putat Tamb. cu aliis, quòd ſub reſervatione ſodomiæ n veniat patiens, niſi exprimatur, ſed ſol agens; quia reſervatio eſt odioſa, atq debet reſtringi ad ſodomiam, quæ ex c muni omnium conſenſu eſt perfecta, qu eſt ex parte agentis, non patientis; lic probabilius ſit, quòd patiens ſit perfect domita, id tamen non conceduntom Tum quia jura magis puniunt agen quàm patientem.

2180 Copula ſodomitica non par [illegible] nitatem, quia affinitas ſolùm oritur ex c pula naturali.

2181 Si verò copula ſodomitica ſit i conjunctis, debet explicari circumſtanti ceſtus, dicendo *commiſi inceſtum ſodomi cum*; quia major irreverentia fit conjun ni per copulam innaturalem, quàm pe turalem; ſimiliter ſi ſit uxoratus, cont ſpeciem adulterii, &c. An autem debeat primere qualitatem conjunctionis, con guinitatis ſcilicet, vel affinitatis, & gra v. gr. cum fratre, nepote, &c. Reſpon *in n.* 2153. & 2154.

## BESTIALITAS

2182 **E**st *coitus hominis cum beſtia*, q eſt graviſſimum peccatum [illegible] omnes luxuriæ ſpecies; quia non ſervat i titatem ſpeciei. Non ſunt ex neceſſitate plicandæ ſpecies animalium, nec an ſit m aut fœmina, quia eſt differentia ta materialis in genere entis, non in gen moris.

2183 Ad hanc ſpeciem reducitur coi cum dæmone ſuccubo, vel incubo; quia cor pus à dæmone aſſumptum, non eſt vere cor pus humanum; debet autem in confeſſio exprimi, quia ei ſuperadditur malitia contra

Rel-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Religionem, cum ſit commercium cum dæmone Dei & noſtro inimico. Debet tamen exprimi, an dæmon fuerit ſub ſpecie fœminæ, viri conjugati, aut voto caſtitatis ligati; quia tunc peccatum contrahit illam ſpeciem malitiæ, ob affectum ad talem perſonam.

2184 Copulam cum fœmina mortua non eſſe peccatum fornicationis, nec beſtialitatis, ſed ſimplicis mollitiei, tenet Diana *p. 3. tr. 9. reſ. 1.* cum Tamb. quia fornicatio, & beſtialitas eſt actio viventis cum vivente; unde ſolùm eſt pollutio cum inanimato inſtrumento, uti eſſet cum ſtatua: inanimatum autem inſtrumentum, quo quis ſe polluit, non facit mutationem ſpeciei; adeó que hanc circumſtantiam non eſſe ex neceſſitate aperiendam, ſed ſufficere, ſi dicat: *Me* polui.

2185 Dico tamen, quòd ſi talis non ſiſtat in ſola copula cum mortua, ſed ulteriùs dirigat affectum, & cogitationem ad mulierem illam, ut erat viva (quod eſt veriſimilius) tunc contrahit eam ſpeciem malitiæ internæ, quam objectum habet in ſe, nempè adulterii, inceſtus, &c. uti de pollutione dictum eſt.

2186 Mollities, ſodomia, & beſtialitas habent malitias ſpecie diſtinctas; quia peccata non diſtinguuntur ſpecie præcisè per oppoſitiones ad diverſas virtutes, ſed etiam per oppoſitiones ad diverſas honeſtates ejuſdem virtutis: ſic contra quamlibet virtutem ſunt duo peccata ſpecie diverſa, unum per exceſſum, alterum per defectum, ut prodigalitas & avaritia contra liberalitatem; mollities autem, ſodomia, & beſtialitas naturæ opponuntur, ſed per diſſonantias diverſas, & contra honeſtates diverſas: quis enim non videt, diverſam diſſonantiam inclinationem, & repugnantiam naturalem eſſe in beſtiali copulatu, quàm in ſodomitico, & diverſam in hoc, quàm in ſimplici mollitie? ac proptereà diſtinguuntur ſpecie non ſolùm in genere entis, ſed etiam in genere moris: *vid. in propoſit. 24. ab Alex. VII. damn.*

2187 Prædictis ſpeciebus addi ſolet

IMPUDICITIA,

QUæ conſiſtit in tactibus, aſpectibus impudicis, verbis obſcœnis, cogitationibus, & ſimilibus.

2188 Tactus impudici ſunt illi, qui de ſe ordinantur ad Venerem: hujuſmodi ſunt oſcula, tactus mammillarum, & partium inhoneſtarum, qui de ſe ſunt diſpoſitiones ad Venerem, ác proindè ſunt paccata mortalia, & contrahunt eamdem ſpeciem malitiæ, quam habet actus venereus, ad quem de ſe ordinantur, in confeſſione explicandam, nempè inceſtus, adulterii, &c. licèt actus perfectus non ſequatur: *n. 2274. vid. propoſit. 40. ab Alex. VII. damn.*

2189 Tactus autem, & aſpectus de ſe impudici à peccato excuſantur, ſi fiant ex neceſſitate; v. gr. medendi, aut aliqua honeſta cauſa, putà mundandi, &c. licèt exindè ſequatur delectatio ſenſualis venerea, aut pollutio; dummodò non adſit conſenſus voluntatis, nec ſit intenta in tactibus, licèt prævisa; quia neceſſitate, aut honeſta cauſa exiſtente, delectatio illa ſenſus, & pollutio, quæ ſequitur, eſt effectus naturalis, & per accidens; homini autem proſequenti ſuum jus non imputatur effectus per accidens, & præter intentionem ſecutus. Buſemb. *tr. 4. cap. 2. dub. 1. n. 5. & 6.* Si verò quis expertus ſit, ſe ſæpiùs cecidiſſe in expreſſum conſenſum mortalem, non obſtante neceſſitate, & honeſta cauſa, debet ſe à tali cauſa abſtinere. Idem dico de confeſſario, qui audiendo peccata turpia in confeſſione experitur motus venereos ſenſus, hic non tenetur à confeſſione abſtinere, niſi adſit

peri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

periculum conſenſus: quod colligitur, ſi ſæpiùs expertus ſit conſenſiſſe: *v.n.* 2166.

2190 Non eſt eadem ratio de aſpectibus, & tactibus, quia tactus proximè cauſant commotionem ſpirituum vitalium, non ſic aſpectus; unde ſolùm aſpectus partium inhoneſtarum ſunt de ſe impudici, ac proinde aſpectus mamillarum, curioſitatis cauſa, ſunt veniales, niſi adſit periculum delectationis venereæ.

2191 Aſpicere congreſſum animalium, & maximè viri cum fœmina, aut illud ſtudiosè ſentire, vel voluntariè cogitare, eſt mortale ob periculum proximum delectationis venereæ. Secùs ſi ex abrupto, & caſu repentino. Maſtrius *diſp.* 11. *n.* 134. Clericatus *c.* 73. *n.* 18. Idem dic de aſpectu ſtudioſo mamillarum nudarum.

2192 Eadem ratione mortale eſt perfricare pudenda brutorum, non ſolùm ex fine venereo ſe complacendi, ſed etiam ſolius curioſitatis cauſa videndi ſemen. Dian. *p.* 9. *tr.* 8. *reſ.* 31.

2193 Aſpectus mulieris pulchræ cum ſola complacentia de ejus pulchritudine non eſt de ſe peccatum, niſi ad malum finem ordinetur. Cajet. *to* 1. *opuſc.* 14. *q.* 5. quia pulchritudo eſt donum naturale Dei, niſi adſit periculum delectationis venereæ, propter quod non debet homo in hujuſmodi aſpectibus diu immorari: *n.* 2274.

2194 Verba turpia, & lectio turpium curioſitatis, aut divertionis causâ, ſunt venialia, ſi non adſit præfatum periculum, aut ſcandalum aliorum; à mortali autem non excuſo, ſi non fiant per tranſitum, ſed quis per longum tempus in iis immoretur, quia tunc regulariter adeſt periculum delectationis venereæ, & ſcandali aliorum.

## OSCULA.

2195 Oſcula conſiderari poſſunt ratione modi, vel ratione finis. Eadem reſpectivè dic de tactibus, & amplexi[...]

Ratione modi oſcula alia ſunt ſuperfi[...] lia, & inſtantanea, alia preſſa, & mor[...]

2196 Ex parte finis ſunt quadrup[...] neris. 1. Sunt oſcula data in ſignum [...] affectûs, aut urbanitatis cauſa: hujuſ[...] eſſe ſolent oſcula ſuperficialia, & [...] nea.

2. Sunt oſcula ob delectationem ve[...] am. Delectatio venerea eſt, quæ per[...] ex motu ſubſtantiæ ſeminis, vel ex p[...] dinatis ad illud.

3. Sunt oſcula ob delectationem [...] lem. 4. Sunt oſcula ob delectationem [...] bilem. Et quamvìs difficile ſit, delecta[...] ſenſualem, & ſenſibilem diſtinguere, [...] tibi reddam, ſi attendas.

2197 Delectatio ſenſualis eſt illa, [...] conſurgit, & ſentitur in carne ex com[...] one ſpirituum generationi inſervi[...] circa partes libidinoſas: Delectatio [...] ſibilis eſt illa, quæ in ipſo oſculo re[...] que percipitur ex tactu objecti m[...] morbidi proportionati potentiæ [...] væ, & ſenſui tactus, præſcindendo [...] delectatione venerea, & ſenſuali, [...] copulæ. Ubi (ut vides) delectatio [...] ſupponit, & ſubſequitur commotione[...] rituum, delectatio verò ſenſibilis ab [...] ſcindit; quòd ſi commotio ſpirituum [...] delectatio ſenſibilis, quæ in oſculo re[...] eam præcedit ut cauſa.

2198 Hinc fit, quòd delectatio ſen[...] ex oſculo, inter ſolutos, eſt venerea, & [...] talis; quia delectatio ſenſualis, quæ c[...] git, & ſentitur in carne ex commotione [...] rituum generationis inſervientium, pe[...] ex natura ſua eſt ordinata ad copulam, [...] motum ſeminis.

2199 Non obſtat, quod ait Galenus [...] 14. *de uſu partium cap.* 9. & 10. *Venerea* [...] *lectatio ſola eſt, quæ ex motu ſubſtantiæ ſem*[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*percipitur*: Quia ibi loquitur de delectatione conſummata, quæ oritur ex effectu complexus, qui eſt venus. At non inde ſequitur, quod delectatio ſenſualis, quæ ex commotione ſpirituum in carne conſurgit, non ſit formaliter venerea; nam eſt cauſa apta nata motus ſeminis, actio autem in genere moris habet pro objecto effectum, & ab eo formaliter ſpecificatur, ut conſtat exemplo actionum, & cauſarum furti, infrà *ver. Qui reſtituere tenentur.*

2200 Adeóque Doctores communiter concludunt, delectationem veneream eſſe illam, quæ percipitur ex motu ſeminis, vel ex rebus ordinatis ad illum, puta ex commotione pudendorum; ſive hæc habeatur ex oſculis, tactibus, amplexibus, ſive ex conjunctione copulæ, &c. Verricelli *tr.* 4. *q.* 19. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 136. Filliuc. Villal. & Gom. apud ipſos.

DIFFICULTAS

2201 Igitur ſolùm remanere poſſet de oſculis, ob delectationem ſenſibilem, quæ in ipſo oſculo reſidet. Et quamvis aliqui plures ſcripſerint, hujuſmodi oſcula eſſe tantum venialia; ſecluſo periculo ulterioris conſenſus, & pollutionis: modò eſt omnino tenendum eſſe mortalia; quia oppoſitam propoſitionem damnavit Alex. VII. *in propoſ.* 40.

2202 Non dicas, Alexandrum nomine delectationis ſenſibilis, intellexiſſe ſenſualem. 1. Quia eſt voluntariè dictum; quoniam etiam ante damnationem Doctores ſemper delectationem ſenſualem à ſenſibili diſtinxerunt, ut videre eſt apud DD. *nu.* 2200. 2. Quia Pontifex aliquid novi, & quod Doctores docebant, damnavit: Non eſt autem novum, ſed indubitatum ſemper fuit, delectationem ſenſualem voluntariam inter ſolutos eſſe mortalem. Verricelli *cit. n.* 3. Et in delectatione venerea non dari parvitatem materiæ, modo dicemus. Ratio verò intrinſeca eſt quæ ſequitur.

2203 Dico 1. oſcula preſſa inter perſonas ſolutas ejuſdem, & maximè diverſi ſexus, ſunt peccata mortalia. Verricelli *cit.* Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 30. *cap.* 9. *num.* 179. Leſſius, & Salas apud ipſum.

Ratio eſt, quia ex oſculo preſſo naturaliter oritur delectatio naturalis] ſenſibilis, quæ eſt formaliter, & intrinſecè venerea. Suadetur: Ex contactu enim preſſo oris ad os naturaliter oritur delectatio ſenſibilis, quæ ex natura ſua eſt provocativa, & excitativa ſpirituum partium libidinoſarum generationi inſervientium, ex qua commotione naturaliter conſurgit delectatio ſenſualis, de *n.* 2197. per ſe, & ex natura ſua proximè, & immediatè ordinata ad motum ſeminis; igitur delectatio illa ſenſibilis, quæ ex oſculo preſſo oritur, eſt intrinſecè venerea, utpotè per ſe, & natura ſua ordinata ad motum ſeminis, licèt non tam proximè, & immediatè, uti delectatio ſenſualis; cauſa namque per ſe cauſæ, eſt per ſe cauſa cauſati; quod ſufficit, ut in genere moris formaliter, & intrinſecè ab illo ſpecificetur.

Unde D. Auguſt. *lib,* 14. *de Civit. Dei c.* 16. inquit: *Cum ſint multarum rerum libidines, tamen cum libido dicitur, nec cujus rei libido ſit additur, non fere ſolet animo occurrere, niſi illa, qua obſcœne partes corporis excitantur: vide n.* 2210.

Ex quo fit, quòd hæc propoſitio: *Oſcula preſſa exercita inter ſolutos ejuſdem, & maximè diverſi ſexus, ſine malo fine ſunt licita*, ſit falſa, & erronea; quia aliàs eſſet vera hæc propoſitio: *Oſcula exercita inter ſolutos ejuſdem, & maximè diverſi ſexus, cum delectatione ſenſuali ſunt licita*; quia hæc virtualiter continetur in priori.

2204 Probatur à fortiori: Tactus námque preſſus mamillarum ſecundùm communem, & indubitatam ſententiam Verricelli *cit. n.* 12. eſt venereus, & mortalis, ità ut in jure, *cap.* 1. §. 1. *Quibus modis feudum amittatur*; Vaſſallus tangens mammillas dominæ privetur feudo; & non alia ratione, niſi relata; quæ validiùs procedit in oſculis preſſis, cum ſint tactus magis proportionati ſenſui, & allectivi carnis.

2205 Hinc de oſculis preſſis mentionem facit Ovidius epiſt. 2. *Oſcula per longas jungere preſſa moras*; eáque eſſe naturaliter cum delectatione, & ſuavitate conjuncta, ait Juvenalis ſatyra 6. *Ac mollia ſemper oſcula delectent.* Unde Donatus in illud Terentianum: *O Thais mea*; ea vocat ſuavia, & libidinoſa, his verbis: *Tria eſſe oſculandi genera, oſculum ſcilicet, baſium, & ſuavium; oſcula officiorum ſunt; baſia pudicorum affectuum; ſuavia libidinum, vel amorum.*

Sicque, quæ urbanitatis cauſa dantur, ut quæ more patriæ, dicuntur *pura Oſcula.* Quæ ob pudicum affectum, ut inter parentes intimos, *Baſia.* Quæ ob delectationem ſenſibilem, *Suavia.*

2206 Inſuper gratis dato, quòd delectatio ſenſibilis non ſit intrinſecè venerea, & libidinoſa; negari in praxi non poteſt; quin talis ſit extrinſecè ratione periculi proximi; nam in praxi regulariter, & ordinariè eſt cum commotione ſpirituum partium pudendarum, & inde cum delectatione ſenſuali conjuncta.

2207 Unde Plutarchus *de amor.* inquit: *Formoſos intueri jucundiſſimum eſſe; tangere autem non ſine periculo licere.* Clymacus *gradu* 15. *Ex ſolo tactu corpus coinquinatur, nihil quippe ſenſu iſto gravius, nihil periculoſius,* & S. Baſilius *lib. de virg. Sicut tacto igne, ſubita bullæ, & ulcera naſcuntur, ſic bullæ in corde, & inflammationes è contactu ge[...] rantur.* Idem ibid. *Formoſarum oſcula [...] re oportet, non ſecus, quàm animalium [...] venatorum morſus; diffunditur enim [...] ex oſculo per omne corpus.* Et S. Theod[...] Studita mulierum tactus cavendos mon[...] ait: *Attrectavit quis nolens mulierem, [...] cenſus libidine, ſcelus contraxit.*

2208 Non dicas, 1. oſcula preſſa ſep[...] poſſe à delectatione ſenſuali, ut in pe[...] maximè frigida; adeoque in illa oſc[...] delectationem ſenſibilem non eſſe ve[...] & mortalia.

Quia maximè frigidus, quamvis libe[...] à commotione extrinſeca carnis, non [...] ratur à commotione intrinſeca ſenſus [...] tentiæ appetitus ſenſitivi interni; non [...] ratur, inquam, à bullis in corde, de qu[...] Baſilius.

Et oppoſitum eſt caſus metaphyſic[...] theoricus; minimè phyſicus, ac pr[...] Quem ſi tu practicè experiaris, gra[...] agas; ſed tua praxis [ quam non cred[...] hi inſervire pro doctrina non poteſt, [...] ſingularis, & per accidens; quoni[...] cium eſt de regulariter contingent[...] mandum.

2209 Non dicas, 2. te eſſe eximiè [...] tum, aſſiduis macerationibus extenua[...] atque in vita contemplativa perfectum.

Quia præſumptuoſum potius te d[...] uti talem, te reprehendit Hier. in Reg[...] nach. *Ne in præterita caſtitate confid[...] Sampſone fortior, nec Davide ſanctior, [...] Salomone potes eſſe ſapientior. Memento [...] per, quòd Paradiſi colonum de poſſ[...] mulier ejecerit.* Et Auguſtin. *in lib. de Sin[...] laritate Clericorum: Experto crede, e[...] loquor coram Deo, non mentior: Cedros L[...] ni, Duces gregum ſub hac peſte cecidiſſe [...] de quorum caſu non magis ſuſpicabar, [...]*

Ambr[...]

*Ambroſii, vel Hieronimi impudica turpitudine*

2210 Dicta ſunt vera, etiam ſi quis in oſculis preſſis non intendat; imò proteſtetur ſe nolle copulam, nec ulteriorem conſenſum; imò nec habere pro fine delectationem ſenſualem; quia talis proteſtatio eſt contraria facto; nam delectatio ſenſibilis eſt naturaliter inſeparabilis ab oſculo preſſo, & naturaliter medium ad commotionem ſpirituum, & delectationem ſenſualem, ut conſtat ex *num.* 2203.

2211 Qua ratione, ex communi doctrina, in pollutione, vel copula, non ſunt neceſſario exprimenda oſcula, & tactus præcedentia; quia ex natura ſua ordinantur tanquam ad finem, & media ad illum. Ex jure autem, proteſtatio contraria facto nihil operatur; unde talis proteſtatio, & excluſio finis eſt prætextus, & color ad occultandum ſub [illegible] peccatum, & ſimplices decipiendum.

2212 Et eadem ratione, nemo dicit, non eſſe denunciandum Confeſſarium mulierem in confeſſione deoſculantem, quamvis dicat id facere abſque malo fine; nonniſi quia habetur inhoneſta, quatenus oſculum inter perſonas ſolutas diverſi ſexus eſt malum, & inhoneſtum.

2213 Ex his colliges, oſculum preſſum, de quo *n.* 2203, non eſſe indifferens, ſed indifferens eſſe oſculum in genere, & in communi ad ſuperficiale, & preſſum.

2214 Oſculum namque ſuperficiale, & inſtantaneum, poteſt eſſe licitum, ut modò exhibui; & ſolùm erit malum extrinſecè ob intentionem operantis, ſi fiat non ex fine honeſto, ſed vel ob delectationem ſenſualem [illegible] ſenſibilem; vel ratione periculi delectationis ſenſualis, & conſenſus venerei, quæ [illegible] ſæpe experitur.

2215 Opponens 1. paritatem de aliis ſenſibus, qui licitè delectationem percipiunt ex propriis objectis, quæ attingunt, ut auris de ſonu, naſus de odore.

Reſp. diſparitatem eſſe; quia alii ſenſus ex propriorum objectorum attingentia percipiunt delectationem non prohibitam; oſcula verò preſſa, & tactus hujuſmodi preſſi ſint per ſe nata cauſare commotionem ſpirituum, & delectationem ſenſualem jure divino prohibitam. Unde paritas ſolùm tenet quoad oſcula ſuperficialia ex honeſta cauſa [de quibus modò] quæ quidem ſunt licita. Imò ſi delectatio ex propriis objectis aliorum ſenſuum ſit talis, & talibus adminiculata circumſtantiis, ut per ſe, attenta qualitate perſonæ, ſit nata cauſare in ea commotionem eorumdem ſpirituum, & delectationem ſenſualem veneream, erit pariter peccaminoſa, ut *in n.* 2169.

2216 Opponens 2. conſuetudinem primitivæ Eccleſiæ in danda pace ante Communionem, de qua Apoſt. ad Rom. 16. & alibi: *Salutate invicem in oſculo ſancto.*

Reſp. conſuetudinem primitivæ Eccleſiæ fuiſſe de oſculo in danda pace, ſed de oſculo modeſto, & ſancto, quod ore clauſo, ſuperficialiter, & inſtantaneè dabatur, in ſignum internæ charitatis, & pacis; de quo Cyrillus Alexandr. *lib.* 1. Glaphyr. *pag.* 169. ait: *Oſculum eſt ſymbolum perſpicuum, eminenſque nota benevolentiæ, & charitatis*: minimè de oſculo preſſo, & moroſo, quo voluptas hauritur.

2217. Hinc S. Clemens Alexandr. *lib.* 3. *pædagog. cap.* 11. inquit: *Ore modeſto, & clauſo benevolentiam animi oſtendamus. Eſt autem quoque oſculum inceſtum, veneno plenum, ſanctitatem ſimulans. An neſcitis, quòd etiam phalangia, ſi ore tantùm tangant, graves dolores hominibus afferant?*

2218 Inſuper conſuetudo non erat, ut viri mulieres



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mulieres deoſcularentur ; ſed [ait] S. Clemens Rom. *lib. 2. conſt. c. 57.*) *Ut viri viros, & fœminæ fœminas, cum ad Euchariſtiam accederent, oſculentur.* Imò mulieres non agebant in Eccleſiis promiſcuè cum viris, ſed ſeparatim. Quia tamen, hac non obſtante cautela, hominum malitia, fraudem aliquando contingere compertum eſt, oſculum oris mutatum eſt in oſculum ſacræ tabellæ. Ità Eminentiſſ. Baronius ad annum 45. *v. num.* 2221.

2219 Oppones 3. praxim oſculorum ex conſuetudine patriæ, quæ viget in Galliis.

Reſp. praxim allatam ſolùm poſſe habere vim in locis, ubi talis adeſt conſuetudo; minimè in aliis regionibus, ut in noſtris.

2220 Inſuper in locis illis conſuetudo eſt de oſculis modeſtis, ore clauſo, ſuperficialibus, & inſtantaneis, ex honeſta cauſa, ex cauſa, inquam, urbanitatis, ac in ſignum puri affectus. & amicitiæ: Amicitia enim à Phil. 8. Eth. deſcribitur: *Mutua, & manifeſta inter aliquos benevolentia, honeſtatis cauſa.* Et ideo ſunt licita.

2221 Non eſt autem ibi conſuetudo de oſculis preſſis, moroſis, & ſtudioſis, voluptatis cauſa; aut in quibus voluptas captetur. Ex quo fit, ut in Galliis, ſi quis det mulieri oſculum preſſum, & ſtudioſum, homicidia ſequantur, & iræ: *Quis eſt* (ait Auguſt. in Pſalm. 30.) *qui non iraſcatur, videns fratres inſidiantes fratribus, fidem non reſervantes oſculo, quod inſigunt ſacramentis Dei:* Et in *lib. de amicitia cap. 6. tom. 4. Ipſum oſculum tanta turpitudine fœdant, ut ſic oſculari nihil aliud ſit, quàm adulterari.*

DE OSCULIS, AMPLEXIBU[S], Tactibus, verbis turpibus, & ſimili[bus] extra Matrimonium.

2222 PAter Buſembaum. *tract. 4.* ... *dub. 1.* hæc habet.

*Oſcula, amplexus, compreſſiones ...* *& ſimilia non obſcœna, ſi fiant tantùm ... aut moris patrii, aut amoris honeſti, ... volentiæ augendæ cauſa, etiamſi delectatio ... nerea ſuboriatur (modò in ea non con... tur) non ſunt peccata.* Leſſ. Filliuc. l. ... 171.

*Si verò iſta fiant ex aliqua venial... te, joco, curioſitate, levitate, petulantia ... modò non cum delectatione venerea, ... cauſa; & ſi præter intentionem ſubori... repulſa, ac tunc abſtinendo ab illis ... culpam non excedunt.* Vide Fill. loc. ... Sanch. *l. c.* Diana *par. 4. tract. 4.* ... *contrarium tamen eſt tutius.* Vide ... *c. 1. d. 12. n. 8.*

2223 *Affectus verò, & ſubinde ... rius tamen propter periculum adjun... ctus, ex petulantia, vel curioſitatis ... inhoneſtarum, alterius corporis, ejuſdem ... ſexus, citra affectum, & periculum ... venerei, excuſari poſſe à mortali, ut ... do ſimul aliqui natant, vel lavant;* ... Laym. *l. 3. ſect. 4.* ex Sanch. *l. 5. mor. c.* ... 13. & *num. 27. & 28.* Trull. *d. c. 12.* ...

*Verba turpia, lectio obſcœnorum, ... comœdiarum turpium, cantiones ... geſtus, litteræ, & dona amatoria, ſi ... fiant, ex curioſitate, vel vano ſolatio, ... mortalia; ſecus tamen, ſi fiant, vel ... honeſto, ſive venereo, vel cum periculo ... ſpiritualis ſui, vel aliorum.* Sanchez *d. 4.* ... Filliuc. *t. 30. cap. 10. q. 3.*

2224 Joannes la Crux *in 6. præc. art.* ... *cl. 1.* de oſculis, & tactibus, ait: *Ex ſe ... ſunt peccata, cum licitè fiant ſine libidine* ...

*more patriæ, aut ob aliam neceſſitatem, etſi in eis oriatur aliqua ſenſualis delectatio, dum non acceptetur, ſed permittatur, nec adſit periculum conſentiendi in eam.* Ita Victor & communiter, cum D. Thom. *art. 4. Quia illa cauſa eſt licita, & aliàs talis delectatio non acceptata evenit præter intentionem. Sicut non tenentur viri ſpirituales abſtinere ſe à colloquiis ſpiritualibus cum fœminis honeſtis, etſi patiantur aliquas titillationes involuntarias.* Ita Med. *in ſum.* §. 18.

2225 Verricelli *tract. 4. quæſt. 20. n. 18.* habet: *Dico ſextò, tangens, aut oſculans ex honeſta amicitia, aut ex more patriæ mulierem, vel juvenem, ſi ſenſibiliter delectetur, cum tamen delectationem non intendat æque principaliter, tunc ea delectatio non eſt venerea, imò nullatenus peccat, vel ſaltem venialiter tantum.* Sylveſt. *ver. Delectatio, n. 7.* Rebellus *ver. Cogitatio moroſa, n. 4.* Leſſius *lib. 4. cap. 3. n. 56.* Comitolus *lib. 5. quæſt.* 2. 4. Rebellus *p. 2. lib. 3. quæſt. 19. ſect.* 3. *Similiter,* Filliuccius *tract. 30. num.* Salas 1. 2. *quæſt. 74. tract. 13. diſput.* 20. *n.* 131. *Qui docent excuſari à mortali, quamvis ſentiatur turpis pudendorum commotio, dummodò deliberatè in eam non conſentiatur.*

2226 Omninò tamen quoad oſcula, amplexus, tactus, & ſimilia extra matrimonium ſervanda, & tenenda volo dicta *à n.* 2195. *ad* 2221.

## QUÆRES I.

2227 *Quid dicendum de ſponſis de futuro?*

Dico 1. oſcula, & amplexus ſuperficialia, facta urbanitatis cauſa, ſeu in ſignum benevolentiæ, & ſinceri affectus, ſunt licita inter ſponſos de futuro. Maſtrius *diſ. 11. q.* 9. *art.* 3. *à n.* 139. *ad* 142. Cardenas *in criſi theol. tract. 5. de caſtitate cap. 16. n. 205. pag.* 576. Gobat. *to. 1. tr. 10. num.* 671. Allozza *ver. Luxuria n.* 5.

Ratio eſt, quia talia oſcula non ſunt mala ex objecto, nempe ex genere ſuo, & in ratione oſculi; aliàs inter parentes, & filios, & inter alios more patriæ eſſent mala: *v. num.* 2213.

Non ex fine, quia finis eſt honeſtus, nempe ſincerus amor, & urbanitas, quæ ſunt virtutes morales, minime voluptas captanda: *v. n.* 2220.

Non ratione periculi proximi; quia hoc ſolùm habetur in oſculis preſſis, ex quibus regulariter oritur commotio ſpirituum carnalium, & delectatio venerea: & complacentia, quæ ex recenſitis pudicis oſculis ex honeſto motivo factis oritur, non eſt complacentia carnalis, ſed ſpiritualis, & moralis, ita ut [advertit Maſtrius] *Potiùs ſit voluptas, & gaudium mentis, quam affectio ſenſitivi appetitus.*

2228 Et in praxi oſcula, & amplexus facta in ſignũ ſinceri affectus, aut urbanitatis cauſa, regulariter ſeparata experimur à commotione ſpirituum carnalium, & delectatione venerea; id inquam, frequenter experimur. 1. In oſculis more patriæ, aut à parentibus factis. 2. Inter conjugatos ipſos, quando unus debet ab alio diſcedere aut ad alterum regreditur; imò etiam dum ſimul cohabitant, ſæpe alter alterum deoſculatur abſque ulla commotione ſpirituum carnalium, & delectatione venerea, in ſolùm ſignum ſinceræ benevolentiæ, aut in ſolamen ex conjunctione & propinquitate inter ipſos orta, utpote factos unam carnem; quæ propinquitas eſt tanta, ut ex Geneſis 2. vir relinquat patrem ſuũ, & matrem ſuam, & adhæreat uxori ſuæ.

2229 Sic ab oſculis inter ſponſos in ſignum ſinceri affectus, aut urbanitatis cauſa factis, facillimè ſeparari poteſt omnis commotio



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tio carnalis, & delectatio venerea; per hoc enim, quòd ſponſus conſideret proximam propinquitatem, & proximè ſe futurum unam carnem cum ſponſa, faciliter poteſt oſculis uti ex ſolo præfato fine honeſto; eò maximè, quia licèt copula inter ipſos futura ſit venus, propinquitas, quæ ex illa oritur, eſt honeſta, & naturalis.

Quòd ſi aliquis ſponſus ſit ita fragilis, ut in hujuſmodi oſculis ex fine honeſto factis experiatur, ſe ſæpè cadere in delectationem carnalem, & veneream, hic utique ſe abſtinere debet ab illis; quia in eo ratione ſuæ particularis conditionis eſt periculum proximum; ſed hic caſus eſt per accidens, ac proindè reſolutioni non officit; nec pro ſponſo ità fragili ſunt damnandi peccato timorati, qui tale periculum in oſculis non experiuntur, & lineam ſinceri affectus, atque honeſti motivi minimè tranſcendunt.

2230 Dico II. oſcula, amplexus libidinoſa, ſeu ob delectationem veneream inter ſponſos de futuro, ſunt mortalia. Verricelli *tr. 4. q. 23.* Fernandez, Anglès, Rebellus, & alii plures apud ipſum.

2231 Contra Cajet. & alios, qui volunt eſſe venialia. Ita etiam Joan. la Crux *in 6. præc. art. 1. n. 4.* in verbis: *Imò & oſcula, & amplexus libidinoſi ſine periculo pollutionis ſunt licita ſponſis de futuro, eò quòd ſponſus habet quoddam jus, licèt inchoatum, & imperfectum, ad corpus ſponſæ, quod ad iſta licentiam præbet. Et iſta ſunt velut principium promiſſarum nuptiarum.* Ita communiter, & maximè Cajet. 2. 2. *q.* 154. *ar.* 4. Med. Nav. *c.* 14. 18. *& cap. 16. n.* 12. Ledeſm. *cap. 3. de matrim.*

2232 Ratio firma noſtræ ſententiæ fundatur primò in regulâ generali, qua quævis delectatio venerea voluntaria excludit à Regno Dei, teſte Apoſtol. ad Epheſ. 5. *Omnis fornicator, aut immundus, non habet* ... *ditatem in Regno Chriſti, & Dei.* ... nus: *Omnem immunditiam Apoſtolus* ... *nat, ut includeret omnia ad vitium* ... *pertinentia.* Ita Verricelli.

2233 Status ſponſalium, ſeu ... matrimonii, per ſponſalia de futuro ... eximit à dicta regula; quia adhuc ... ſoluti.

2234 Nec dat jus inchoatum ... ſponſæ, ut conſtat generaliter in ... bus; inchoatio namque contractus ... jus dat ad uſum rei, niſi quouſque ... fectus: tunc quidem ſolùm transfert ... minium rei, & qui non jam eſt dominus ... non poteſt ea imperfectè uti, cum ... aliena, licèt ſibi promiſſa. Ita Verricelli ... Rebello,

2235 Inſuper (ut benè arguit Ver... ſi inchoatio matrimonii cohoneſta... venerea Sponſis, cohoneſtaret e... venereos pudendorum, & delectatio... futura copula inter ipſos; quod com... ter negatur; quia tactus impudici ... atio copulæ, & quia delectatio ... læ commovet ſpiritus generationi ... entes, & inde eſt quædam copulæ ... quod etiam verificatur de oſculis ... quia etiam ex illis copula inchoatur ... illa per ſe commovent ſpiritus gene... inſervientes.

2236 Secundò fundatur in alia re... *Cui non eſt licitus finis, non ſunt licita* ... Cùm igitur præmiſſa oſcula, & am... ſint per ſe media ad copulam, quæ ... licita, ſed mortalis ſponſis; ita nec ... runt licita, ſed mortalia eiſdem: ... & 2178.

2237 Dico 3. Oſcula, & amplexus ... delectationem naturalem, & ſenſibilem ... quæ ex ipſo oſculo oritur, & gene...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible], & amplexus preſſa, ſunt mortalia [illegible] de futuro. Rodriquez *in ſum. tom.* 3. [illegible] 1. & Fernandez *part* 4. *c.* 2. §. 4. & *p.* [illegible] §. 1. *n.* 11. contra Tamb. *tom.* 1. *lib.* 7. [illegible] §. 5. *num.* 61. Dianam *p.* 2. *tr.* 17. *reſ.* 6. [illegible] Fagundez, Sanchez, & aliis, qui putaverunt nullum eſſe peccatum.

Rationes ſunt eædem de *num.* 2203. *ad* [illegible] *n.* 2230. Qui enim ponit cauſam per [illegible] venerei cum prævisione illius, virtualiter effectum venereum procurare dicitur, [illegible] expreſsè eum non intendere affe[illegible] actum venereum nullum dare jus [illegible] ſponſalium, probatum eſt *à n.* 2233.

[illegible] Dico 4. Dormitio ſponſorum de [illegible] eodem lecto, imò & eorum cohabitatio, & pernoctatio, eſt mortalis ratione [illegible] proximi. Sequitur ex dictis. Hinc S. Cyprianus Epiſt. 62. ad Pomponium ait: *[illegible] concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & conjacentium duorum [illegible], & fœda dormitio, quantum dedecoris & criminis confitetur?*

[illegible] in Diœceſi Neapolitana reſervatur [illegible] parentes permittentes his verbis: *[illegible] & ſponſæ poſt contracta ſponſalia, & [illegible] matrimonium legitimè celebratum, carnaliter inter ſe copulam habentes: Nec non [illegible] conſanguinei, affines omnes, ac ſin[illegible], eandem carnalem copulam, vel ſponſorum cohabitationem, & pernoctationem per[illegible].*

QUÆRES II.

2235 *Quid dicendum de conjugibus?*

Reſpondeo, oſcula, & amplexus preſſa, & [illegible] venerea, atque tactus impudicos intra conjugatos, extra actum conjugii, non eſſe [illegible], ſi non ſit periculum pollutionis. [illegible] communis. Idque ratione ſtatus conjugii, [illegible] jus ad finem, nempè copulam. Eſſe tamen venialia, in quantum ſunt ob ſolam delectationem exercita. Ob rationem *de num.* 2280.

QUÆRES. III.

2240 *An in delectatione venerea deliberata detur parvitas materiæ?*

Reſpondeo non dari. Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 2. *diſ.* 2. *punct.* 10. *nu.* 4. Diana *p.* 5. *tr.* 5. *reſ.* 5. & Doctores communiter, qui oppoſitam ſententiam improbabilem vocare ſolent. Et quidem eam damnavit Clemens VIII. in Officio S. Inquiſ. ut referunt *cit.* Auctores.

2241 Firma ratio intrinſeca eſt, quam adducit, & refert Verricelli *tr.* 4. *qu.* 16. *num.* 11. Ut ſequitur,

„ Hanc delectationem veneream, quantumvis levem, eſſe inchoatam pollutionem, oſtenditur ex Galeno *lib.* 14. *de uſu partium cap.* 9. & 10. dicente, *delectationem veneream fieri ex motu humoris ſeroſi, qui eſt ſubſtantia, & materia ſeminis, cum per venas, & arterias ſpermaticas, per modum hederæ protenſas, à venibus, ad vaſa pudenda deſcendere incipit, & per commotionem ſpirituum genitivorum incaleſcit tamquam per cauſam efficientem inſtrumentariam*: Sed hoc totum ſpectat ad inchoationem pollutionis, & ad mollitiem à Regno Dei excludentem, 1. *Corinth.* 6. quare (ut recte arguit Rebellius) ea venerea delectatio ſuapte natura, & ex fine operis ordinatur ad pollutionem, imò eſt inchoata pollutio; totus autem motus pollutionis ſecundùm ſingulas ſui partes eſt mortalis, nulla enim inchoatio actus mortiferi, etiam in aliis rebus, venialis eſt, ſed mortifera, cujuſmodi eſt inchoatio occiſionis, rapinæ, furti notabilis, &c.

2242 Et deinde concludit, oppoſitam ſententiam eſſe improbabilem, falſam, erroneã, temerariam, periculoſam, ac ſcandaloſam.

QUÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QUÆRES IV.

2243 *An plenè advertens in ſe cogitationes, & motus pravos cum delectatione ſenſuali, ſi illis nec conſentiat, nec poſitivè reſiſtat, ſed negativè, & permiſſivè ſe habeat, peccet, & quomodo?*

IN hac re, & materia perdifficili quidem, ac delicata, tres ſunt ſententiæ.

2244 Prima affirmat, eum peccare mortaliter, quamvis certò credat ſe non conſenſurum. S. Antoninus 1.2.*tit.*5.§:*in fine*, Bonac. *de matr.q.*4.*punct.*7. Riccardus, Valentia, & alii apud Verricelli *tr.*4.*q.*17.*num.*1. Cujus rationes ſunt, 1. Quia ſi non teneretur ſub mortali tales motus reprimere, poſſet ſine mortali in magna delectatione venerea perſeverare, 2. Quia tales motus ex natura ſua ad pollutionem diſponunt, 3. Quia qui tales motus permittit, illos interpretativè vult; unde ſicut qui illos intendit, mortaliter peccat, *ex num.*2198. ità qui illos interpretativè vult.

2245 Secunda ſententia docet, non peccare mortaliter, ſed venialiter, niſi adſit, & advertat periculum proximum conſenſus, aut pollutionis. Cajet. *in ſum.ver. delectatio, verſ.* Magna tamen, Diana *p.*2.*tr.*17.*reſ.*33. Medina, Corduba, & alii apud Verricelli *cit. num.*2. Sanchez *in ſum.lib.*1.*cap.*2.*num.*13. hanc vocat communem, & D. Bonav. *in* 2. *diſt.*24. *part.*2. *art.*2. *quæſt.*2. *num.*75. quamvis primam ſententiam teneat, hanc probabilem vocat.

2246 Huic ſententiæ adhæret Tamb. *tom.*1.*lib.*10.*c.*2. ut ſequitur.

„ De hac re non ego loquar, ſed Caſtro-
„ palaus *tom.*1.*tr.*2.*diſp.*2.*part.*10.§.5.*n.*3.
„ (legatur Joannes Sanchez, qui fusè idem
„ probat *diſput.*21.) qui ſic habet: *Et ſi ſu-*
„ *pradicta ſententia affirmans eſſet peccatum,*
„ *quando voluntas non reprimit, ...*
„ *cet, cum poſſit, valdè probabilis ...*
„ *probabilior mihi videtur non peccare ...*
„ *taliter voluntatem, quæ non reprimit ...*
„ *turpes motus, ſed merè negativè ſe ...*
„ *los habet, dummodo adſit periculum ...*
„ *onis, aut ulterioris gravis conſenſus ...*
„ *hanc ſententiam* Cajetanus, N...
„ Toletus, Philiarchus, & alii plures ...
„ refert Salas. *Et licet ipſe noluerit ſuam ...*
„ *tem declarare, ſatis inſinuavit eſſe ...*
„ *ſententia, ut legenti patebit.*
„ *Probabiliſſimam eſſe affirmat* T...
„ Sanchez, *qui hanc reputat probabilem ...*
„ *rigore metaphyſico, practice tamen ...*
„ *cit eſſe veram. Præcipua ratio, quæ ...*
„ *vet, eſt, quia hujuſmodi motus ...*
„ *veniunt ita ut omnes coercere ...*
„ *aliquos difficillimum. Non eſt igitur ...*
„ *dum de divina bonitate, ſalutem ...*
„ *hominum his periculis expoſuiſſe ...*
„ *ſalus æterna cujuslibet hominis ...*
„ *riculo expoſita, ſi, cum à natura ...*
„ *lum proclivis, arctatus ſit, non ſolum ...*
„ *admittere hos motus, ſed etiam ...*
„ *mere, cum poſſit; obligaretur ſanè ...*
„ *ponere non difficilia ad reprimendum ...*
„ *videat hos motus conſurgere, eò quòd ...*
„ *tali, vel tali modo decumbit, tenebitur ...*
„ *cubitu abſtinere, imò ſurgere, & ſe ...*
„ *liter verberare; quod certè eſt du...*
„ *& pauci admittunt. Deinde peccabit ...*
„ *taliter, ſi non evitat cauſas, ex qui...*
„ *gnoſcit hujuſmodi motus pravos ...*
„ *nam ſi poſtquam excitati ſunt, tenetur ...*
„ *reprimere, à fortiori tenebitur reprimere ...*
„ *excitentur, tenebitur ergo ſub mortali ...*
„ *nam non alloqui, nec videre, aliaque ...*
„ *omittere, quæ in omnium ſententia ...*
„ *ſunt, vel ſolùm venialia. Denique ...*
„ *menta contrariæ ſententiæ non urgent, ...*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ [illegible] Caſtropalaus, qui reſpondet ad „ [illegible]que argumenta, quibus fundatur pri„ [illegible] ſententia, quæ, ſi libet, lege. Illud fatetur „ [illegible] communi, eſſe veniale (lege Joannem „ Sanchez, *loc. cit.* qui *num.* 3. nec eſſe veni„ [illegible] contendit) ſi, cum poſſis, non repri„ [illegible], neque excuſationem habeas, cur non „ [illegible]; quia negari non poteſt, illos mo„ [illegible] eſſe deordinatos, & ad copulam incita„ [illegible]. Excuſatio autem ſufficiens eſſet ea, quæ „ [illegible] neceſſaria, vel utilis tibi, vel alteri; ut „ [illegible] Confeſſiones, legere, ſtudere, ur„ [illegible] loqui cum fœmina, equitare; & mul„ [illegible] magis excuſabit timor, ne dum atten„ [illegible] volendum poſitivè reprimere, cre„ [illegible]: tunc enim, imò & ſemper „ [illegible]modi tentationibus conſultiſſimum „ [illegible] eſt, ſtatim avertere cogitatio„ [illegible] alia objecta non illicita, præſertim „ [illegible] maximè afficiunt: id enim tunc non „ [illegible] negativè ſe habere, ſed certè re„ [illegible]. Quæ omnia, & etiamſi prævidea„ [illegible] pollutio, ſed non intendatur, nec ſit „ [illegible] conſenſus, dicta à nobis ſunt ſa„ [illegible] *lib.* 7. *cap.* 3. §. 5. *à n.* 48.

2247 Ita ex Caſtropal. *to.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 2. [illegible] qui ſic habet:

„ Notandum item eſt, ſi ob cauſam neceſ„ [illegible], vel utilem tibi, aut alteri non re„ [illegible] hujuſmodi motus, quales ſunt, au„ [illegible] confeſſiones, legere, ſtudere, locutio „ [illegible] cum fœmina; equitatio, timor „ [illegible] in turpiores delectationes, vel „ [illegible] tentandi, nullum peccatum „ [illegible], etiamſi adſit periculum pollu„ [illegible], modò adſit periculum conſenſus, „ [illegible] pateris has delectationes, non a„ [illegible] Azor *tom.* 1. *inſtitutionum morali*„ [illegible] 4. *cap.* 6. *qu.* 5. Salas plures referens „ [illegible] *tractat.* 15. *diſp.* 6. *ſection.* 3. *n.* 31. „ Sanchez *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 2. 12. Vaſ„ quez *diſp.* 108. *cap.* 3. *in fine*, Coninch„ *diſp.* 34. *de matr. dub.* 11. *num.* 111. Leſſi„ us *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 94. *& dub.* „ 15. *n.* 118.

2248 Rationem, cur adſit peccatum veniale, dat etiam Verricelli *cit. nu.* 15. his verbis.

„ Sentiens turpem motum cum delectati„ one, quamvis omninò certus ſit nullum „ ſubeſſe periculum, neque conſenſus, neque „ pollutionis; tamen niſi aliqua cauſa excu„ ſetur (de qua infra) venialiter peccat, eos „ pravos motus non comprimens: ita om„ nes contra Jo. Sanchez *diſput.* 21. *n.* 3. Ra„ tio eſt, nam talis motus, cum delectatione „ venerea, eſt de ſe inordinatus, & turpis, „ & ex natura ſua allicit ad conſenſum, & di„ ſponit ad pollutionem, ſaltem remotè; ergo „ tenetur voluntas eos poſitivè comprimere: „ tum quia id omnium fidelium ſenſus oſten„ dit, qui paſſim ſe accuſant de negligentia „ in reſiſtendo: ſed ſi motus eſſet ſine ulla „ prorſus delectatione, tunc puto nullatenus „ de ipſo curandum, ut rectè docet Joan. „ Sanchez, ubi ſupra, *nu.* 18. & infra pro„ babo.

2249 Ipſe tamen Doctiſſimus Verricelli *cit. num.* 4. *ad* 21. tenet, hanc ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem abſolutè loquendo, rariſſimè verò tutam in praxi, ac proinde.

2250 Quantum ad primam partem, ſolvit argumenta in oppoſitum, dicens, tunc non reprimere motus illos turpes, & delectationem veneream non voluntariè procurata, eſſe materiam gravem, quando adeſt periculum proximum conſenſus, aut pollutionis. Nec ea diſponere ad pollutionem, niſi remotè, ſi non ſint voluntariè, & libere procurata. Nec aliquid dici interpretativè, aut virtualiter volitum, niſi quando quis poteſt, & tenetur impedire.

2251 Et Caſtropal. qui abſolutè abſque diſtinctione de veritate ſpeculativa, & practica, ſecundam ſententiam tenet, *tom. 1. tr. 2. diſ. 2. punct. 10. §. 5. n. 4.* addit: *Admitto gratis, in contractibus idem eſſe judicium taciti & expreſſi propter præſumptum conſenſum: at in peccatis nequaquam; nunquam enim tibi licèt aliorum peccata velle, licèt tamen illa non impedire; & Deus peccata permittit, non tamen illa vult.*

2252 Ibid. addit, mortale eſſè hos turpes motùs velle, aut procurare; quia ſic ſunt initium, & cauſa pollutionis; minimè verò illos non procuratos, nec volitos permittere. Et voluntatem non eſſe ſub mortali obligatam impedire quamlibet pugnam appetitus ſenſitivi, ſed illam, quæ ſit talis, ut conſtituat voluntatem in periculo proximo ad conſentiendum.

2253 Quantum ad ſecundam partem de veritate practica, Verricelli *cit. à num. 16.* inquit:

„ Dico ſeptimò, in praxi raro excuſatur à
„ peccato mortali is, qui veneris delectatio-
„ nibus, ac titillationibus poſitivè non reſi-
„ ſtit, & comprimere negligit, vel ſaltem
„ formalem diſplicentiam de illis non habet.
„ Unde conſultiſſimum, imò ſæpe neceſſa-
„ rium eſt, de his tamquam de dubio pec-
„ cato ſe accuſare ante ſacram communio-
„ nem. Ratio eſt, quia non reſiſtens pravis
„ motibus, & delectationibus, frequenter
„ verè, & formaliter, nedum interpretativè
„ conſentit; non cognoſcit autem ſe conſen-
„ ſiſſe, quia actu reflexo non avertit con-
„ ſenſum; unde tunc mortaliter peccat, non
„ ex eo quia non reſiſtit, ſed quia verè, &
„ formaliſſimè conſentit; unde rectè docue-
„ runt graviſſimi Doctores, ut Joan. Gerſon.
„ Cancellarius Pariſienſis, Gregorius de
„ Valentia, Thomas, Sanchez, Sayrus, &

Alphonſus Rodriquez, rem eſſe ... culoſam, neque tutum eſſe commu... ſinè confeſſione: referam in re ... menti verba Doctorum. "

2254 Alphonſus Rodriquez, ... *ſpir. par. 3. tract. 4. c. 4. docet,* ... doctiſſimos viros latere, an ſit ... mortale; unde S. Bonaventura, ... *diſciplina* acriter reprehendit eos, ... verecundia putantes non eſſe mortale ... mittunt hæc confiteri, & ſæpe ... communicant. "

2255 Denique, tertia ſententia ... eum non peccare mortaliter, ... quam diſplicentiam habeat, ... delectationem veneream non rep... ejus cauſam removeat, dummodo ... ſe non conſenſurum. Ita plures Doct... D. Bonav. *cit.* relati, eique adhæret ... *in ſum. lib. 1. cap. 2. num. 13.*

2256 Hæc ſufficiat ex graviſſimis ... ribus retuliſſe, nam plurium ... giſtrorum exemplo motus, in hac ... diſcipuli munere fungi, quàm Magi...

2257 Illud certum eſt, eum pecca... taliter, ſi adſis, & advertat pericul... mum conſenſus, aut pollutionis, ... credat ſe non conſenſurum in delecta... nem veneream, & pollutionem; [ ut rectè ait Verricelli ] eodem ... pto, quo quis tenetur pollutionem ... tenetur etiam cauſas per ſe influentes ... lam auferre, niſi cauſa aliqua neceſſ... cuſet: *v. n. 2189.*

2258 Ad dignoſcendum, quod ... periculum proximum; primum ſign... experientia, qua quis in ſimili commotione ... & delectatione poſitus, expertus eſt, ... ſæpius conſenſiſſe, aut pollutionem ... tam eſſe Secundùm, ſi commotio, & dele... ctatio ſit graviſſima, ac ità vehemens, ...

...aliter irritata, judicio prudenti ad... ci eſſe proximam pollutionem. ... juvant etiam dicta de occaſione ...

2259 In caſu igitur periculi proximi, te... quis ſub mortali poſitivè reſiſtere, & ... motus reprimere, utendo remediis, ... modo, *à n.* 2265.

QUANTUM AD SIGNA

2260 Conſenſus præſtiti, vel non ab eo, qui poſitivè non reſtitit, extra ca... periculi proximi:

... viro prudenti [ut doctè innuit ...] conſideranda quatuor, 1. Qualitas ... An ſit timoratæ, vel laxæ conſcien... 2. Qualitas delectationis venereæ. An ... levis, vel gravis; brevis, vel diuturna, ... An rationabilis, ut auditio Con... ſtudium &c. Vel irrationabilis, ... aſpectus, turpis lectio, aut locu... An aliquam ejus delectationis di... habuerit, vel nullam.

2261 Si perſona eſt timoratæ conſcien... potius mallet mori, quàm fœdari; ... cogitatio, motus parvus, & delecta... levis, probabile eſt non fuiſſe con... quia vir timoratus haud ità faciliter ... conſenſum ruit.

2262 Idem dicit, 1. Verricelli *cit. n. 3. & 5.* ... gravis, & diuturna, cauſam tamen ... removet ex rationabili motivo, ut ſtudio ... auditione confeſſionum. Et tunc ... probabilitatis, quòd non adfue... conſenſus, non teneatur confiteri; conſul... ut confiteatur.

2263 Idem etiam dicit, 2. Si cauſam non ... ſine rationabili motivo; ut eſſet a... curioſus, lectio, &c. ipſe tamen di... delectationis habuit; *Quia di... eſt quædam reſiſtentia, quæ quamvis ſit inefficax ad tollendam delectationem, efficax tamen eſt ad cohibendum conſenſum.* Ità ille cum Sanchez.

Et ſolùm dubium eſſe de conſenſu, & inde, quòd teneatur confiteri, ſi diſplicentiam non habuit.

Huic autem ſecundo dicto nullo pacto adhæreo; quia aliud eſt loqui de motu turpi, & delectatione naturaliter ortis, aliud de ortis ex cauſa libera, non neceſſaria, de qua *n.* 2189. ut eſt curioſus aſpectus, lectio non neceſſaria, &c. tunc quidem, gravi motu turpi, & delectatione urgente, tenetur quis cauſam removere; quia cum nulla ſubſit ratio, quæ cohoneſtet non remotionem cauſæ, recurrunt dicta ſuperius 2250. de delectatione libera, & procurata.

2264 Denique addit Vericelli *cit.*

*Sic ſi diu reſtitiſti, fruſtrà tamen, quia adhuc durant, experientia tamen didiciſti eos pravos motus ſeipſis ceſſare; neque venialiter peccas, ſi non curas*: ità S. Th. 22. *quæſt.* 35. *art.* 1. *ad* 4. & in primam ad Corinthios, *cap.* 6. *q.* 6. Curiel. 1. 2. *q.* 74. *art.* 8. *dub.* 2. §. 3. *ibidem.* Peſantius *art.* 10. *diſput.* 5. Azorius *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *quæſt.* Joan. Sanchez *in ſelectis diſput.* 21. *num.* 11.

*Qui etiam ſcrupuloſus eſt, & ſcrupulis cruciatur, cum reſiſtere nititur, & cauſam amovere; ſi reſiſtere non curat excuſandus eſt, & probabile eſt non conſenſiſſe. Ratio eſt, quia juſtiſſima cauſa non reſiſtendi, aut cauſa delectationum non amovendi, eſt evitare ſcrupulorum cruciatum.* Alia vide infra de requiſitis ad peccatum mortale.

DE ARMIS AD PUGNANDUM
Contra tentationes carnis, & pravos motus.

2265 PRimò, eſt fuga occaſionis initio pugnæ. Teſte Auguſt. *ſerm.* 250. *de*

 Temp.

*Temp. Apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam; nec ſit tibi verecundum fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere.* Et Hier. *Epiſt.* 22. *Dum parvus eſt hoſtis, interfice.*

2266 Secundo, eſt fuga otii; otium namque eſt omnium libidinum ſeminarium. Hinc Ezech. *cap.* 16. dicitur: *Iniquitas ſodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, abundantia, & otium.*

Adeoque tunc quis animum alio divertat, aut ſe occupet in lectione librorum, vel operationibus, & exercitiis manualibus, &c.

2267 Tertiò, eſt imploratio Auxilii Divini, & Interceſſionis Sanctorum. Scriptum namque eſt Sapientiæ, *cap.* 8. *Cognovi, quòd non poſſum eſſe continens, niſi Deus det: idcirco adii Dominum, deprecatus ſum illum.*

Imploret igitur Divinum auxilium. Se ſignet ſigno Crucis. Orationes jaculatorias ad Deum dirigat: *Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Ne permittas me Domine à te ſeparari.*

Ad Chriſtum Crucifixum mentis oculos convertat: *Tu Domine Deus meus, & Jeſu dulciſſimè, pendes in patibulo, & eo voluptati operam dabo: Moriar, moriar priuſquam te Redemptorem meum offendam.*

Ad Virginem confugiat, dicendo: *Sub tuum præſidium, & Virgo ſingularis, inter omnes mitis, nos culpis ſolutos, mites fac, & caſtos.* Ter ſigno Crucis in fronte, ore, & corde ſe ſignans, dicat: *Per Sanctam Virginitatem tuam, & immaculatam conceptionem tuam, & Puriſſima Virgo, munda cor, & carnem meam.*

Ad Angelum Cuſtodem: *Angele Dei, qui cuſtos es mei, &c.*

Ad Sanctos, maximè ad D. Hieronymum, oratione, qua ipſe utebatur: *Timui incidere in opprobrium, ſi à carne ſuperatus fuero: oro ergo Domine, ut hoc opprobrium à me* … *& ſi me à carne tentari permiſeris, ne permittas ſuccumbere.*

Quartò, eſt conſideratio quatuor No… morum: *Momentaneum, quod* … *æternum, quod cruciat.* Sint tibi … hæc tria verba [ quæ tradit Vercelli … *Statim, Nunquam*: *Nunc* poſſum … *Statim* deſcendere in infernum. … inde exire.

Quintò denique juvant moderat… mortificationes externæ, diſciplinæ.

## DELECTATIO MOROSA

2268 *Eſt delectatio deliberata* … *turpi, quæ præciſe conſumm…terius*, vel *eſt conſenſus voluntatis* … *illicitos appetitus ſenſitivi.* Unde dicitur mo… roſa, non à temporis mora, quia cum … ſiſtat in actu interno, poteſt con… inſtanti; ſed ex mora rationis, & … tiæ ſufficientis, ut ſit peccatum: … per longum tempus detinearis in delectatio… ne actus pravi, v. gr. copulæ, quam… ſed non plenè advertas ad malitiam … ipſius delectationis, nec plenè conſ… ea detineri, non erit delectatio moroſa … peccatum mortale Omnino, *vide* … 2260.

2269 A deſiderio differt, quia deſiderium … aut conſenſus in copulam illicitam, … actus voluntatis efficax, qui conſ… tenditur in ipſo opere externo fornicat… Delectatio verò moroſa de eadem cop… quam mente quis cogitat, ſiſtit ſolùm … conſumatur interiùs, & non tranſit ad … lendum exequi id, de quo quis delectatur.

2270 Difficultas eſt, an in delectatione moroſa explicari debeat in confeſſione per… ſona, circa quam delectatio verſata eſt, nempe, quòd ſit conjugata, conjuncta, …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſitas. Affirmat magis communis opinio ; quia delectatio moroſa habet ex natura ſua ordinem in actum externum, ac proinde contrahit ſpeciem malitiæ actus externi, v.g. adulterii, inceſtus, aut ſacrilegii.

2271 Ita Cajet. 22. *q.* 154. *art.* 4. Rodr. *in ſum. tom.* 3. *c.* 101. *n.* 3. Bonac. *de matr.* *q.* 4. *punct.* 8. *n.* 18.

2272 Probabile autem eſt, non eſſe explicandam circumſtantiam perſonæ, ſed ſufficere ſi dicatur: *Delectatus ſum toties de copula illicita illam cogitando, non deſiderando.* Ita Verricelli *quæſt.* 5. Caſtropal. *tract.* 2. *diſ.* 2. *punct.* 10. §. 4. Diana *part.* 1. *tract.* 7. *reſ.* ... Vaſquez, Reginal. Tannerus, & alii apud ... *in ſum.* ... qui hanc opinionem probabilem vocant, dicentes, præter malitiam ... contra caſtitatem, non habere aliam malitiæ ... cum ipſo opere.

Ratio eſt (doctè ait Verricelli) quia objectum delectationis moroſæ non eſt opus externum, ut ponendum à parte rei cum proximo; ſed eſt ipſa cogitatio operis, quatenus cogitatum delectat; ergo ... cogitatio ipſa non ſit injurioſa conjugi, ... conſanguineæ, &c. non habet ea ... malitiam adulterii, aut inceſtus, &c.

2273 Tum quia in tantum id debet explicari in deſiderio, & gaudio copulæ illicitæ, quia deſiderium eſt voluntas efficax actus ... venerei, qui deſideratur; & gaudium eſt voluntas efficax approbativa actus ... venerei patrati, ac proinde ſpecificatur ab actu externo; delectatio verò moroſa eſt voluntas inefficax, quæ ſiſtit, & conſummatur in ſola interiora delectatione, ſine ordine ad actum externum, ac proinde non ... de ſe ejus cauſa.

2274 Confirmatur, quia delectatio moroſa ſolùm tendit in actum venereum mente conceptum, minimè in circumſtantiam perſonæ conjugatæ, &c. adeoque ſolùm contra caſtitatem opponitur, & ſola caſtitas per eam violatur, minimè jus conjugatæ, conjunctæ, aut Sacræ; & conſequenter delectatio moroſa non variatur ſpecie ex variatione perſonarum, niſi tendat in perſonam, ſeu opus externum, ut ſubeſt formaliter illi circumſtantiæ, putà ſi quis delectaretur de copula, ut eſt copula conjugatæ, ſacræ, *&c. v. numer.* 2286.

2275 Idem eſt dicendum de aſpectibus, quorum delectatio venerea ſiſtit ſolùm interiùs, & non tranſit exteriùs ad deſiderandas mulieres, quæ affectu venereo aſpiciuntur. In tactibus verò impudicis, & oſculis, explicanda eſt circumſtantia perſonæ tactæ; quia ſunt actus externi, adeoque per eos non ſiſtitur in ſola delectatione interna.

2276 Delectatio verò de copula ſodomitica, contrahit ſpeciem malitiæ ſodomiæ in confeſſione explicandam; quia eſt de copula innaturali, quæ eſt extra genus copulæ naturalis.

2277 Ligatus voto caſtitatis, ſi moroſè delectetur, debet circumſtantiam ſuæ perſonæ explicare, quia peccat contra votum: *ut in num.* 1855. De conjugato affimat Vaſquez, quia in matrimonio præſtatur fides conjugi non collocandi corpus, nec mentem in aliena. Negat Caſtropal. *tom.* 1. *tr.* 2. *diſ.* 2. *punct.* 10. §. 4. *num.* 4. Diana *part.* 5. *tract.* 13. *reſ.* 99. Gaſpar. Hurtadus, & Verricelli *tract.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 5. quia quòd in matrimonio præſtetur fides de non collocanda mente in aliena, etiam ſine deſiderio procedendi ad extera, non probatur: ita ille.

LECTA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DELECTATIO COPULÆ CUI LICITA?

2278 PEndet ex hoc principio: *cui eſt prohibitus finis, ſunt prohibita media*, ſeu: *cui non eſt licita operatio, non eſt licita voluntas inde derivata*: & è contra: *cui non eſt prohibitus finis, non ſunt prohibita media, &c.* hoc præmiſſo.

2279 Conjugati moroſè delectantes de copula præterita, vel de copula cogitata ut præſenti, in abſentia alterius conjugis, abſque periculo pollutionis, non peccant mortaliter, ſed venialiter; quia in ſtatu conjugii non eſt prohibita copula, ita nec ejus delectatio.

2280 Peccant autem venialiter; quia opus conjugii ob ſolam delectationem exercitum, eſt peccatum veniale; nam opus conjugii eſt à natura inſtitutum ad duos fines, ad procreandam prolem, pro conſervanda ſpecie, qui eſt finis principalis, & ad ſedandam libidinem; qua ratione nullum peccatum committit, qui opus conjugii exercet ob delectationem, ſi eam ordinet ad procreationem prolis tanquam finem principalem; peccat tamen venialiter, qui ob ſolam delectationem illud exercet, quia exercet more brutali, pervertendo ordinem à natura inſtitutum; & conſequenter voluntaria, & deliberata cogitatio, quam habent conjugati de copula præterita, ſi non habeat aliud motivum, niſi ſolam delectationem, non poteſt à veniali excuſari: *v. in prop. 9.* ab Innoc. XI. *damn.*

2281 Vidua moroſè ſe delectans de copula præterita habita in ſtatu conjugii, peccat mortaliter; quia viduæ hic, & nunc in ſtatu viduitatis eſt prohibita copula, ita & delectatio de copula. Eadem ratione peccant mortaliter ſponſi de futuro, ſi delectentur de copula futura, licèt enim talis copula [illegible] mala in ratione effectus, & ut ab opere procedet; eſt mala in ratione objecti, [illegible] ctu ejus, cui objicitur, ſi objiciatur [illegible] & tempore, quo ſit ei prohibita; hac [illegible] pollutio nocturna involuntaria non [illegible] catum, & delectatio voluntaria de [illegible] mortalis.

2282 Diana *p. 3. tr. 5. reſ. 77.* Bon[illegible] Tamb. cum multis tenent, 1. Vidu[illegible] gaudere poſſe de copula conjugali [illegible] & deſiderare futuram; ſic pariter de [illegible] ſponſo; nullo tamen modo in præſen[illegible] ctari: quod intelligunt de puro deſi[illegible] minimè de deſiderio conjuncto cum [illegible] affectu actuali malo, vel de deſiderio, [illegible] ſit cauſa efficax pollutionis, & deg[illegible] non prout confunditur cum delect[illegible] ſed prout coincidit cum approbat[illegible] idem ſit gaudere de copula conju[illegible] rita, ac eam approbare. Ratio eſt, [illegible] ctatio moroſa ex ſe influit in libid[illegible] motus ſenſuales parit; non ſic appro[illegible] & purum deſiderium, 2. Licitum eſſe [illegible] lutione naturali nocturna, & involu[illegible] non delectari, ſed de ea habita gaude[illegible] am deſiderare ob aliquem honeſtum [illegible] nempè ad ſedandas, vel ob ſedatas [illegible] nes carnis, ad exonerandam, vel ob [illegible] tam naturam ob ſanitatem, &c. quia [illegible] lis pollutio neque objectivè eſt mala [illegible] gaudens, & placens, non gaudet, & [illegible] de pollutione, ſed de ſanitate: idem [illegible] de deſiderio. Id de pollutione negant [illegible] & Rodriquez in Summa, quia pollu[illegible] objecto mala.

2283 Id certum eſt, nullo pacto [illegible] pollutionem nocturnam, & naturale[illegible] curare, etiam ad ſanitatem obtinendam [illegible] tunc eſſet voluntaria in cauſa, & ab [illegible] co mala.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2284 Si die Sabbati delecteris de comeſtione carnis, aut illam deſideres, præciſa per intellectum, ſeu non intellecta die Sabbati, non peccas: quia ſeparas malitiam, dum præſcindis circumſtantiam prohibitionis, ſeu diei quæ eſt prohibitio. Peccas verò, ſi deſideras comedere carnes pro die Sabbati, etiam ſi poſtea retractata voluntate non comedas; quia tunc non præſcindis, ſed concernis circumſtantiam diei Sabbati: in primo inquam caſu dies Sabbati habet rationem temporis, quo eſt, & ſit actus deſiderii; & ideo non transfundit malitiam in actum, quia concomitanter ſe habet: in 2. ſe habet ut terminus ſe tenens ex parte objecti, ut ejus circumſtantia, & ideo transfundit malitiam in actum.

2285 In qua re datur regula: in objectis tantùm quia prohibitis, de iis per ſe conſideratis delectari non eſt peccatum mortale, niſi delectatio fiat de re ipſa, in quantum prohibita quia malis, ut eſt adulterium, homicidium, &c. quia in primis poteſt objectum præſcindi à malitia, non ſic in ſecundis.

2286. Complacentia, ſeu delectatio de re peccaminoſo, eſt peccatum, & contrahit eandem ſpeciem, & qualitatem malitiæ objecti. Si verò ſit de modo, aut aliqua circumſtantia in ſe non peccaminoſa, v. gr. de dexteritate, induſtria, inventione &c. in furando, &c. non eſt peccatum mortale, & aliquando neque veniale.

## DESIDERIUM REI ALIENÆ

2287 Eſt peccatum contrahens malitiam injuſtitiæ, furti, ſi ſit de re aliena obtinenda via illicita, & cum damno domini; ſecus ſi videns v. gr. veſtem Petri, ſimilem deſideres, vel eamdem emptione, donatione, aut alia via licita obtinendam. Decimo namque præcepto prohibentur in concupiſcentia, quæ ſeptimo præcepto prohibentur in facto; unde eo prohibetur deliberata voluntas aliena uſurpandi, retinendi, aut damnum inferendi.

Scotus *in 2. d. 42. q. 4. lit. L. in 3. d. 15. q. un. lit. H. in 4. d. 15. qu. 2. litt. LL.* Maſtrius *in Theol. mor. diſp. 11. q. 7. & q. 8. num. 151.* Joan. la Crux. *p. 87. 6. præcept.* Bonac. *to. 1. pag. 265. pag. 366. pag. 377.* Tamb. *tom. 1. pag.* 183. & 297. Buſem. *lib. 3. tr. 4. cap. 2.* Diana in pluribus locis, Caſtrop. Verricelli *cit.* Clericatus *cap.* 118.

# DE VII. PRÆCEPTO DECALOGI.

*Non furtum facies.*

## CAPUT I.

*De Juſtitia, & Jure.*

2288. De jure pro lege ſumpto dictum eſt, cum de legibus, modò jus *eſt poteſtas legitima ad aliquam rem obtinendam, vel retinendam, aut ad aliquam functionem faciendam:* eſt duplex in re, & ad rem. Jus in re *eſt illud, quod per ipſam rei traditionem acquiritur.* Jus ad rem *eſt illud, quod aliquo juſto titulo habetur ad rem, ut ejus traditio fiat.* Jus in re dat actionem in ipſam rem, ità ut habens jus in re, habeat actionem ad eam ſibi vindicandam, à quocumque poſſideatur. Jus ad rem dat actionem in perſonam, ut rem, quam v. gr. vendidit, donavit, &c. tradat. Præcipua juris ſpecies eſt dominium.

## DOMINIUM

2289 Eſt *facultas diſponendi de re tanquam ſibi ſubjecta:* eſt duplex, juriſdictionis, & Proprietatis: Dominium juriſdi-

juriſdictionis *eſt poteſtas gubernandi ſibi ſubditos, præcipiendo, prohibendo, præmiando, vel puniendo.* Dominium proprietatis, *eſt facultas de re aliqua diſponendi tanquam ſua.* Hoc eſt duplex, plenum, ſeu perfectum, *& eſt facultas libere, & licitè diſponendi de re etiam in proprium commodum, & quoad omnes uſus, à lege, vel conventione non prohibitos.* Imperfectum, *eſt illud, quod, vel habet proprietatem rei ſine fructibus*, & dicitur dominium directum, *vel habet fructus ſine proprietate*, & dicitur dominium utile. Tale habet uſufructuarius, verbi gratia domus, fundi, &c. cujus habet tantùm uſum, & fructum; rei tamen dominium reſidet penes ejus dominum directum.

2290 Uſusfructus *eſt jus utendi re aliena, & percipiendi ejus fructus ſalva ejus ſubſtantia.* Sic uſufructuarius eſt maritus reſpectu dotis uxoris, cujus dominium, & proprietas penes uxorem, aut ejus filios reſidet.

2291 Jus utendi, *eſt facultas utendi re aliena non tamen percipiendi fructus, & ſalva ejus ſubſtantia.* Hinc qui habet jus utendi equa, ea uti poteſt ad arandum, at non poteſt de ejus pullo diſponere; qui verò habet ejus uſumfructum, poteſt utrumque; unde uſufructuarius diſponere poteſt de fructibus rei tam pro ſe, quàm pro aliis, vendendo, donando, &c. non ſic uſuarius.

2292 Uſus facti, *importat nudum uſum rei, abſque jure, aut dominio utentis.* Differt ab uſuario, quia uſuarius habet jus utendi, ita ut ſi ab uſu rei impediatur; poteſt illum ex juſtitia exigere; non ſic, qui habet ſimplicem uſum facti. Ita Religioſi omnes in particulari. Franciſcani verò tam in particulari, quàm in communi habent ſimplicem uſum facti, ſicut volucres cœli circa res, quarum pro ſuſtentatione propria ...

2293 In iis rebus, quæ ipſo uſu ... muntur, v. gr. in cibo, potu, ac veſt... parari poteſt uſus à dominio, ut ... Franciſcanis, qui quidem poſſunt ... ad manducãdum, at non poſſunt di... ponere, alteri vendendo, donand... imò uſum, quem habent, depen... voluntate domini habent, qui eſt S... Pontifex, qui in ſe dominium ſuſcip... moſynarum, & rerum omnium ... neceſſitatibus ſublevandis à fideli... niſtratis.

2294 Jure naturæ omnia ſunt c... nia. Unde dominia fuerunt introd... diſtincta jure gentium poſt Adæ pecc... ut ſic pax, & humana ſocietas ... retur.

## USUFRUCTUARIU[S]

2295 **N**On poteſt uſumfructu... ſenſu proprietarii dom... dere, aut alio modo alienare; quo... at, illum amittit, & proprietario ... *l. Si uſufructu verſ. & ſi extran...* *jure dotium*; quia eſt jus perſon... rens, quod inde non poteſt in ali... ferri, aliàs poſſet uſufructuarius ... juveni concedere; quod eſt in præju... proprietarii.

2296 Quamvis autem uſusfruct... nari non poſſit, poteſt ejus commod... utilitas alienari; & ſic licitè uſufru... fructus vineæ vendit; quia id non eſt ... re uſumfructum, ſed fructum vineæ, ... que emptor fructum vineæ percipi... nomine proprio, ſed uſufructuarii ... Caſtrop. *de juſtitia tr. 32. diſ. un. punct.* ... *3. num. 4. & 5.*

2297 Fructus pendentes, & non ... lecti per uſufructuarium in ejus vita, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſunt generis, ſive naturales, ſive induſtriales, ſive civiles, ad proprietarium ſpectant, ex l. Si uſufructuarius 13. ff. *quibus modis uſufruct. amitt.* Franch. *dec.* 168. Ant. à Spir. Sanct. *de jure, & dom. tr.* 10. *diſp.* 2. *ſect.* 4. & Molin. & Sanchez.

2298 Difficultas eſt de fructibus maturatis, & non exactis; pro quibus quidem variant Doctores, qui tamen diſtinctione conciliantur,

Vel enim ſunt naturales, & percepti. Et hi ad uſufructuarium ſpectant, & ejus hæredes, ex Fantigerata, *l. defuncta, ff. de uſufructu*, Caſtillo *de uſufructu, cap.* 77. *num.* 10. Antonel. *de temp. leg. art.* 46. *num.* 9. Bartol. *in leg. divortio num.* 22. In hujuſmodi namque fructibus tempus perceptionis conſideratur, & quòd ſint à ſolo ſeparati per uſufructuarium, aut per alium nomine, ipſius Antonel. *cit. num.* 5. Caſtillo *cit. num.* 4. Quidem docet, etiam ſi fructus eſſent perceptioni, & recollectioni proximi, *ex l. defuncta*,

2299 Vel ſunt fructus civiles, qui de die in diem percipiuntur. Et iſti etiam ad uſufructuarium ſpectant, ejuſque hæredes poſt ejus mortem, ita ut poſſit eos alteri cedere, vendere, & in teſtamento, aut alio modo de illis diſponere. Bald. *c.* 1. *in fine de pace ten. in uſus feud.* Franch. *dec.* 168. *num.* 11. *& Addit. eam.* Peregrinus *art.* 49. *num.* 100. In hujuſmodi namque fructibus non attenditur ſeparatio à ſolo, ſed ſolùm ceſſio obligationis, ita ut id, quod in naturalibus operatur ſeparatio, in civilibus operetur ceſſio obligationis. Et ſicut in naturalibus tempus ſeparationis attenditur, ita in civilibus tempus, quo incipiunt deberi; cum igitur contractu ſtatuto debeantur de die in diem, de die in diem uſufructuario cedunt; adeóque licet non eſſent pro illa rata temporis exacti, uſufructuario acquiruntur, ejuſque, ac ejuſdem hæredum lucro pro illa rata temporis cedunt. Uſufructuarius, inquam, eſt verus, & realis fructuum maturatorum dominus; unde cum prædicti fructus ſint maturati tempore illius dominii, pro eo remanent non exacti, & pro ejus hæredibus, eo mortuo.



## DOMINII PROPRIETATIS ACQUISITIO.

2300 AD acquirendum dominium rei, quæ antea nullius erat, ſufficit ſola ejus apprehenſio; quia quod nullius eſt, *jure gentium* occupanti conceditur. *Sic animalia ferocia, & ſylveſtria, quæ antea nullius fuerunt, vel ſi alicujus fuerint, naturalem libertatem recuperarunt, fiunt primò occupantis, ſive in proprio fundo capiantur, ſive in alieno. Non tamen animalia de ſe manſueta, & domeſtica: ut gallinæ, columbæ, anſeres domeſticæ, & feræ uſu manſuefacta; hæc enim licèt longius aberrent, quandiu retinent conſuetudinem redeundi, ſunt ſui domini, eique reſtituenda, ſi capiantur.*

2301 Columbaria eſt licita, adeóque ad nil tenetur dominus pro columbarum cibo.

2302 Feræ, & volucres venatione captæ in fundo alieno, ſunt capientis, quia nec ſunt pars fundi, nec ibi ſuam naturalem libertatem amiſerunt, ac proinde nullius ſunt, & ita primo occupantis. Si autem redditus fundi conſiſtat in venatione, non ſunt capientis, ſed domini fundi.

2303 In venatione, ſi fera, aut volucer ſit ita leviter vulneratus, ut fugere poſſit, tunc, ſi alius eum fugientem capiat, eſt capiẽtis; quia naturalem libertatem non amiſit. At ſi vulneravit, quantum ſatis fuit ad capiendum,

& vulnerans eſſet eum fugientem inſecutu-rus, & ſine dubio capturus, eſt vulnerantis, nec alius poteſt illum prævenire, quia adeſt moralis certitudo comprehenſionis. In dubio, an qui vulneravit, eſſet capturus, eſt capientis, quia cenſetur ſuam naturalem libertatem habere. Si verò ita laqueo ſit irretitus, ut fugere non poſſit, tunc, ſi alius eum diſſolvat, non eſt diſſolventis, ſed ejus, qui laqueum paravit, quia per ſuum inſtrumentum eum quaſi manu apprehendit: & volucer naturalem ſuam libertatem amiſit.

2304 Theſaurus *eſt vetus depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum habeat.* Si inveniatur caſu in fundo proprio, eſt inventoris; ſi in alieno, dimidium eſt inventoris, & dimidium domini fundi. Si inveniatur arte magica, totus eſt Fiſci Regii in pœnam delicti, ſed poſt ſententiã. Si in loco publico, vel ſacro, dividi debet cum fiſco, vel Prælato, cujus eſt locus. Si non caſu, ſed data opera quis ſine licentia domini effodiens eum inveniat in fundo alieno, tenetur totum reddere domino deductis expenſis. Hæc de jure naturæ, communi, & canonico, atque in foro conſcientiæ. Pro foro autem externo attendendæ ſunt pragmaticæ, & conſuetudines propriæ Regnorum, quæ ſolent totum principi concedere.

2305 Sciens, in alieno fundo eſſe theſaurum, poteſt fundum communi pretio ſine ullo onere emere; quia theſaurus non eſt pars fundi, nec vendito fundo ſpectat ad dominum fundi. Adducit Tambur. paritatem de Pharmacopola, qui emere poteſt vili pretio faſcem lignorum, ubi adeſſe cognovit herbam pretioſam communiter ignotam. Nec obſtat lex unica, *Cod. de theſauris*, quòd theſaurus in alieno fundo inventus dividendus ſit, ut dimidium ſit domini fundi, quia ſupponit eum dominum fundi, tempore, quo ſit inventio theſauri. Caſtrop. 6. 32. *diſ. un. punct.* 17. Tamb. [illegible] 4. *c.* 1. §. 3. Qui plura, & fuſè.

2306 Ad acquirendum autem do[minium] rei, quæ antea alicujus erat, [...] ſemper titulus, & regulariter tradi[tio ...] liquibus caſibus in jure expreſſis no[n requi]ritur traditio, ita 1. In beneficiis Eccl[eſiaſti]cis ſufficit ſola collatio, & accep[tatio ...] In donatione, aut venditione fa[cta ...] ſiæ, Civitati, aut locis piis, 3. In leg[atis ...] 4. In hæredibus.

2307 Titulus, in quo fundatur [...] dominium rei, quæ antea alterius era[t ...] communi, & humano eſt multiplex [...] cet belli, præſcriptionis, conjunc[...] alicujus contractus civilis.

## B E L L U M

2308 QUando juſtum, dic[...] 103. In bello juſto bon[...] ſint immobilia, ſunt Principis; [...] jure gentium ſunt capientium; [...] civili ſunt priùs ponenda in comm[uni ...] poſtea à Capitaneo dividenda mil[itibus] juxta merita, ut ſic animoſiores ſi[nt ...] adſit conſuetudo, ut unuſquiſque, [...] pit, retineat; vel ut mobilium pa[rs ...] Principi, aut communitati.

2309 Excuſantur milites trirem[...] navim Turcarum aſcendentes, ali[...] ſe ſurripiunt; nam Princeps non p[...] rationabiliter invitus, ſed potius p[...] re ad animandos milites qui pro [...] priam expoſuerunt vitam; eo maxi[me ...] major pars illi cedit. Hinc Duces [...] ſciunt, & diſſimulant; expreſsè autem [...] concedunt, ne libertate militari, licen[...] ta, omnia pro ſe ſurripiant. Bonac. d[...] *contract. q.* 2. *p.* 4. *n.* 9.

2310 C[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2310 Cæterum praxis eſt, ut quidquid ... parte ſuperiori navis, vulgo *ſopra* ... ſit militum.

2311 Repreſſalia ſunt licita, ſi certò con... ... ibus unius regionis eſſe illatum ... civibus tuæ regionis quod non ... ſalia via compenſari.

2312 Si bellum ſit injuſtum, bona capta ... ſunt reſtituenda, non com... ſed propriis dominis, ſi fieri poſ...

... bellum ſit ex utraque parte injuſtum, ... inde capta non ſunt reſtituenda, ... compenſantur. Alarius *lib. 7. ver. Bel*... 4.

... bellum putatum juſtum conſtet poſtea ... tum, tenentur ad reſtituendum ... quæ extant; aut in quæ facti ſunt di... ſi non extent.

2313 In bello juſto, licet hoſtes, quos in... putas, aggredi; quia ipſa aggreſſio ... *Sotus*. Non licet tamen eos ex ... occidere; licet verò ſpoliare, aut ... debilitandum hoſtem, nec eſt onus ...

2314 Mobilia, imò & immobilia in bello ... capta, ſi compenſationem damnorum ... non ſunt reſtituenda, ſed retineri ... punitionis titulo. Molina *diſput.* ...

2315 Urbis fidelium non debet in præ... dari, niſi id neceſſarium judicetur ad ... bellum, ad milites animoſio... reddendos, & hoſtes terrendos. Molina ... Et tunc ea in prædam data, omnia ... poſſunt diripi, etiam innocentium; ... bellí non tenetur illud diſcutere, ... Urbs hoſtis præſumitur. Cajet. *ver.* ... *verſ.* 4.

2316 Bona Eccleſiæ, & perſonarum Ec... ... non poſſunt diripi, nec occupari; quod ſi fiat, ſunt reſtituenda, & reparanda damna; quia non ſunt membra Reipublicæ temporalis, nec hoſtes, ac inde ob delictum Civitatis, aut Principis, eorum bona occupari non poſſunt. Occupari tamen poſſunt victualia intra Monaſteria depoſita ab hoſtibus.

2317 In bello juſto licet Urbem incendere, ſi aliter capi non poteſt, quamvis multi innocentes cum nocentibus occidantur; quia non directè occiduntur. Sotus *de juſt.*

2318 Item poſſunt à Principe repeti expenſæ pro recuperatione factæ.

2319 Hoſtibus victis licitum eſt tributa imponere in compenſationem, aut pœnam.

2320 Obſides, vulgo *Oſtaggi*, ſi ſint de numero nocentium, violata ab hoſtibus fide poſſunt occidi. Vict. *num.* 55.

2321 Capti in bello juſto poſſunt fugere, at non poſſunt dominis inſequentibus vi reſiſtere.

2322 Poſt adeptam victoriam, non licet innocentes occidere; fiunt tamen ſervi capti in bello cum infidelibus.

2323 Clerici, & Religioſi poſſunt ſacramenta miniſtrare. Item urgente neceſſitate mænia, & portas cuſtodire; imò ad id in repentino bello tenentur, *ex cap. & venit.* At non licet propria manu pugnare, niſi ſe defendendo: *v. num.* 723.

„ 2324 Si aliqui ad Eccleſiam confugiant,
„ ut inde pugnent, poſſunt à præliantibus ex
„ adverſo invadi, occidi, & extrahi, quin
„ violetur immunitas; quia illi inde pugnan-
„ tes ſe reddiderunt immunitatis exortes: ita
„ Mendo *num.* 7.

Similiter ſi Princeps ſit Clericus, poteſt ex juſta cauſa indicere bellum, milites congregare, ad pugnam incitare, & alia requiſita parare; at non poteſt propria manu pugnare.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2325 Licitum eſt bellum indicere hæreticis ob ſolam hæreſim, in quantum turbant pacem Eccleſiæ, & Reipublicæ. Barbaris: ob barbariem. Infidelibus, ſi immolent innocentes, aut humanas carnes edant, vel ſi fidei Prædicatores nolint admittere, vel eis tranſitum ad alias provincias denegent. Et Idololatris ob ſolam idololatriam, & juris naturæ violationem. Ita Mendo *in Epit. num.* 10.

2326 Miles peccat mortaliter, ſi fugiat, aut ſuam ſtationem relinquat, etiam ſi inſtet vitæ periculum; niſi nulla ſit ſpes, ut poſſit conſervari.

2327 Militi ægrotanti debetur ſtipendium.

2328 Capitanei non poſſunt titulo, compenſationis pro ſtipendio dimidiato, aut malè ſoluto, tot militum ficta nomina ſcribere, quot ſufficiunt ad ſupplendum ſtipendium. Arſdekin *tom. 2. p. 2. tr. 6. quaſt.* 1. contra Leſſium, quia eſt contra regulas compenſationis, ob maximum, & evidens damnum Reipublicæ, & Patriæ, quæ inde periclitari poſſet.

2329 Arſdekin *cit. duo notat*, 1. Principem Fermenſem aliquibus Patribus Societatis reſpondiſſe, non eſſe faciendum ſcrupulum Capitaneis ob quatuor, aut quinque *plagas mortas*, 2. *Uſu in militia recepto Capitaneis concedi locum mortuum pro duobus, aut tribus famulis, & unum pro ſignifero, & ſi famulos actu non habeat.*

At hoc ſecundum notatum non eſt componendum cum primo; quia eſſet defectus notabilis militum, circa quem non poteſt rationabiliter præſumi indulgentia Principis.

2330 Non poſſunt Commiſſarii capitaneis, & militibus aliqua oppida onerare, ut ab aliis, quæ ſe redimunt, pecuniam accipiant. Arſd. *cit. qu.* 6. Quia tenentur [illegible]
tiam diſtributivam ſervare, ut æque, [illegible]
tum fieri poteſt, loca graventur; [illegible]
tem ob pecuniam ab aliis acceptam [illegible]
reliqua loca gravarentur, quod eſt [illegible]
niſi pecuniam illam in gravatorum [illegible]
impendant.

2331 Pabulatio non eſt licita [illegible]
& aliis in terra non hoſtili, [illegible]
licet, aut ſubditorum ejuſdem Princ[illegible]
ſi pabula ſufficientia advehantur, [illegible]
ſint emi, quia non plus juris habet [illegible]
aliena paſcua, quàm ad alienum pa[illegible]
Leſſius.

Si autem pabula, quæ ducuntur, [illegible]
ciant, & non poſſint ob inopiam [illegible]
vis non deſint, qui dicant, adeſſe [illegible]
conſuetudinem libere pabulandi, [illegible]
pro utilitate Provinciæ bellum ge[illegible]
quantum hoc onus ſit commune, [illegible]
penſetur emolumentis perceptis, [illegible]
piendis, ut refert Arſdekin, *cit. q.* 7.

2332 Rectius dico cum eodem [illegible]
ta eſt pabulatio ratione extremæ nece[illegible]
qua omnia fiunt communia; cum [illegible]
men, ut cum primum exequi poteſt, [illegible]
compenſatio illi, qui enorme dam[illegible]
paſſus; ratio eſt, quia extrema nec[illegible]
transfert abſolutè dominium in indigen[illegible]
in rebus ordinariis, quæ purum bonum [illegible]
vatum alterius concernunt; in rebus [illegible]
extraordinariis, ſeu magni pretii, non [illegible]
fert abſolutè dominium, ſed ſolum [illegible]
ut indigens ſublevetur; quod obtineri [illegible]
teſt per mutuum, aut accommodatum [illegible]
tionem præſtat æquitas, & prudentia, [illegible]
um moderatrix legum, quæ nec [illegible]
ob extremam neceſſitatem indigentis [illegible]
pauperentur familiæ; hoc namque [illegible]
grave Reipublicæ damnum; inde eſt [illegible]
bonum publicum, quod privato præ[illegible]

QUÆ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUÆRES.

2333 *An merces, & bona mobilia extraneorum amicorum, quæ reperta fuerunt intra urbem captam hoſtium, poſſint jure belli incorporari.*

Certum eſt ex dictis, jure belli juſti bona capta hoſtium, ſive mobilia, ſive immobilia, incorporari, & ipſos hoſtes captos fieri ſervos, aut captivos, ſi ſint Chriſtiani. Hoc præmiſſo.

2334 Dico non poſſe incorporari, ſi conſtet eſſe bona extraneorum, ſed reddenda ſuis propriis dominis. Molina *diſ.* 121. *Con.* 3. quia Rex nullum habet jus in illos, cum non ſint partes Reipublicæ inimicæ.

Unde, ſi putans invincibiliter eſſe hoſtium, bona fide incorporaverit, deveniendo in notitiam, quòd ſint bona extraneorum, tenetur dominis reſtituere bona, quæ extant, aut id, in quo factus eſt ditior.

Inſuper illa ſcienter ementes tenentur ad reſtitutionem, uti ementes à fure. Quod ſi non conſtet, poſſunt emere; quia ad ſubditos non ſpectat conſiderare, an ſint bona aliena.

PRÆSCRIPTIO,

2335 Seu uſucapio, *eſt acquiſitio dominii rei alienæ per poſſeſſionem ejus certo temporis ſpatio legibus definito continuatum.* Ad licitè præſcribendum rem tres conditiones requiruntur, 1. *Bona fides*, ut quis prudenter putet rem eſſe ſuam, ſeu neſciat eſſe alienam. Unde ex Reg. 2. de Regulis juris, *Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore non præſcribit.* 2. *Titulus*, ſaltem probabiliter præſumptus, v.g. ſucceſſionis, donationis, emptionis, &c. 4. *Continuatio poſſeſſionis per certum tempus à lege præſcriptum.*

2336 Pro mobilibus, ut ſunt veſtes, pecunia, animalia, naves, &c. requiritur tempus trium annorum cum titulo, & bona fide. Niſi ſint res furtivæ, de quibus infra.

2337 Pro immobilibus, ut ſunt prædia, domus, &c. inter præſentes, qui ſcilicet in eadem civitate, aut territorio habitant, requiritur tempus decem annorum cum titulo. Inter abſentes, qui ſcilicet in diverſis territoriis habitant, tempus viginti annorum, ſi adſit titulus. Rectè addit Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 26. §. 2. Quòd ſi præſcribens ſit per partem temporis præſens, per partem abſens, ſit ſervanda proportio abſentiæ, & præſentiæ; ita tamen, ut anni abſentiæ duplicentur, adeoque, ſi qui rem immobilem uſucapit, ſit per quinque præſens, reliquo tempore abſens, quindecim anni ad eam præſcribendam requirantur.

2338 Res furtivæ, & res vi poſſeſſæ nunquam præſcribuntur, niſi purgato vitio, ita ut non ſolùm ipſe fur, ſed neque quivis alius ſecundus, aut tertius bonæ fidei poſſeſſor, qui ab eo quovis titulo accepit, uſucapere poteſt; quia res eſt vitioſa, & infecta.

2339 Vitium rei purgatur dupliciter. Primò, per reditum rei ad dominum; ſi enim res ad ſuum dominum redeat, poteſt poſtea ab alio bonæ fidei poſſeſſore tempore ordinario uſucapi. Secundo, per bonam fidem, & tempus longiſſimum, videlicet triginta annorum. Et ita qui rem à fure, aut à vi poſſidente, bona fide accepit, & maximè tertius, qui non à fure, ſed ab alio bonæ fidei poſſeſſore accepit, poteſt rem illam præſcripere, minimè tempore ordinario, ſed extraordinario triginta annorum, *ex l. omnes, & leg. ſicut rem, Cod. de præſcript. 30. annorum*, Card. de Lugo *tom.* 1. *de juſt. diſ.* 7. *ſect.* 8.

2340 Qui idem probabiliter docet *n.* 151. de ipſo fure, quòd poſſit rem illam præſcribere

bere tempore triginta annorum poſt bonam fidem ſupervenientem. Poteſt enim furi advenire bona fides, puta ſi confeſſarius putatus doctus ei diceret, ſe potuiſſe licitè rem illam accipere, tunc inciperet eſſe poſſeſſor bonæ fidei, & ex tunc inciperet præſcribere, non quidem tempore ordinario, ſed extraordinario; vitium namque intrinſecum rei obſtat ad præſcriptionem ordinariam, minimè ad extraordinariam longiſſimi temporis cum bona fide. De Lugo *cit.*

2341 Res immobiles ſine titulo, ſed cum bona fide, tam inter præſentes, quàm abſentes, præſcribuntur tempore triginta annorum, ſi ſint privatorum. Pirhing. *cit.* Hæc de rebus privatarum perſonarum.

2342 Contra Principem, Fiſcum, & Eccleſiam, pro immobilibus requiritur majus tempus, de quo Juriſtæ, de Lugo, & Pirhing. *cit.* fusè.

Contra Eccleſiam Romanam pro immobilibus requiritur ſpatium centum annorum contra Eccleſiam inferiorem ſpatium quadraginta annorum. Pro mobilibus ſufficit idem tempus trium annorum, quia pro illis nulla Eccleſia habet privilegium, Can. *ult. & penult. 16. qu. 3.*

2343 Quibus poſitis conditionibus, ſi poſtea compareat dominus, non poteſt rem ab eo, qui eam præſcripſit, repetere quia jam translatum eſt dominium; quæ lex præſcriptionis introducta eſt jure civili in pœnam negligentum, & ne rerum dominia diu incerta, ac ſuſpenſa remaneant, ut ſic conſulatur paci, & obvietur litibus, ob quod bonum publicum Princeps, qui habet poteſtatem diſponendi de rebus privatorum ob bonum commune, legem præſcriptionis conſtituit. Fagnanus *lib. 3. c. ſi quis num. 53.*

2344 Qui ſunt dominii incapaces, uti Religioſi, non poſſunt circa res corporales præſcribere. Item res ſacræ non poſſunt præſcribi. Servitus non poteſt præſcribi, ... verò à ſervitute mancipii præſcribitur ... ſpatium annorum viginti. Debita ... buntur per ſpatium triginta annorum ... *num. 244.*

CONTRA ONUS MISSARUM

2345 PRobabilius mihi eſt contra ... quòd non poſſit dari præſcri... 1. Quia ſicut onus miſſarum non poteſt ... tra Sacerdotem præſcribere, quatenus ... patitur æquitas, ut qui bona fide ... ſervum, advertens ſe non eſſe ſervum ... ſervitute perduret; ita nec Sacerdos ... hæres poteſt contra onus Miſſarum ... bere, quatenus pietas Chriſtiana non ... ut animæ defunctorum in Purgatorii ... ribus detentæ, omnino deſtituantur ... ciis illis, quibus ipſæ in hac vita, ... ipſis conſuluerunt, & Sacerdotes ... des inde gaudeant, unde ipſæ ... Quia ex jure res pupillaris durante ... pillari præſcribi non poteſt, animæ ... Purgatorii, quoad ſuffragia eis debita ... pupillæ, quia ſicut pupilli ob defectum ... tatis, ità animæ ob defectum ſtatus ... am gerere non valent; unde ſicut negligen... tia, aut carentia tutoris non poteſt ... detrimentum pupilli, ita nec negligentia ... aut carentia hæredum, &c. in detrimentum ... animarum; adeoque contra eas non ... præſcriptio, nam præſcriptio eſt ... in pœnam negligentium jus propri... autem negligentia poteſt imputari ... bus, cum alia voce clamare non valent ... ſi illa Job *c. 19. Miſeremini mei, &c.*

EXEMPLUM PRÆSCRIPTIONIS

2346 SUnt novem anni, quo Petrus ... na fide, & titulo ſucceſſionis ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] domum quamdam, & percipit fructus, [illegible] ſcit eſſe Pauli præſentis, ad quid te-[illegible]

[illegible] teneri reſtituere domum, quia non [illegible] elapſum decennium, item & fru-[illegible] illos ultimos qui non compleverunt [illegible], ſi extent, aut id, in quo ex illis [illegible] eſt ditior; non tenetur autem reſtitue-[illegible] fructus ſeu annorum priorum, quia cum [illegible] ſit elapſum tempus triennii; jam ſunt [illegible]; tenetur inquam reſtituere fructus [illegible] infra, minimè à triennio ſupra: ſi [illegible] elapſum decennium, ad nil tenetur, [illegible] domum præſcripſit, & fructus, [illegible] acquirit, ex re ſua acquirit: *v. à* [illegible] 2338.

CONJUNCTIO

2347 REi unius cum re alterius poteſt contingere quatuor modis. Per [illegible]nem, adjunctionem, confuſionem, [illegible]tionem.

ALLUVIO

E[illegible]plex, *Latens*, qua pars fundi unius [illegible] fundo alterius adjungitur. [illegible], qua pars fundi unius vi fluminis in [illegible] fundum transfertur. Augmentum [illegible] factum per latentem alluvionem, eſt [illegible], cui adjungitur; per patentem, eſt ejus, [illegible] erat.

[illegible] per alluvionem de novo nata. Si ſit [illegible] in alto mari, quod ſub nullius dominio [illegible], eſt primi occupantis. Si in medio fluvio [illegible] dominia dividente, dividitur inter eo-[illegible] dominos. Si in eodem fluvio, ſed propè [illegible] agrum, eſt tuum. Si propè agrum tui [illegible], eſt illius.

ADJUNCTIO

2348 Eſt, qua res unius adnectitur rei alterius, ut ſi pars veſtis unius conſuatur veſti alterius, ſeu gemma unius annulo alterius. Adjunctio eſt rei, quæ diſcerni poteſt, & ſeparari; aliàs erit confuſio, vel admixtio.

Res adjuncta eſt domini, cujus erat, eique reſtituenda, quia diſcerni poteſt, & ſeparari.

Ædificia, & plantæ ſolo alterius bona fide adjuncta, ſunt domini fundi; qui tamen tenetur ſolvere expenſas. At ſi mala fide adjunxiſti, nil tibi debetur.

CONFUSIO

2349 Eſt, qua res unius rei alterius conjungitur, ita ut non poſſit diſcerni pars, quæ unius ſit, & non alterius; ut cum vinum unius miſcetur cum vino alterius; lana unius cum lana alterius, ex quibus, pannus intexitur. Si confuſio eſt facta caſu, aut de conſenſu utriuſque domini, eſt res dividenda pro rata. Si eſt facta uno volente, altero nolente, aut neſciente, res eſt ejus, cujus eſt major pars, cum onere reddendi æſtimationem partis materiæ alteriùs; quia pars minor erit acceſſoria, ac proinde ſequitur principalem. Idem dic de pretioſa pictura in vili tabula alterius: tunc inquam tenetur pictor reddere pretium tabulæ, Econversò ſi pictura ſit vilior. Si ſint æquales, reſolve ut modò de admixione, *num.* 2353.

ADMIXTIO

2350 Eſt, qua res unius conjungitur rei alterius, ita ut quamvis poſſit phyſicè pars unius aſſignari, non poteſt faciliter dignoſci. Ut cum triticum, aut pecunia unius miſcetur cum tritico, aut pecunia alteriùs.

Si admixtio eſt facta caſu, vel de utriuſque domini conſenſu, eſt res dividenda pro rata.

Si eſt facta uno volente, altero nolente, aut neſciente; tres regulas tradunt Doctores. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 8. *tract.* 3. *cap.* 3. §. 4. *à num.* 16.

2351 Prima eſt. Si pars, quam admiſces, ſit notabilis, & animum expreſſum habuiſti non acquirendi dominium cumuli; cumulus in tuo hordeario non erit in tuo ſolo dominio, ſed utriuſque, & teneris reſtituere ex cumulo pro rata; quia dominium non acquiritur ſine voluntate acquirendi.

2352 Secunda. Si pars ſit notabilis, & voluntatem habuiſti acquirendi dominium, tunc eris dominus totius cumuli, ita ut res alterius per conjunctionem tranſierit in tuum dominium, ut non tenearis eam in individuo reſtituere; quia ita te habes, ac ſi rem alterius v. gr. frumentum conſumpſeris, aut pecuniam expenderis; unde ſolùm teneris ad æquivalens, uti quando rem alterius conſumis. Idem dic, ſi eam voluntatem nec includis, nec excludit; quia tunc ad eſt voluntas implicita.

2353 Tertia. Si pars alterius cognoſci faciliter poteſt, ſed non ſeparari ſine totius deſtructione, ut ſi filis aureis tuæ veſtis ſint immixta, & intexta fila argentea alterius, tunc videndum eſt, quod ſit principalius, *ut innu.* 2349. Si partes ſint æquales, tunc potior eſt ratio nolentis, aut neſcientis; qui tamen, ſi rem pro ſe eligat, tenetur ad æquivalens. Semper verò favendum eſt rei, ne deſtruatur. Ita Tamb. *cit.* Vide infra *tit. Cauſæ excuſantes à reſtitutione.*

## JUSTITIA,

2354 QUæ eſt præcipua virtus ex quatuor Cardinalibus, definitur: *Conſtans & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuendi:* dividitur in legalem, diſtributivam, & commutativam, *legalis eſt, quæ*
*inclinat ad obſervantiam legum, quæ ſu...*
*bonum commune ordinata:* diſtributiva...
*inclinat ad diſtribuēda ſubditis bona com...*
*nia, nempe honores, dignitates, & præm...*
*proportionem meriti, & conditionem...*
*commutativa eſt, quæ inclinat ad par...*
*& conſervandam æqualitatem rei alt...*
*ter bona privata privatorum.* Legalis...
ordinat partes ad totum, diſtributiva t...
ad partes, commutativa partem ad par...
mutuis commerciis humanis; & hæc...
ſtitia propriè dictà habens pro obje...
ſtrictum, nempe jus proprietatis, &...
æqualitatem arithmeticam dati, & ac...
diſtributiva verò ſolùm reſpicit æqu...
tem geometricam, quæ inter propor...
verſatur, intendens præmium, aut...
juxta proportionem meriti, & con...
perſonæ; unde ſola juſtitia commut...
violetur, onus reſtitutionis parit;...
tem diſtributiva, ſi violetur, non...
reſtitutionis ratione ſui, ſed ratione...
commutativæ ſi ei ſit adjuncta.

## EXEMPLUM.

2355 SI quis mille aureos relinqu...
in monte Pietatis detenti...
endos juxta cujuſque inopiam, tunc...
incumbit diſtribuendi cura, formam...
tiæ diſtributivæ ſervare tenetur, ...
do, ut pecuniam non niſi puellis...
tentis diſtribuat, & tali forma, ut...
portio pecuniæ, quam una puella acc...
ad pecuniam alteri tradendam, qu...
ritur inter inopiam unius, & alterius...
piæ ratio ſit habenda; quòd ſi diſtrib...
talem non ſervet proportionem, contra...
tiam diſtributivam peccat ſimul, & c...
commutativam, ob pecuniam, quæ ei...
niebat ex donatione alterius; cum e...
nator hanc proportionē in diſtributio...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]olverit, perinde eſt, ac ſi ſingulis cer[illegible]pecuniæ ſummam aſſignaſſet: ita Ma[illegible]

[illegible] in 1 d. 17. q. 2. litt. LL. in 3. d. 34. [illegible] litt. L. in 4. d. 15. q. 2. M. d. 46. q. 1. [illegible] Maſtrius in Theol. mor. diſp. 3. q. 1.

## CAPUT II.

### De Contractibus.

1356 Contractus *eſt pactum, ex quo ultro, citroque oritur obligatio*, ſeu *eſt re*[illegible] *conſenſus duorum, aut plurium ſigno* [illegible] *expreſſus*: alterius partis deficiente [con]ſenſu, nullus eſt contractus.

1357 Contractus eſt invalidus, 1. Si con[trahen]tes ſint inhabiles, aut ſi eis non con[ceda]tur libera adminiſtratio ſuorum bono[ru]m, aut ſi eis reſiſtat jus poſitivum; unde [invali]dè contrahunt Religioſi, filii familias, [qui] ſcilicet ſunt ſub patria poteſtate, & non [ſunt] emancipati, uxores, furioſi, prodigi, pu[pillus, i]llus pubertati proximus, & minor [ſine c]uratorem, contrahentes ſine tuto[ris, v]el curatoris authoritate, validè con[trahunt] in ſuum commodum, minimè in ſu[um in]commodum; alterum ſibi obligant, [ipſi a]utem non ſe obligant.

1358 Secundò. Si contractus celebretur [ſine ſo]lemnitate ſubſtantiali à lege requiſita [cum c]lauſula irritante; imò tunc contractus [eſt in]validus, etiam ſi fuerit initus cum igno[rantia] ſolemnitatis; hinc matrimonium con[tractum] cum aliquo impedimento dirimen[te, e]tiam ignorato, eſt nullum; quia talis ſo[lemnitas], & conditio à lege requiſita, ſe tenet [ex] parte formæ contractus, forma autem eſt [de eſſ]entia rei, ſeu contractus; adeóque [ſine] illa etiam ignorata res ſubſiſtere non [poteſt].

1359 Tertiò. Contractus initi ex metu [gravi] injuſtè incuſſo ab alio homine ad finem eos extorquendi, ſunt invalidi jure naturæ, etiam ſi interiùs, qui metum paſſus eſt, conſenſum habuerit; & conſequenter per eos non transfertur dominium, aut uſus. Villalobos, Diana, Leander, & alii contra Caſtropal. & de Lugo: ratio non eſt, quia deficiat libertas, & conſenſus; quia ſicut eum non tollit metus gravis juſtè incuſſus, ita nec injuſtè incuſſus: ſed ratio eſt, quia ſi contractus meticuloſus eſſet validus jure naturæ, ex injuſtitia oriretur juſtitia, quod implicat; obligatio inquam, quæ eſt actus juſtitiæ, oriretur ex contractu per injuriam extorto, adeóque injuſto. Tum quia, qui per metum gravem injuſtum contractum extorquet, ſi ex eo aliquid habet, tenetur ſub mortali id ſtatim reſtituere, etiam ante ſententiam judicis, quod non eſſet verum, ſi contractus non eſſet invalidus jure naturæ.

1360 Dices, ex commu. doctrina baptiſmus, & cætera ſacramenta, matrimonio excepto (de quo in num. 1649.) validè ſuſcipiuntur, non obſtante metu gravi injuſtè ab alio homine incuſſo ad finem illa extorquendi.

Reſp. diſparitatem eſſe; quia Sacramenta (matrimonio excepto) non ſunt radices, nec actus juſtitiæ, nec inducunt obligationem juſtitiæ, ſed religionis, aut alterius virtutis; & ideo ad eorum validitatem non requiritur conſenſus, qui ſit contractus, ſed ſufficit conſenſus liber, & voluntarius ſimpliciter, ſicut ad meritum, & peccatum, qui conſenſus ſtat cum coactione, & metu gravi explicato: contractus verò eſt radix juſtitiæ, & ex eo oritur obligatio juſtitiæ, unde ad illum requiritur conſenſus, qui ſit contractus, qualis non eſt conſenſus coactus, ſed perfectè voluntarius, & liber; nam coactio, & injuria cum ſit actus injuſtitiæ, non poteſt cauſare conſenſum, qui ſit radix juſtitiæ.

2361 Clericis, & Religioſis eſt prohibita negotiatio per ſe ipſos, minimè facta per alios; quia *Clement. I. de vita, & honeſt. cleric.* opponit particulam *perſonaliter*, tum quia ſi fiat per alios, non habetur diſtractio ad terrena, quæ eſt finis legis.

Negotiatio eſt, *cum quis rem ſibi comparat eo animo, ut integram, & non mutatam carius vendendo, vel permutando lucretur.* Quæ eſt valde diſtractiva, & indecens, & ideo prohibita clericis.

*Non eſt eis prohibitum, ſi emant pecora, quæ paſcuis ſuis ſaginata vendant; vel ſi greges alant, ut fœtus, lac, lanam vendant, quia vendunt fructus ſuorum prædiorum, aut ſuarum rerum. Nec ſi emant agrum cum fructibus immaturis, eoſque vendant. Nec ſi id, quod ad proprios uſus emerant, poſtea mutato, conſilio, carius vendant*: ita Buſem.

2362 Contractus validus obligat in conſcientia, & ſi lædatur, ad reſtitutionem.

2363 Contractus alii ſunt nominati, qui habent proprium titulum, ſeu nomen, ut emptio, mutuum, &c. de quibus modo; alii innominati, qui proprium titulum non habent, ſed explicantur his verbis: *do, ut des: facio, ut facias: do, ut facias: facio, ut des.*

De vi, metu, dolo, aut errore in contractibus, *vide à num. 1645. ad 1668.*

PROMISSIO

2364 *Eſt actus, quo quis ſponte, & liberaliter pollicetur alteri aliquid dare, vel facere.* Promiſſio vera, & libera, quæ non eſt ſimplex propoſitum, ſeu oſtenſio animi, & voluntatis aliquid faciendi, ſed qua unus alteri obligatur, idque oſtendit per ſigna externa, & in materia licita, pariter & donatio, ſi ſit acceptata, obligat in conſcientia, & ſub mortali, ſi materia ſit gravis. Scotus *in 4. d. 28. qu. 1.* contra plures [illegible] non peccare mortaliter, ſed ſol[illegible] mendacem, & infidelem. Non oblig[illegible] tem ante acceptationem, etiam ſi [illegible] Eccleſiæ, niſi ſit facta Deo per [illegible] ti, quia obligatio ex alterius partis [illegible] ſu dependet, nec obligat promiſſio [illegible] terna; quia contractus obligatorius [illegible] ſe ſignis externis expreſſus: *v. dicta de [illegible] mento, & voto.*

DONATIO

2365 *Eſt datio liberalis, ſeu tra[illegible] dominii alicujus rei [illegible] juſtitia in alium*; quod ſi non fiat libe[illegible] ſed pro retributione, erit *venditio*, [illegible] pro alio *commutatio*; ſi fiat ſolo ve[illegible] officio, & ſit acceptata, dicitur imp[illegible] ſi fiat verò cum rei traditione, dici[illegible] cta, & transfert dominium in re. [illegible] ceptationem poteſt revocari, etiam ſi [illegible] cta per publicum inſtrumentum.

Conditio impoſſibilis, aut turpis [illegible] ſita, habetur pro non adjecta.

2366 Donatio omnium bonor[illegible] vivos, eſt invalida jure civili; quia [illegible] prodiga, & privat poteſtate teſtandi. [illegible] facta Eccleſiæ, non poteſt jure civili [illegible] diri. Mendo *verbo Donatio, num.* [illegible] *num. 2362.*

2367 Donatio non ſolùm acceptata, [illegible] etiam tradita, revocari poteſt ex jure [illegible] in pluribus caſibus, & 1. Donatio fa[illegible] ter vivos, ob enormem ingratitudinem [illegible] natarii, nimirum ſi donatarius atroces [illegible] rias donatori intulerit, ſi eum verbera[illegible] ſi ſcienter grave damnum in ejus bo[illegible] tulerit, aut ſi inopia laborantem non [illegible] rit; donatarius autem non tenetur ad [illegible] tutionem, niſi poſt ſententiam, quia [illegible] eſt pœna, unde ingratitudo debet à [illegible] probari.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2368 Secundò, donatio facta cauſa mortis poteſt à donatore uſque ad mortem revocari, ſicut legatum, & teſtamentum; quia includit implicitam conditionem, *niſi revocetur.*

2369 3. Si donatio facta à patre fuit tanta, ut non relinquat filiis, quantum petit legitima eorum portio, dicitur inofficioſa, hoc eſt contra officium pietatis; & hæc ſi eſt facta alicui ex filiis, revocatur tantùm uſque ad legitimam aliorum; ſi ſit facta extraneo animo defraudandi filios, revocatur tota. Si non ſit facta animo defraudandi filios, vel ſit facta Eccleſiæ, aut cauſæ piæ, revocatur uſque ad filiorum legitimam.

2370 Si verò donatio facta à Patre, aut Matre, non excedat id, de quo diſponere poſſunt, non tenetur filius in partitione hæreditatis illud computare; quia talis donatio confirmatur morte. Imò ſi ſit donatio remuneratoria, quæ facta extraneo valeret, etiam filio valet, nec indiget morte confirmari. *ver Peculium*, Mendo *ver. Filius*, num. 10.

2371 4. Si donatio facta à Rege enormiter Regnum lædat; poteſt ab ipſo, aut ſucceſſoribus revocari, 5. Prole carens, ſi magnam partem bonorum donavit, revocare poteſt, ſuperveniente prole.

2372 Donationes inter vivos inter conjuges ſunt prohibitæ à jure, cujus ratio eſt, *ut ſervetur amorem conjugalem ſine pretio ſtabilem.* Valent tamen, 1, Si fiant cauſa mortis, aut in tempus ſoluti matrimonii, 2. ſi fiant in cauſam piam, aut ſint remuneratoriæ, 3. ſi uxor donet marito cauſa dignitatis obtinendæ, aut publici muneris exercendi, 4. Si maritus condonet dotem, aut faciat contrahendam, ſeu ob juſtam cauſam augeat uxoris dotem. Vel ſi aliquid annuum, aut menſale donet uxori ob veſtimenta, & alias neceſſitates, Vel ſi ingrediatur Religionem, & in ea profiteatur, 5. Si ſit dives, & modicè donet.

2373 Donatio inter ſponſos de futuro valet, ſi non fiat in tempus futuri matrimonii.

1374 Qui invalidè matrimonium contraxit, poteſt, quæ donavit uxori, revocare; quia ex errore, & motivo matrimonii donavit; debet tamen compenſare damnum pudoris.

Vide *num.* 1892. *largit. mun. à num.* 990. *& to.* 2. *num.* 130, *ad num.* 136.

Scotus *in* 4. *d.* 30. *q.* 1. *litt. B. & E. diſt.* 15. *q.* 2. *lit.* 1. Maſtrius *in Theol. mor. diſ.* 4. *qu.* 1. *&* 2. Joan la Cruz 7. *præc. pag.* 103. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 556. *pag.* 744. Tamb. *tom.* 2. *pag.* 244. 255. Buſem. *lib.* 3. *tr.* 5. *cap.* 3. Diana *p.* 1. *tr.* 8. Clericatus *c.* 145. *n.* 17. 18. Mendo *ver. donatio.*

## MUTUUM.

2375 Quod ſecundum nominis Ethimologiam idem eſt, quàm, *de meo tuum ſit*, definitur: *contractus, quo rei numero, pondere, vel menſura conſtantis dominium, & uſum à mutuante in mutuatarium uſque ad certum tempus transfertur, cum obligatione reſtituendi eamdem, vel ſimilem in ſpecie, & bonitate.*

2376 Commodatum eſt, *quo uſus alicujus rei alicui gratis conceditur ſine translatione dominii.* Qui uſus, ſi precibus petenti conceditur, dicitur *Precarium.*

Qui pecuniam alicui commodat, non ad uſum, ſed ad pompam, poteſt lucrum accipere; Clericatus *cap.* 83. *num.* 16. quia non eſt mutuum, nec accommodatum; ſed locatio materialis pecuniæ.

2377 Depoſitum eſt, *quo aliquid alteri cuſtodiendum traditur ſine uſu, ſive cum pretio, ſive ſine pretio.*

2378 Locatum eſt, *quo alicui traditur uſus*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*alicujus rei ſine translatione dominii ad tempus, ſed adhibito aliquo pretio annuatim ſolvendo.* Qui dictum uſum rei, v. gr. domus, concedit, dicitur locator? qui eum recipit, dicitur conductor.

2379 Emphyteuſis eſt, *contractus rei immobilis, cujus tantùm dominium utile, ſeu indirectum transfertur in accipientem, retento directo apud concedentem, cum pacto certæ penſionis proprietario annuatim ſolvendæ in recognitionem domini directi.* Qui accipit, dicitur *Emphyteuta*; qui concedit, *Proprietarius.*

2380 Feudum eſt, *contractus rei immobilis, cujus tantùm dominium utile, ſeu indirectum transfertur in accipientem, retento dominio directo apud concedentem, cum onere non aliquid ſolvendi, ſed exhibendi directo domino fidelitatem, & obſequium perſonale* Unde feudum differt ab emphyteuſi, ſolùm, quia in hoc debetur penſio realis, in illo fidelitas, & obſequium perſonale; feudum concedendi ſolet Vaſſallo à Principe ob ejus merita, aut præclara geſta, & ſi concedatur hæreditarium, transfertur ad hæredes. Qui concedit dicitur, *infeudator*, qui accipit, *feudatarius.*

2381 Emphyteuſis, & feudum differunt à locatione, 1. Quia locatio, ſeu conductio fieri poteſt tam de re immobili, quàm mobili; illa verò ſolùm de immobili, 2. Quia in locatione nullum dominium, ſed purus uſus rei transfertur; in illis verò transfertur dominium utile, 3. Quia emphyteuſis fit ad longum tempus, quod non ſit minus decennio ex jure; locatio verò fit ad brevius tempus, alioquin erit emphyteuſis. Differunt à venditione, & emptione, quia in his transfertur omne dominium rei tam directum, quàm indirectum; in illis verò ſolùm dominium indirectum, ſeu utile. Denique differunt à libello, quia contractus libellarius datio ad libellum dicitur, quando Emphyteuta, vel feudatarius rem, quam in emphyteuſim, vel feudum accepit, ſimili contractu tradit tertio, adeoque dicitur ſubemphyteuſis, & ſubfeudum, ad quod, ſi ad decennium fiat, requiritur conſenſus domini directi.

2382 Si res conducta abſque culpa conductoris aliquo caſu fortuito reddatur inutilis, non tenetur conductor ſolvere penſionem, niſi pro rata temporis, quo ea uſus eſt. Si ſuperveniat ſterilitas, & ſit tanta, ut colonus nihil recipiat ex prædio conducto, liberatur à penſione; ſi ſit parva, non venit in conſiderationem; ſi ſit magna, datur jus minuendi pro rata penſionem, niſi aliter conventum ſit; vel niſi ſterilitas unius anni compenſari poſſit fertilitate alterius anni, ut obſervari ſolet in locationibus ad plures annos. *Sterilitas* tunc dicitur eſſe, quando deducta æſtimatione expenſarum, & ſeminum, vix ſuperſunt fructus, qui ſufficiant ad quandam dimidiam penſionem.

2383 Conductor, ſi ob juſtam, & urgentem cauſam ſit coactus rem conductam deſerere, v.gr. ob peſtem, &c. ante tempus terminatum ſupervenientem, non tenetur integram penſionem ſolvere, ſed pro rata temporis, quo ea uſus eſt.

2384 Poteſt conductor ante tempus determinatum expelli, ſi re conducta abutatur damnificando, vel meretrices adducendo, aut aliud turpe ibi exercendo cum ſcandalo, aut ſi domus reparatione indigeat, remittendo penſionem pro rata, & demùm, quando debitam penſionem non ſolvat.

2385 Si res perit in mutuo, mutuatario perit; in depoſito autem, accommodato, & locato, deponenti, accommodanti, & locanti perit, quia res domino perit, niſi pereat culpa depoſitarii, &c. aut niſi ſit depoſitarius ex pacto

[illegible]officio, qui in omni eventu tenetur ad [illegible]: unde, ſi latro ſimul te ſpoliet veſte, [illegible] habes accommodatam, & pecuniâ, [illegible] habes mutuam, teneris reſtituere pe[illegible], non veſtem. De culpa vide infra de [illegible]ione.

2386 Pignus, *eſt contractus, quo alicui* [illegible]*tur ob majorem crediti ſecuritatem.* [illegible] habet rationem depoſiti in gratiam [illegible]; differt ab hypotheca, quia *pignus* [illegible] re mobili, *hypotheca* de re immobili, ut [illegible], domus, &c. quæ obligatur creditori, [illegible] manet apud debitorem.

2387 Non poteſt quis uti pignore, ſicut [illegible] depoſito, niſi de conſenſu expreſſo, vel [illegible] domini; quia pignus datur ad ſecuri[illegible], & depoſitum ad coſtodiam, non ad [illegible].

2388 Habens in pignus prædium, ſi illud [illegible], deductis expenſis, & laboribus, [illegible] computare in ſortem principalem [illegible], quia res domino fructificat. Exci[illegible] 1. Pignus datum pro dote, quia mari[illegible] fructus ad ſuſtinenda onera matri[illegible]. 2. Si pignus ſit res feudalis, & detur [illegible] dominium directum; quia res do[illegible] fructificat. Vide quid reſtituendum, [illegible] *poſſeſſor bonæ fidei.*

2389 Item excipitur contractus *à godere,* [illegible] danti Petro pecuniam ad fruendum, [illegible] à Petro domus pariter ad fruendum, [illegible] pecunia tibi reddatur, non teneris [illegible] domus in ſortem principalem com[illegible], ſed potes illis frui, uſquequo pecunia [illegible] reddatur; requiritur tamen, ut pro pe[illegible] data ſit tibi lucrum ceſſans, aut alius [illegible] titulus ex dicendis, alioquin erit uſura, [illegible] ex mutuo; quia circa pecuniam [illegible] dominium utile diſtinctum à dire[illegible], cum non ſit ex ſe fructifera. In rebus au[illegible], in quibus datur dominium utile à dire-cto diſtinctum, licitus ſemper eſt contractus *à godere*, quia eſt quidam contractus locationis; unde licitè Petrus dat Paulo domum ad habitandum, & Paulus Petro viridarium ad fruendum; tunc namque Paulus uti conductor domus dat pro annua penſione Petro fructus viridarii: *v. n.* 2493.

2390 Si quis verò pecuniâ, quam depoſitam habet, ludat, & lucretur, non tenetur lucrum reſtituere; quia eſt fructus merè induſtrialis.

2391 Fidejuſſio, *eſt contractus, quo quis ſuo periculo ſuſcipit alterius fructum, aut debitum, praſtiturus ipſe, aut ſoluturus, ſi alter non faciat.*

Principali non ſolvente, non tenetur fidejuſſor in conſcientia ſolvere, donec per viam juſtitiæ exigatur; quia talis præſumitur animus fidejubentis.

Et creditor prius debet in judicio agere contra debitorem, niſi ſit manifeſte non ſoluturus, aut fugerit.

Fidejuſſore ſolvente, tenetur debitor ei ſolvere, & compenſare damna ratione fidejuſſionis ſecuta.

Obligatio fidejuſſoris tranſit ad hæredes. Bonac. Mendo *ver. Fidejuſſor*: *v. n.* 1839.

Fidejuſſor eſſe non poteſt, qui non habet bona, aut qui non habet adminiſtrationem ſuorum bonorum. Unde fidejubere non poteſt Religioſus, nec mulier nupta, quæ neque poteſt fidejubere pro marito. Auth. *Si qua mulier.* Clericatus *c.* 145. *n.* 19.

Nec minor, Imò ſi minor contrahat, invalidus eſt contractus; nec fidejuſſio, ſi adveniat, tenet. Mendo *cit. n.* 9. *v. n.* 2357.

Scotus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *litt. K,* Maſtrius *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. Bonac. *tom.* 2. *à pag.* 680. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tract.* 4. 6. & 7. Clericatus *à cap.* 78. *ad* 88. Mendo *ver. Fidejuſſor.*

## USURA

2392 E*St lucrum quæſitum ex mutuo vi mutui.* Quod eſt iniquum, cum mutuans acquicat lucrum ex re non ampliùs ſua. Tum quia pecunia numerata non eſt pretioſior numeranda; nam (ait Scotus) pecunia non eſt ex natura ſua fructifera, ſed ſolùm ex induſtria utentis, qui in mutuo non facit ſuam induſtriam eſſe alterius: *vid. in propoſ.* 41. *ab Innoc. XI. damn*, Hinc uſura eſt mala, ac prohibita jure naturæ, & divino. Ezech, *cap.* 18. *Ad uſuram non commodaverit*; & Lucæ 6. *Mutuum date nihil inde ſperantes.* Dicitur: *vi mutui*; quia ſi lucrum accipias non vi mutui, ſed aliquo juſto titulo, qui contingat in mutuo, non committes uſuram.

## TITULI JUSTI LUCRI IN MUTUO

2393 P*Rimò, ratione damni emergentis,* exigi poteſt licitè lucrum, quia beneficium alteri præſtare cum tuo damno, eſt pretio æſtimabile, & dignum compenſatione. Requiritur, ut damnum timeatur rationabiliter eventurum, & quòd lucrum taxetur arbitrio prudentis experti, juxtà probabilitatem damni. *Exemplum damni emergentis.* Si, ut mutues centum, quæ pro emptione vini menſe Octobris paraveras, cogaris menſe Februarii illud cariùs emere, diceris pati damnum in illo majori pretio.

2394 Secundò, *ratione lucri ceſſantis*; quia à proxima negotiatione ſe abſtinere in gratiam mutuatarii, eſt pretio æſtimabile; nam ceſſat lucrum, quod inde ſperatur.

Tres conditiones requiruntur. 1. Ut lucrum ceſſans ſit in ſpe certa, aut probabili proxima; quod evenit, quando pecunia eſt negotiationi applicata, aut proximè applicabilis. Non ſufficit lucrum in potentia remota; quia eſt nihil tam in re, quàm ... adeoque non eſt vendibile.

2. Ut in mutuante ſit vera volunta[s] ... ta ad negotiandum, ut verum ... *ximè poſſem, & vellem negotiari,* ... *facio in gratiam mutuatarii,* quia ... proxima reſpectu recuſantis æquè ... ac ſi non eſſet. Si recuſes negotiation[em] ... velis mutuare petituris, ſic diſpoſitu[s] ... non eſſent, qui mutuum peterent, ... gotiationem, exigendo lucrum, ... uſuram; quia tunc vis mutuum ... cuſando negotium, & ſic lucraris vi ... Si verò ſis ità diſpoſitus, ut ſi non eſſ[ent] ... mutuum peterent, verè velles ... nem, potes exigere lucrum; quia ... ſas in gratiam mutuatarii, & verè ... eſt cauſa, ut lucrum ceſſet.

3. Ut non exigatur, niſi quanti ... ſpes lucri ceſſantis, deductis expenſis ... riculis. Unde ſi lucrum eſt certum ... gere æquale. Si ſit ſpes probabilis, ... igere minùs lucro ſperato juxta ... nem prudentis experti; quia ſpes ... crandi centum non valet centum. ... regulam dat Leſſius, videlicet, ut ... mittas mutuatario de lucro ceſſante, ... tum dediſſes pro contractu aſſecura[tionis] ... lis lucri ſperati; unde ſi ſperes, quod ... craturus quindecim centum, pro ... aſſecuratione ſolveres quinque, ... mutuatario exigere decem. Praxis ... eſt, ut exigantur ſeptem pro centum.

2395 Si habeas duas portiones pe[cuniæ] ... unam in caſſa otioſam, aliam nego[tiationi] ... expoſitam, aut proximè exponibilem, ... ſi mutues otioſam, & lucrum exig[is, uſu]ram committis; ſecus ſi mutues nego[tiatio]ni deſtinatam. Quia ex hac, non ex ... crum ceſſat.

2396 Tertiò, *ratione periculi,* ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] proportionatum judicio experti. Tenet, quod accipias tantum, quanto Mercatorem ſimilem negotiationem aſſecu[illegible], videlicet tria, aut quatuor pro cen[illegible] quolibet anno. Si tutum pignus accepi[illegible] periculum.

2397 Quartò *ratione fidejuſſionis*; quia [illegible] poteſt tertius ſuſcipere onus aſſecura[illegible] mutui, & inde lucrum aſſecuratio[illegible] mutuatario exigere; ita poteſt in ſe ſuſ[illegible] ipſe mutuans, quod onus aſſecurati[illegible] pretio æſtimabile. Poteſt tamen mu[illegible] offerre pro aſſecuratione ſui mutui, [illegible] poteſt obligare mutuatarium ad eli[illegible] ipſum, & non alium in fidejuſſo[illegible] quia omne onus pretio æſtimabile [illegible] mutuo ex vi mutui eſt uſura: [illegible] uſura eſt mutuare obligando [illegible] ad remutuandum: *v. de ſocie*[illegible] 2418.

2398 Quintò, *ratione gratitudinis*, licet [illegible] pere, etiam ſi illud ſperes, & ani[illegible] ſpei mutuatario manifeſtes. Sco[illegible] *diſt.* 15. *q.* 2. *litt. O.* quia non acci[illegible] mutui, ſed titulo gratitudinis, qui [illegible] virtutis; & illud ſperans, ſperas [illegible]. Non licet autem illud exigere [illegible] debitum ex gratitudine, quia tunc [illegible] obliges, & non relinquis om[illegible], ut in primo caſu; adeóque o[illegible] vi mutui.

[illegible] ultrà oſtenſionem animi de ſpe [illegible], adhibeas preces importunas, [illegible] apprehendere facias mutuatario [illegible], te ampliùs non mutuaturum, ſi [illegible] gratus: vel ſi deducas gratitudinem [illegible], ut dicas; *Do tibi mutuum cum* [illegible] *mihi gratus*; uſuram committis, [illegible] preces importunæ cauſant involunta[illegible] pactum tollit rationem gratitudinis, [illegible] obligatio naturalis, & inducit obligationem juſtitiæ: *vide num.* 1220. *& in propoſ.* 42. *ab Innoc. XI. damn.*

2399 Sextò, *ratione pœnæ conventionalis*, ut mutuatarius ſolvat, ver. gr. quinque pro centum, ſi tempore præfixo non reddat mutuum; quia in contractibus pœna juſtè imponitur inconſtanti, & licet cuilibet ſe ſervare indemnem. Requiritur autem, quòd ſi in mora culpabili; unde ſi differatur ſolutio per hebdomadam, aut reverà mutuatarius ſit impotens, excuſatur à pœna, niſi factus ſit impotens, quia prodigè vixit, futuram moram prævidens.

2400 Septimò, *ratione contractus innominati, do, ut des*. Exemplum: Petrus dat tibi centum hoc pacto, ut ſi moriatur intra decem annos, tu nihil ei, ejuſque hæredibus reddere debeas; ſi autem vivat, tenearis reddere illa centum, & alia centum, nempè decem pro ſingulis annis; licitus eſt contractus, quia par eſt utriuſque periculum amittendi, & ſpes lucrandi; hic autem non eſt contractus mutui, ſed ludi ſortis, qui eſt licitus.

2401. Octavò, *ratione promiſſionis, & obligationis mutuandi*; licitè potes lucrum à mutuatario accipere, ſi te illi obliges ad mutuandum, quando voluerit. Paſqual. 99. *mor. canonic. centuria* 3. *pag.* 3. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tract.* 1. *cap.* 3. §. 2. *num.* 5. Molina, Toler. & alii. Ratio potiſſima eſt, quia obligatio, quam quis in ſe ſuſcipit ad mutuandum, ex una parte eſt gravamen diſtinctum, & ſeparabile à mutuo; nam regulariter datur mutuum ſine obligatione mutuandi; ex alia parte eſt pretio æſtimabilis, adeóque licitè vendi poteſt. Quòd ſit pretio æſtimabilis, probatur ratione inſolubili: Si mutues obligando mutuatarium ad remutuandum, ex communi, & certa doctrina, uſuram committis, non alia ratione, niſi quia obligatio ad remutuandum eſt gravamen à mutuo diſtinctū

pre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pretio æſtimabile: *v.num.*2414. Igitur obligatio ad mutuandum eſt gravamen diſtinctum à mutuo pretio æſtimabile; & conſequenter, ſi eſt verum, quòd uſuram committas, ſi hujuſmodi obligationem mutuatario imponas, verum eſſe debet, quòd uſuram non committas, ſi lucrum exigas, ex quo hujuſmodi obligationem in te ſuſcipias.

Quæ obligatio aſſumpta eſt tanti oneris, vt ſi ex vna parte quis requirat ab alio pecuniam ad licitam negotiationem cum probabili pingui lucro, v.gr. de triginta pro centum; & ex alia parte, is, cui ſe obligavit ad mutuandum, petat mutuum, & ille aliam pecuniam non habeat; tenetur negotiationem rejicere, & mutuare petenti, non obſtante longè majori lucro ceſſante; alioquin peccaret mortaliter, & teneretur ad reſtitutionem præteriti lucri, quod fortè à mutuatario ratione hujus tituli recepit; vnde ſi ſe obligando talem animum non habeat, ſed oppoſitum, contractus erit uſurarius, & mutuum palliatum: *v. num.*2394.

Tum quia unus ex titulis, quo per plures Sacerdos pro Miſſa juſtè ſtipendium accipit, eſt obligatio, quam aſſumit ad Miſſam applicandam pro hac determinata perſona, cum poſſet pro alia. Item potes aliquid exigere pro promiſſione, qua te obligas alicui ad quid intra annum vendendum.

2402 Ex hoc titulo lucrari potes quinque pro centum quolibet anno, quia tanti à prudentibus æſtimatur obligatio ſuſcepta mutuandi; quæ accipi poſſunt pro rata parte ſingulis menſibus; quod etiam contingere poteſt, quando mutuum accipitur ad menſes.

2403 Totum corroboratur ex Montibus Pietatis, ubi deponentes pecuniam ad mutuandum, poſſunt licitè exigere à Monte quinque pro centum pro ſingulis annis, ex hac obligatione, quam in ſe ſuſcipi[...] mutuandum. De quo modo.

2404 Non potes lucrum exigere [...] *voluntate mutuandi*; quia licet non [...] gatus ad dandum mutuum, ſuppoſito [...] quòd rogatus, aut miſericordia motus [...] mutuum dare, obligaris ex lege [...] non faciendam miſericordiam [...] loquitur Scot. *in.4.diſt.*15.*q.*2.*lit.*I.

2405 Item non potes lucrum exige[re ...] *obligatione non repetendi mutuum* [...] *certum tempus*; quia quando vendi[s obliga-] tionem non repetendi mutuum uſque [ad cer-] tum tempus, nil vendis, niſi tempu[s, quod] non eſt tuum. Tum quia conceſſio [...] temporis eſt mutuo intrinſeca: *v.* [...] *ab Alexan. VII. damn.*

## 9. RATIONE MONTIS PIETATIS

2406 MOns Pietatis, *eſt* [...] *pecuniæ vel tritici,* [...] *muni poſita, deſtinata ad mutuandum* [...] *tibus, capitali ſalvo.* Tres habet condi[tiones.] 1. Ut mutuum detur ad certum tem[pus. 2.] Ut mutuatarius det pignora [...] apud adminiſtratores, quæ, mutuatario [...] fixo tempore non ſolventibus, vend[untur ...] retenta à Monte portione ſibi debi[ta ...] qua ipſi mutuatario reddita. 3. Ut mutua[ta-] rius pro rata pecuniæ mutuatæ, & t[...] quid ſolvat ſingulis menſibus pro M[...] conſervatione domus, & Montis.

2407 Montes Pietatis ſunt dupli[cis gene-] ris, alii ſunt erecti ex eleemoſynis [...] liberè donatis, & legatis ad effectum [mu-] tuandi pauperibus, ſeu indigentibus, [...] eſt Mons magnus Panormi. Alii vero [...] fectum eleemoſinarum ſunt erecti ex pe[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] apud ipſum depoſitis ad finem mu[illegible] indigentibus; tales ſunt plures Mon[illegible] [illegible]ione Summi Pontificis.

[24]08 Mons utriuſque generis exigere [illegible] mutuatariis duo, aut tria pro cen[illegible], quantum ſufficiunt, ut ſervetur indem[illegible] [illegible] inſerviant pro laboribus, & ſtipen[illegible] [illegible] Miniſtrorum, ac pro expenſis neceſſariis [illegible] conſervandum Montem.

[24]09 Quòd ſi de expenſis neceſſariis pro[illegible] [illegible] temporis aliqua ſumma ſuperſit, reſti[illegible] [illegible] mutuatariis; & quia iſti non co[illegible] [illegible], reſtituenda eſt pauperibus. Item [illegible] poteſt compoſitio per Bullam Cruciatæ, [illegible] Sed melius eſt, ſi reſtituatur ipſi [illegible], diminuendo impoſterum lucrum [illegible] prudenti, nimirùm ſi exigebantur [illegible] exigantur duo, uſquequò ſatisfactio fiat.

[24]10 Officiales Montis pecuniam diſtra[illegible] in alios uſus, quàm pauperum, ad [illegible] deſtinata, incurrunt excommuni[illegible] Pauli V. Papæ reſervatam per Bul[illegible] anno 1615. *Oneroſa.*

DIFFICULTAS EST,

[24]11 AN *Mons Pietatis, ultrà id, quod eſt neceſſarium pro expenſis, [illegible] mutuatariis exigere quinque pro cen[illegible]*

[illegible] eſt, id non poſſe Montem Pietatis [illegible] generis; id namque prohibet Leo X. [illegible] Concil. Lateran. *ſeſſ.* 10. quia ſic Mons lu[illegible] reportaret vi mutui; & ſimul defrau[illegible] [illegible] intentionem legantium, qui ſu[illegible] pecuniam apud Montem deponunt, ut [illegible] miſeria ſublevetur, non ut gra[illegible] lucro Montis. Hac ratione (ait Ponti[illegible] [illegible] licitum eſſe Monti ſe ſervare indem[illegible], ideoque tantum exigere, quantum [illegible] pro expenſis neceſſariis ad Mon[illegible], non eſt autem licitum inde lucrari.

2412 Difficultas ſolùm habet locum in Montibus ſecundi generis, pro quibus.

Reſpondet Paſqual. Montem poſſe exigere quinque pro centum, quæ tenetur ſolvere ipſis deponentibus pecuniam, qui licitè poſſunt tale lucrum reportare ex pecuniis apud Montem depoſitis. Paſqualig. *in dec. mot. dec.* 183. *&* 186. *& in qq. mor. cent.* 3. *à pag.* 1. *ad* 14. D. Anton. Bonac. & alii apud ipſum. Ratio eſt, quia ex una parte poteſt Mons exigere à mutuatariis id, quod ob eorum commodum ſolvere tenetur, ut ſervetur indemnis; quoniam non debet ob eorum commodum pati damnum: debet autem ſolvere quinque pro centum ipſis deponentibus; nam iſti ſuas pecunias non deponerent mutuandum, niſi allicerentur lucro; alioquin ceſſaret publicum bonum indigentiæ populorum ſublevandæ, & enormes uſuras, præſertim Hebræorum, excludendi; qui eſt finis erectionis Montis.

2413 Ex alia parte, lucrum quinque pro centum ex pecuniis ſupra Montem Pietatis depoſitum eſt juſtum. Quia Paulus III. per Bullam incip. *Charitatis opera*, editam 10. Julii 1549. concedit deponentibus pecunias ſupra montem Pietatis Ferrarienſem: *Quod poſſint abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo percipere quinque pro ſingulis centenariis, etiam ſi aliàs pecunia ſine ullo lucro eſſet otioſa permanſura, & non fructificatura.* Imò narrat Pontifex, id etiam conceſſum fuiſſe à Sede Apoſtol. Montibus Bononienſi, & Mutinenſi.

2414 Quantum ad titulum juſtitiæ præfati lucri, tres aſſignat Paſquall. *cit.* 1. Eſt obligatio quam deponens in ſe ſuſcipit ad mutuandum, quæ eſt pretio æſtimabilis: *v. n.* 2401. Nec officit, quòd in depoſitatione nulla fiat expreſſa mentio hujus obligationis, quia deponens implicitè intendit finem Montis, qui

eſt ſe exponere mutuaturum; ob quem finem, ut provideat de mutuis, offert lucrum deponentibus; quod virtualiter non eſt aliud, quàm obligare illos, ut mutuent. 2. Eſt finis publicæ utilitatis, in concurſu autem juris privati cum publica utilitate, cedit jus privatum, quale eſt jus matuatarii de non ſolvendo aliquid ultra ſortem. 3. Eſt ratio ſupremi dominii, qua Princeps ſupra mutuatariorum bonis certam penſionem in remunerationem aſſignat, pecuniam apud Montem ad mutuandum deponentibus, utpote benemeritis communitati, & inde Principi.

Addit tamen Paſqualig. *cit.* hujuſmodi Montis erectionem fieri debere authoritate Summi Pontificis, tam ob ſcandalum uſuræ vitandum, quàm quia in dubiis quoad mores ad ipſum ſpectat circumſtantias cognoſcere. Ac proinde non poſſe perſonam privatam Montem erigere, inde lucrari; licitum namque eſt cuilibet ex mutuo ſe ſervare indemnem; at non inde lucrari, niſi aliquis juſtus titulus adſit diſtinctus à mutuo. Ita ferè diſcurrit Paſqualig.

2415 Dictis addo, Montes in pluribus Italiæ locis eſſe mixtos, in quantum ſumma, quæ mutuatur, eſt conflata non ſolùm ex pecuniis depoſitis, ſed etiam ex vectigalibus, aut aliis publicis redditibus; & tunc dici poteſt pecuniam deponentes lucrum quinque pro centum reportare ratione cenſus realis ſuper vectigalibus, aut redditibus publicis fundati.

## COROLLARIA DEL BENE
*Par. 2. dub. 259. de Inquiſit.*

„ 2416 EX his ſequitur, quòd etiam
„ perſona privata poſſit hujuſ-
„ modi Montem inſtituere, tametſi pecu-
„ niam illam ſub onere alicujus cenſus acce-
„ piſſet, & à mutuatariis exigere,
„ opus fuerit, ut ſe indemnem
„ etiam ſi 8. vel 10. in centum
„ geret; dum enim hoc totum in
„ commodum agit, poteſt exigere,
„ opus eſt, ut ſe indemnem præſtet.
„ autem hoc totum in commodum
„ agat, patet: quia non ſolvunt, niſi
„ in centum, cum alioqui in uſuram
„ rent 35. & fortaſsè plus.
„ Non obſtat, quòd eo plus
„ Monti ſolvant, quo diutius
„ nent; quia par eſt, ut plus ad
„ tis contribuant, qui diutiùs illius
„ dis fruuntur, quorum pignora
„ ſtodiuntur.
„ Neque obſtat ſecundò, quòd
„ pignora minùs moleſta, ut
„ quid aliud aureum, tantumdem
„ quantum qui dant pignora
„ veſtes; quia debuit certa quædam
„ qualis ratio reſpectu omnium
„ nam cum ob varias circumſtantias
„ teſt ubiqui ſervare æqualitas,
„ neratim determinari aliquid,
„ mè videtur accedere ad juſtum.
„ Sequitur ſecundò, quòd
„ ſit, ut paſſim per loca hujuſmodi
„ erigantur, quia ex ipſis multiplex
„ Reipublicæ provenit.
„ Primò, impeditur peccatum
„ & hominibus maximè deteſtabile.
„ Secundo, pecunia remanet
„ cum aliò exportetur; ſolent enim
„ eſſe exteri, qui patriam mutant,
„ divites ad illam redeunt.
„ Tertiò, cives divites habent
„ ubi ſecurè, & fructuoſe poſſunt
„ ſuam collocare, emendo
„ ſuper Montes fundatos.
„ Quartò, pauperes in omnem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…negotia poſſunt ſtatim habere pecu… numeratam cum modico intereſſe, …5. 6. 7. 8. 9. vel 10. in centum, …aloquin uſurariis multò plus ſolvere …gerentur.

… Quintò, venditis pignoribus, reſtitui… quod ſortem, & detrimenta ſuperat; … uſurarii totum pretium pignoris, … multò pluris valeat, ſibi retine… &c.

## PETES.

Panormi mulierculæ quædam vulgò dictæ *Impegnature*, & *Mez*… ſuis laboribus ad deferenda pigno… apud Montem, & mutuum à Monte ad … accipere ſolent decem grana … Quæritur, an inſcio domino poſ… de propriis, & ſibi retinere gra… pro uncia, quæ aliàs mutuatarius … pro Monte? Certum eſt, non … omnia grana decem, quia re… labores [ut ſuppono] non adſint, … juſtus titulus, palliarent uſuram, … ex mutuo recipiendo. Tolet. *lib.* 5. … At ſi recipiant minùs, quàm decem … pro uncia, videtur, quòd poſſint; quia … utiliter gerunt rem domini, qui aliàs … decem; atque præſumitur non … ſed libens; adeoque reciperet non … ſed vi voluntatis domini.

Dico tamen non poſſe; quia pignus apud mulierculam non eſſet ita ſecurum, ſicut apud Montem; adeóque ratione hujus peri… dominus præſumitur rationabiliter in…

## 10. RATIONE SOCIETATIS CUM TRIBUS CONTRACTIBUS.

2418 Contractus ſocietatis, *eſt conventio plurimorum contribuentium aliquid ad commune lucrum*. Per ly, *aliquid*, intelligitur pecunia, res fructifera, ut animalia, panni, &c. labor, & induſtria; ita ut unus, vel plures ponant pecuniam; alius, vel alii laborem, & induſtriam, vel ſinguli ponant pecuniam, & induſtriam.

2419 Tres conditiones requirit ſocietas, ut ſit licita. 1. Ut fundetur in negotiatione licita. 2. Ut ſervetur æqualitas inter ſocios, ſcilicet, quòd expenſæ, etiam pro infirmitate, à ſocio, ob negotia ſocietatis contracta, damna ſine gravi culpa ſocii facta, & lucrum ſint communia; ita ut negotiatione completa, deductis expenſis, & damnis ſine levi culpa ſocii factis, & ſecluſa ſorte, nempe pecunia domino reſtituenda, lucrum, quod remanet, dividatur pro rata inter ſocios, ut ſicut ſe habet ſors ad ſortem, ita lucrum ad lucrum: poteſt enim contingere, quòd plus valeat induſtria, & labor, quàm pecunia, præſertim quando ſocii, qui ponunt laborē, ſunt plures. 3. Ut pecunia ſtet periculo ponentis; ità ut ſi pereat caſu cum leviſſima culpa ſocii, ponenti pereat; quia per contractum ſocietatis non transfertur dominium, ſicut in mutuo, ſed ſolùm uſus fructiferus pecuniæ in ordine ad communem negotiationem, & lucrum, taliter quòd ſocii non poſſint pecuniam in ſocietate expoſitam extrahere ad proprios uſus. Ex quo fit, quod ſi tradas pecuniam mercatori, ut exponat ad cambia, mercaturas, &c. hoc tamen pacto, ut periculum pecuniæ ſtet mercatori, ſed lucrum dividatur; contractus erit uſurarius, quia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non ſocietatis , ſed mutui. Hæc eſt natura puri contractus ſocietatis.

2420 In ſocietate tamen fieri poteſt, ut quis ſuam ſortem ſervet indemnem, & inſuper certum lucrum percipiat, ſi ad contractum ſocietatis adjungantur alii duo contractus, aſſecurationis ſortis, & aſſecurationis lucri ſperati. Aſſecuratio, *eſt contractus, quo quis alienæ rei periculum in ſe ſuſcipit.* Hoc præmiſſo: *v. num.* 2397.

2421 Declarantur, & ſuppono te dediſſe Paulo trecentum aureos contractu ſocietatis ad negotiandum, tuamque pecuniam eſſe æqualis valoris cum induſtria Pauli. Inſuper, quòd ſpes lucri judicio prudenti ſit de ſexaginta aureis.

In hoc caſu ex vi contractus ſocietatis debentur tibi unà cum ſorte triginta aurei, qui ſunt dimidium lucri ſperati; at quia in te eſt periculum ſortis, facis, ut Paulus illud in ſe ſuſcipiat, tibi aſſecurando ſortem, pro cujus aſſecurationis, & oneris ſuſcepti compenſatione, de tribus partibus lucri ſperati ad te pertinentis relinquis unam, nempè decem aureos: & quia adhuc in te remanet periculum, & incertitudo lucri, facis, ut Paulus illud in ſe ſuſcipiat, pro cujus oneris pretio, ex præfatis tribus partibus relinquis aliam partem, pro te retinendo tertiam certam, nempe lucrum decem aureorum certum, & non plus; quia lucrum incertum non plus valet, quàm tertia pars certa. Ita proportione ſervata diſcurras in aliis caſibus.

Qui tres contractus, ſicut ſunt liciti celebrati cum tribus perſonis, ità ſi celebrentur cum eadem perſona, quia nec unio, nec identitas perſonæ deſtruit ſubſtantiam contractus. Tum quia hi contractus aſſecurationis ſortis, & lucri, magis propriè dici ſolent venditionis, qua aſſecurans vendit ſuam obligationem præſtandi alteri ſortem indemnem.

2422 Hoc contractu uti poſſunt [...]tes, ut ſuſtententur, quia tunc lucrum [...] reportabunt ex ſuis pecuniis ſine [...] ſortis, & ſine uſura, quia non ex mutuo [...] namque mutuum tranſit in ſocietatem [...] tribus contractibus.

PETES.

2423 P*Etrus bona fide celebravit con*[...]*ctum uſurarium, an poſſit* [...] *lucrum, quatenus ſi injuſtitiam* [...] *alium contractum licitum cum eodem,* [...] *cum alio celebraſſet?*

Reſp. poſſe lucrum tantum [...] quantum per contractum licitum [...] eſſet; quia ex una parte talis mutua[...] procedat bona fide, præſumitur vel[...] ſine uſura, & contrahere omni modo, quo poteſt; adeóque cum [...] juſtus titulus, quatenus potuiſſet [...]tractum ſocietatis, metæ, &c. celebra[...]ſetur implicitè illum voluiſſe, etiamſi [...]gitet de juſto titulo, & contractu [...] muni regula, quando actus uno modo [...] valet, & altero valet, cenſetur factus eo modo, quo valet. Ex alia parte, adeſt [...] mutuatarii conſenſus in dando [...] ideo habetur conſenſus ex parte [...]que contrahentis ſufficiens ad juſtum [...]tractum.

2424 Non poteſt autem lucrum [...]re, ſi mala fide contractum uſurarium [...]bravit; quia licèt ignoret alium contractum juſtum, quem potuiſſet inire, celebra[...] tractum, quem uſurarium ſciebat, [...] preſsè contrahere voluit uſurario [...]

De uſura, agunt Scot. *in 4. diſt. 15. q.* [...] *litt. N & Y,* Maſtrius *in theol. mor. diſp.* [...] Joan la Crux *pag.* 171, Tambur, *tom.* [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] 1. & *tom.* 1. *lib.* 8. *tract.* 3. *cap.* 8. Bu[illegible] *lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 5. Bonac. *tom.* 2. *à* [illegible] 17. Cardenas *diſp.* 23. & 25. Clerica[illegible] 79. Mendo *ver. Uſura.*

## CENSUS

2425 E*St jus percipiendi penſionem aliquam annuam, vel menſtruam* [illegible] *alterius utile, & fructifera, ſuper qua* [illegible]. Qui cenſum vendit, dicitur *Cen*[illegible]; qui cenſum emit, & exigit, dicitur *Cenſualiſta.*

2426 Dividitur in reſervativum, & con[illegible]. Reſervativus, *eſt quo quis trans*[illegible] *ſuam in alterum, quoad dominium* [illegible], *& utile, ſervata ſibi penſione an*[illegible] *ſuper eadem re.* Ut cùm quis dat alteri [illegible] prædium cum onere, ut ſibi certam [illegible] annuam ſolvat. Liquet in bene[illegible] Eccleſiaſticis, quæ concedi ſolent an[illegible] penſione reſervata.

2427 Conſignativus, de quo in præſenti [illegible], & Pontifices loquuntur: *Eſt quo* [illegible] *vendit jus percipiendi annuam* [illegible] *ſuper rebus ſuis fructiferis immo*[illegible], *aut mobilibus, vel ſuper perſona ſua,* [illegible] *integro dominio tam directo, quàm* [illegible] *venditorem.*

2428 Hic dividitur in realem, perſona[illegible], & mixtum. Realis eſt, *qui fundatur ſu*[illegible] *fructifera, ut domo, prædio, &c.* Per[illegible], *qui fundatur in ipſa perſona,* quæ [illegible] penſionem obligat, non ut perſona [illegible] fructifera eſt, quatenùs ſuo labore, [illegible] eſt utilis, & poteſt aliquid acqui[illegible], unde penſio duci poſſit. Mixtus eſt, [illegible] *immediatè ſuper re, & perſona fundatur;* [illegible] res pereat, maneat obligata perſo[illegible] cenſum ſolvendum, ad differentiam [illegible] realis, in quo, pereunte re, perit eti[illegible] cenſus.

2429 Item cenſus alius eſt redimibilis, alius irredimibilis; & denique cenſus realis, alius perpetuus, alius temporaneus; & hic alius vitalitius, ſcilicet durante vita, alius ad tot determinatos annos, decem, v. gr. viginti, &c.

2430 Ad cenſum jure naturæ requiritur mutuus contrahentium conſenſus, & juſtum pretium, attentis conditione rei, in qua cenſus fundatur, quantitate penſionis, & temporis, ad quod emitur, & aliis circumſtantiis, ex quibus judicio prudenti creſcat, aut decreſcat valor juris ad penſionem: *v. num.* 2433.

2431 Jure autem Canonico, præſertim B. Pii V. in Bulla: *Cum onus Apoſtolicæ*, anno 1569. plures conditiones requiruntur, quarum præcipuæ, ſine quibus contractus etiam in foro conſcientiæ eſt irritus, ſunt.

2432 Prima, & principalior, ut cenſus non fundetur, niſi ſuper re immobili, & fructifera; hujuſmodi ſunt domus, prædia, vectigalia, & alii redditus fundati ſupra Civitatem, oppidum, paſcua, piſcationes; item officia perpetua fructifera; hæc, inquam, habentur pro immobilibus; adeóque ſuper illis poteſt conſtitui cenſus. Hinc prohibitus eſt cenſus perſonalis, aut ſupra animalia, quia ſunt mobilia; perſona namque hominis eſt mobilis, de qua Job 7. dicitur: *Ventus eſt vita mea.*

2433 2. Ut pereunte ſine culpa cenſuarii re in totum, aut in partem, ita ut non producat fructus ſufficientes, niſi ad partem penſionis, cenſus etiam in totum, aut in partem pereat. Quod ſpectat ad naturam contractus cenſus: *v. num.* 2425.

2434 3. Ut non fiat pactum reſtringens libertatem cenſuarii ad alienandam rem, nec pactum aliquid ſolvendi cenſualiſtæ pro



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facultate vendendi, quam ſibi reſervaverint, neque ratione laudemii.

2435 *Laudemium*, eſt certum pretium à novo emphyteuta ſolvendum in recognitionem dominii proprietatis, quod habet dominus directus fundi; ſolvitur (ubi talis conſuetudo adeſt) in alienatione voluntaria, v. gr. venditione rei ad emphyteuſim conceſſæ ab emphyteuta facta. Pretium laudemii ex jure eſt quinquageſima pars rei, ex conſuetudine ſolet eſſe trigeſima, aut decima, juxtà varias regiones; unde attendi debet conſuetudo. Non ſolvitur in alienatione neceſſaria, ut quando in re emphyteutica ſuccedit hæres. Quando Pater aliud non habens, eum dat in dotem filiæ, quando res emphyteutica redit ad primum emphyteutam, nec quando plures, qui eam habent, inter ſe dividunt. In alienatione autem cenſus non eſt ſolvendum laudemium. Cenſus enim ab emphyteuſi differt, quia in emphyteuſi reſidet apud dominum ſolum dominium directum, ac proprietatis, & transfertur dominium utile, ſeu uſufructuarium; in cenſu verò reſidet apud dominum utrumque dominium, & ſolùm transfertur in cenſualiſtam pars juris ad fructus, nempè ad certam penſionem exigendam ex dominio utili ipſius domini: *v. n.* 2379.

2436 Cenſuarius autem rem vendere volens, monere debet cenſualiſtam, ſi rem ipſe emere velit eodem pretio, quia eſt præferendus; quo recuſante, poteſt liberè alteri vendere, cum onere ejuſdem cenſus ſolvendi; ſed tenetur ex natura cenſus curare, ut venditio fiat perſonæ, à qua cenſus ſit æquè ſolvendus; nam ſi cenſus ſit in periculo, ne ſolvatur, fit injuria cenſualiſtæ, ſeu emptori.

2437 4. Ut cenſus ſit redimibilis ex parte cenſuarii, irredimibilis verò ex parte cenſualiſtæ. Poteſt cenſuarius penſionem [illegible] mere eodem reddito pretio capitali, [illegible] nendo cenſualiſtam ante duos menſes [illegible] cenſualiſta non poteſt invito cenſuario [illegible] tere pretium capitale.

De cenſu utrimque redimibili, an [illegible] tus in foro conſcientiæ, fusè agit V[illegible] *tr.* 3. *à q.* 12. *ad* 14.

2438 5. Ut penſiones ſolvendæ, [illegible] curſæ non ſolutæ non poſſint poni [illegible] tem, ſeu pretium capitale; imò [illegible] cauſa temporis, v. gr. &c. poſſit auge[illegible] ſus ſemel conſtitutus.

2439 6. Ut non fiat pactum, ut [illegible] rius, non ſolvendo cenſum, teneat[illegible] re lucrum ceſſans; expenſas, intereſſe, [illegible] ut res ei cadat in commiſſum. Per hoc [illegible] prohibentur pacta, & pœnæ, quæ [illegible] ſolent in aliis contractibus; at non [illegible] tur, quin emptor poſſit à vendit[illegible] fidejuſſiones, & pignora tam pro[illegible] quàm pro evictione, videlicet pro[illegible] quod ſubit emptor, ne ob aliquo[illegible] us evincatur, hoc eſt, auferatur [illegible] ad fructus prædii, quod emerat; [illegible] naturæ quilibet habet jus ad rem [illegible] quanta poteſt ſecuritate, tractandum [illegible] *num.* 2460.

2440 Cæterùm Nicolaus V. in Con[illegible] cip. *Solicitudo Paſtoralis*, edita die [illegible] tembris 1452. conceſſit Regno Sici[illegible] creatione cenſus apponi poſſint [illegible] que pacta; hinc apponitur pactum, [illegible] ſu negatæ ſolutionis cenſus, vend[illegible] dium ad diſcurſum, & inde fit adjudic[illegible] de qua plura; & fusè egi, omnino [illegible] *in tom.* 2. *à num.* 158.

2441 Quantum ad conditiones [illegible] V. requiſitas in creatione cenſus, T[illegible] 2. *lib.* 9. *tract.* 2. *de cenſibus* ait, Bu[illegible] Pii ſolùm obligare in terris Summi P[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ubi fuerit fortè promulgata, & rece-... minimè in Gallia, Germania, Belgio, & ...Regno Siciliæ, ubi non fuit promulgata, ...recepta. Inſuper ejus prohibitionem ...in præſumptione fraudis, & uſuræ; ...que, ſi hæ reverà non ſint, contractum ...conſcientiæ eſſe licitum, ſi cætera ad-... Judices verò in foro fori judicare debe-...dum jus Pontificium.

...conludit, cenſum perſonalem eſſe ..., & juſtum; quia æquivalet cenſui ... *Nam* (ait ille) *contractus hic eſt em-...ctuum, ſeu lucri, quod homo ſua ope-...quirere poteſt: ſicut ergo omnes concedi-...cenſum realem eſſe licitum, quia per il-...mitur jus ad percipiendos fructus agri, ...piſcinæ, &c. ita concedere debemus, ...ſitum, emere jus ad fructus, quos homo ...Ꝏ opera facere poteſt.* Hac ratione ...perſona venditur, aut locatur, ut liquet ..., & famulis. Fusè Verricelli *num.* ...

## PROPRIUM JUDICIUM, ET PRAXIS.

...UT autem cenſus perſonalis, præciſo jure Pontificio, ſit jure na-... juſtus, attendi debet in praxi, an perſo-... à qua emitur cenſus, ſit reverà fructi-..., & ſufficiens ad ſuſtinenda onera cen-... Audio namque (ſi eſt verum, quod ...plures mulieres mihi retulerunt) Con-... quoſdam indiſcriminatim viduis ...perſonalem concedere; & re exa-... reperio, eas pecuniam ad cenſum ...mulierculis pauperibus, quarum labor, ...ſtria vix eſt ſufficiens ad miſerrimè ...tandam propriam vitam, quàm ad ſu-...nda onera cenſus.

Contractum cenſum expoſitum, etiam ...Pontificio ſecluſo, eſſe jure naturæ inju-ſtum, illicitum, & palliatam uſuram, clarè oſtendo, Cenſus realis fundatus ſuper re immobili non fructifera, aut ſi fructifera, inſufficiente tamen ad ſuſtinenda onera illius cenſus, vel quia reperitur gravata aliis cenſibus, vel ex alio capite, eſt injuſtus, illicitus, & irritus jure naturæ; igitur à fortiori talis erit cenſus perſonalis fundatus ſuper perſona non fructifera, ſeu inſufficiente ad ſuſtinenda onera cenſus; eò maximè, cum dicatur æquivalere cenſui reali; hinc ſi rem attentè conſideres, mecum reperies, talem viduam, etiam ſolo jure naturæ inſpecto, lucrum reportare, non ex vi veri cenſus, ſed veri mutui; non ex jure alterius ad fructus, quod emerit, ſed ex pecunia, quam illi tradiderit, & ſic uſuram, ficta cenſus facie, palliare. Dico quæſo, quod jus ad fructus illa emit, aut quos fructus ſperat ex ſterili? *vide num.* 2433.

En in praxi hodierna uſuram ritè à Summis Pontificibus, præſertim à B. Pio V. in cenſu perſonali præſumptam, & Pontificiæ prohibitionis juſtitiam.

Non deficiunt probis Confeſſariis ex jam recenſitis capita, quibus poſſunt facillimè viduas, aliaſque honeſtas mulieres abſque uſuræ periculo juvare.

## QUANTITAS PENSIONIS IN CENSU

2443 COnſtituitur attentis circumſtantiis: *de n.* 2430. Solet eſſe quinque, ſeptem, aut octo pro centum, juxtà varias locorum conſuetudines, quæ ſunt attendendæ. Nicolaus V. *cit. in n.* 1440 conceſſit Regno Siciliæ, ut eſſe poſſit decem pro centum, ſeu unius pro decem, at non plus.

2444 Philippus verò II. pro Regno Siciliæ reſtrinxit taxam ad quinque pro centum cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum clauſula irritante, ut *in tom.* 2. Pragm. Reg. Sic. *tit.* 46. *pragm.* 3. *de cenſib. Ordiniamo, e comandiamo, che di quà innanzi non ſi poſſa in detto Regno di Sicilia imponere, conſtituire, ne fondare di nuovo rendita neſſuna di ſuggiugationi, ò cenſi redimibili, ne ricattare a meno prezzo di ventimila il migliaro, che è il beneficio di cinque per cento, è che li contratti di rendite, ò cenſi, che d'altra maniera ſi faranno, ſiano nulli, è di niſſun valore, & effetto, è non ſi poſſa per virtu di quelli dimandare, ne ricuperare in giudicio, ne fuora, più che à detta ragione, e riſpetto.*

At in Regno Siciliæ obſervatur plures cenſus fundari, & ſubjugationes fieri, ac permitti ad ſeptem pro centum: *v. tom. 2. num.* 149.

2445 In cenſu temporali poteſt exigi major quantitas, quàm in perpetuo; quia jus perpetuum ad fructus rei, cum pariat majores fructus, quàm temporaneum, eſt majoris pretii, & valoris; & ideò cariùs emitur iſto.

Maſtrius *in theolog. mor. diſp.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 95. Joan la Crux, *pag.* 184. Bonac. *tom.* 1. *pag.* 641. Tamb. *tom* 2. *lib.* 9. *tract.* 2. Buſem. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 3. *dub.* 9. Clericatus *cap.* 93. Mendo.

## CAMBIUM

2446 E*St commutatio pecuniæ pro pecunia.* Commutatio pecuniæ pro re, dicitur *Emptio.* Commutatio rei pro alia re diverſæ rationis, v. gr. frumenti pro oleo, dicitur propriè *Permutatio.* Commutatio vero pecuniæ pro pecunia, *Cambium.* Qui dat ad cambium, ut lucretur, dicitur *Campſor*, Qui recipit ad cambium, & dat lucrum, *Campſarius.*

2447 Cambium eſt duplex, reale: *Quo pecunia realiter cum alia pecunia commutatur*: Et ſiccum, de quo infrà. Reale, eſt duplex, minutum, ſeu manuale, & localè per litteras.

2448 Cambium minutum eſt: *Quo pecunia minor præſens cum majori præſenti commutatur, vel è converſo*; ut cum commutatur moneta argentea cum aurea, & currens cum extera & non currente, & nova cum vetere. Eſt licitum, ſi ſit reale, & necceſſarium Reipublicæ; homines enim ſæpè indigent commutare pecuniam majorem cum minuta pro uſu commodo ad ... gares, ac neceſſarias emendas; & ſæpè indigent commutare minutam cum majori, pro majori facilitate ad eam aliò transportandam, aut recondendam.

Hinc poteſt ex cambio licitè percipi moderatum lucrum, tam à campſore publico ex officio, quàm à privato, ob laborem & obſequium, quod præſtant ad cambium, ad pecuniam numerandam, ad quærendas & tenendas pecunias diverſi generis ad commoditatem communitatis ...

Minùs tamen exigere debet privatus, quàm publicus; quia pro hoc currunt alii tituli, præſertim, quia hic eſt obligatus Reipublicæ ad mutuandum, & inde ... let, ut poſſet, ſuas pecunias ad negotiationem applicare. Uterque debet minùs exigere, quàm ex cambio locali; quia in minuto non habetur tranſportatio virtualis pecuniæ, ſed pura commutatio manualis.

2449 Cambium locale, ſeu per litteras, eſt: *Quo commutatur pecunia præſens pro abſenti, vel eſt, quo Campſor dat hìc pecuniam Campſario, ut eam recipiat alibi cum certo lucro, vel quo Campſarius dat hìc pecuniam Campſori, ut eam recipiat alibi ... lucro Campſoris.* Exemplum utriuſque: Petrus indigens pecunia Panormi, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à Campſore Panormi, ut ipſe Campſor illam per ſuos correſpondentes recipiat Romæ, ubi Campſarius habet. 2. Campſarius Panormitanus indigens pecunia Romæ, ſuam pecuniam conſignat Campſori Panormi, ut eam à Campſoris correſpondentibus recipiat Romæ. Utrumque cambium fit ad petitionem, & in gratiam, ac commodum Campſarii.

Poteſt inde à Campſore licitè exigi juſtum lucrum, juxta æſtimationem experti, & conſuetudinem; in qua re magis experti ſunt ipſi Campſores. In cambio locali plures habentur tituli pro lucro, nimirum labor, & expenſæ in detinendo telonium & famulos ad cambia ſemper paratos, in conſervandis correſpondentibus in locis, aut nundinis, dilatio pecuniæ Campſarii, quæ ſi tranſportari deberet, Campſarius expenſas pateretur, atque pericula, item tranſportatio virtualis pecuniæ, quæ fit per litteras, & correſpondentes de uno in alium locum in commodum Campſarii petentis.

Campſor autem privatus, debet minus lucrum exigere, quàm publicus, ob minores expenſas. Uterque debet minus recipere, quàm in tranſportatione reali. Denique uterque debet magis, vel minus lucrum reportare, pro majori, vel minori diſtantia locorum. Poteſt tamen ultrà lucrum cambii, plus exigere juxta valorem materiæ monetæ, ſi pecunia Campſoris ſit majoris valoris intrinſeci, quàm moneta Campſarii; & è converſo compenſare tenetur, & remittere æquivalens, ſi moneta Campſarii ſit majoris valoris intrinſeci.

2450 *Quando uterque cambientium reportat ex cambio æquale commodum, is, qui prævenitur ab altero, poteſt ab illo lucrum cambii recipere: v. gr. Ego egeo pecunia hic Panormi, ſed habeo Romæ, tu habes Panormi, ſed eges ea Romæ: ſi tu me prævenias, petendo à me cambium Romam, poſſum à te pecuniam ad cambium recipere, & lucrum cambii reportare; quia verè ſub eo onus in tui gratiam pretio æſtimabile, & libero te onere, periculis, & expenſis tranſmittendi pecuniam, quod non eſt minùs pretio æſtimabile, quàm ſi pecunia non indigerem.* Ita ferè Bonacina *tom. 3. diſp. 3. quæſt. 5. pun. un. n. 25. de cambiis.*

2451 Cambium ſiccum eſt, *quando fingitur ſolutio facienda alibi, ſe revera fit in eodem loco.* Exemplum. Campſor dat Campſario Panormi centum aureos à Campſario ſolvendos Romæ, fiunt litteræ Romam, ſed vel ſunt fictæ, vel non mittuntur, vel ſi mittuntur, nihil operantur, eò quòd Campſarius non habet actu, aut proximè pecuniam Romæ; totum id ſcit Campſor; hinc veniente tempore ſolutionis faciendæ, Campſarius ſolvit Campſori Panormi cambium cum lucro, nempè centum, & quinque aureos. Dicitur cambium ſiccum, hoc eſt, nullum habens humorem, quatenùs caret juſto titulo fructificandi, ſed eſt mutuum palliatum, & uſura; quoniam lucrum reportatur ex pecunia præſenti tradita cum pecunia præſenti, & dilatione temporis. Item contingit, ſi Campſor recipiat ad cambium Panormi pecuniam ſolvendam Romæ, aut ad nundinas, vulgò *alle fiere*; ſed præfixo tempore eam ſolvit Campſario Panormi, eò quia non habet pecuniam aut correſpondentes Romæ, ſeu in nundinis.

2452 Cambium per litteras cum recambio, ſi ſit reale, eſt licitum cum lucro. Habetur, quando, v. gr. fit cambium Panormi Romam, & veræ litteræ Romam mittuntur, ibique ſuum ſortiuntur effectum; deindè Romæ fit recambium Panormum, & pariter aliæ veræ litteræ mittuntur, quibus pecunia Panormum recambitur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Maſtrius *in theol. mor. diſp.* 5. *quæſt.* 3. *nu.* 216. Joan. la Crux, *pag.* 192. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 649. Tambur. *tom.* 2. *lib.* 9. *tract.* 3. Buſem. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 3. *dub.* 10. Clericatus *cap.* 93. Mendo.

## EMPTIO, ET VENDITIO

2453 E*St contractus conſtans reciproco conſenſu mercis pro pretio, & pretii pro merce.* Uterque contractus mercis traditione completur, & utriuſque juſtitia in æquali valore mercis, & pretii conſiſtit. Unde ſubſtantialia venditionis ſunt tria, *conſenſus, pretium, & merx.*

Vendi poteſt omnis res pretio æſtimabilis, quæ eſt ſub venditoris dominio. Hinc res ſpiritualis ſupernaturalis vendi non poteſt; quia non eſt pretio æſtimabilis.

2354 Res vendita, ſi pereat, aut fiat deterior poſt traditionem, perit, aut ſit deterior emptori; quia domino perit. Si verò ante traditionem, tunc, ſi res empta ſit determinata in individuo, v. gr. hæc domus, hic modius frumenti, hæc ovis, &c. perit emptori, eique fructificat, niſi perierit culpa venditoris aut niſi aliter conventum fuerit. Si autem ſit indeterminata in individuo, v. gr. ſi emas decem oves ex grege, decem modios tritici ex granario; vel ſi emas rem determinatam in corpore, indeterminatam quoad menſuram, v. gr. unum modium tritici ex hac maſſa; tunc ante traditionem, vel menſurationem, perit venditori: ita eſt definitum ex jure ad dirimendas lites. Cæterùm jure gentium dominium acquiritur, ſtatim ac habetur utriuſque contrahentis conſenſus abſolutus. Hinc in Eccleſiis & locis piis, dominium acquiritur ante traditionem.

2455 Si res eadem ſit vendita pluribus, eſt ejus, cui eſt tradita, ſi pretium ſolverit; ſi nulli ſit tradita, debetur ei, qui prius emit; alter verò habet actionem in vendi[...]

Emens nomine proprio, ſed ex pe[...] alterius, tenetur reſtituere pecuniam[...] cit ſuam rem emptam, niſi ſit empta [...] cunia Eccleſiæ, pupilli, aut minoris, [...] re, vel curatore, ex pecunia militis, [...] ſi ſit empta ab uxore, aut marito ex [...] ſibi ab altero eorum donata. Ita et [...] nech. hic.

2456 Fructus pendentes vend[...] tempore, ſive maturi ſint, ſive non, [...] ptorem ſpectant, niſi aliter conventum [...] rit; quia ſunt pars rei emptæ.

2457 Res aliena vendi poteſt, ſi [...] tur eſſe alienam. Res furtiva ab e[...] fide præſcribi non poteſt, niſi ſpatio [...] ordinario triginta annorum. Fenech. [...] *in cap. Nihil extra, de præſcript.* [...]

2458 Venditor tenetur ſub o[...] ti mortalis, & reſtitutionis damni, [...] nere de notabili vitio rei empto[...] ignorantem, v. gr. ſi equus ſit [...] fectuoſus, ſi domus ſit ruinoſa, [...] aduſtus, &c. Non tenetur illud ma[...] ſi vitium eſt manifeſtum, nempe [...] claudus, cæcus; tenetur autem [...] pretium judicio experti.

2459 Pariter ſcienter emens vili [...] rem pretioſam, v. gr. gemmam [...] loris ignaro, tenetur ad reſtitutionem [...] mæ, aut majoris pretii; quia [...] vendit voluntariè, cum valorem ig[...] *v. num.* 2505.

2460 Item venditor tenetur mon[...] ptorem de evictione, ſi adſit peri[...] *Evictio eſt rei propriæ ab altero poſſeſſ[...] peratio: v. num.* 2439.

2461 Pretium rei eſt duplex, leg[...] *Quod eſt à lege, vel Principe definitum* [...] naturale: *Quod ex prudenti homi[...] matione conſtituitur.* Pretium legi[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſiſtit in indiviſibili, *naturale* verò habet latitudinem; dividitur enim *in ſummum*, *medium*, *& infimum*. Intra latitudinem hujus ſimplicis pretii emens, aut vendens, juſto pretio emit, aut vendit. Hæc latitudo inter ſimplices tutò fieri poteſt uſque ad quinque, aut ſex pro centum; ſed potius attendi debet praxis.

2462 Creſcit pretium; 1. ex penuria mercis, 2. ex abundantia pecuniæ; 3. ex multitudine emptorum; hinc licet exteris cariùs vendere, quia augetur copia emptorum; 4. ratione expenſarum, quæ fiunt in comparandis, & conſervandis mercibus, & maximè ſi inveniat lucrum ceſſans, damnum emergens, aut periculum in commodum emptoris.

2463 E contra decreſcit pretium, 1. ex abundantia mercis, 2. ex inopia pecuniæ, 3. ex paucitate emptorum. Item creſcit, & decreſcit pretium ex modo vendendi: hinc ſæpe pluris res venditur ad minutum, & vilius ſi ſimul, & in magna quantitate; quia ſæpe facit venditorem ad alias merces expeditum, eumque liberat curis, & periculis in iis ſervandis, retinendis.

Item pluris res venditur in officinis, ſed minoris emitur à venditore quærente per vicos emptores, ſeu à ſponte offerente; nam *merces ultroneæ vileſcunt*; pro tertia parte per aliquos, uſque ad dimidium per alios; quod ſecundum eſt nimis laxum.

2464 Ille, cui datum eſt aliquid vendendum pretio determinato, v. gr. medio, aut infimo, ſi vendat ſupremo, probabile putat Buſembaum, quod poſſit retinere exceſſum, quia ſua induſtria acquiſivit. minimè, ſi ſit tradita res vendendum pretio indeterminato, meliori quo poteſt; tunc namque utilitas cedit domino.

Ulterius, ſi mercator famulo, aut alteri perſonæ mediæ ementi pro domino pannum, v. gr. aut aliam rem minoris pretio conſueto, idque faciat in gratiam ipſius famuli, ſartoris, &c. ut ſic eum ad ſuam officinam alliciat; poteſt famulus exceſſum illum pro ſe retinere, quia illi eſt liberaliter à mercatore donatum. Famulus autem has debet obſervare conditiones: 1. ut mercator reverà non illo minori, ſed majori pretio ſit aliis conſuetus vendere; alioquin famulo donaret de non ſuo: 2. ut famulus rem tradat domino pretio conſueto: 3. ut fecit diligentias ordinarias, an ſit alius, qui minori pretio ſit conſuetus aliis vẽdere. Quòd ſi minoris emit ob diligentiam extraordinariam, v. g. quia Panormo Montem regalem perrexit ubi res vilius valent; tunc pro ſe retinere poteſt exceſſum. Tamb. *tom. 1. pag. 258. n. 10.* quia non tenetur ad diligentias extraordinarias.

2465 Peccat mortaliter, qui tempore meſſis emit frumentum, & vinum, in tam exceſſiva quantitate, quæ caritatem cauſet, ut ſic cariùs vendat.

2466 Licitum eſt rem vendere pretio currente, quamvis venditor ſciat pretium mercis eſſe intra brevo tempus minuendum, quia pretium tunc currens eſt ſimpliciter juſtum; ſecluſis tamen mendaciis, dolo, aut fraude, quibus emptor alliciatur.

2467 Quando circa mercem contingunt pretia, nempè legale, & naturale, diverſa, non poteſt exigi legale, ſi eſt majus, quia pretium legale eſt taxatum à Principe in gratiam emptorum, ne excedatur, minimè ne ſecundùm prudentum æſtimationem minuatur. Et ita ſi pretium legale frumenti eſt ſex aureorum pro modio, naturale verò quinque, non poſſunt exigi ſex.

2468 Si pretium legale eſt notabiliter minus, eſt diſtinguendum. Si tempore benigno frumentum, v. gr. erat taxatum pretio mode-

rato, v. gr. quinque aureorum, poſtea ex pluviæ defectu, aut ex alia cauſa ſuperveniat magna ſterilitas, tunc ſtandum eſt pretio naturali prudenter ab expertis impoſito; quia Princeps non poteſt taxare pretium ad purum placitum, ſed attentis prudenter circumſtantiis relatis, ex quibus rerum pretia creſcunt, & decreſcunt; nam pretium debet commenſurari merci, ut ſit juſtum; unde pretium legis tunc, ſi non mutetur, incipit eſſe injuſtum, & nullam obligationem pariens in conſcientia. Quòd ſi Princeps ſterilitate attenta, & omnibus penſatis, pretium augeat, tunc omnino ſtandum eſt pretio legali, ne in tyrannidem vertatur mercatorum aviditas.

2469 Licitè poſſunt minoris emi pecunia anticipata credita, ſive matura, ſive immatura, ſi ſint periculoſa, litigioſa, dubia, aut difficilis exactionis; & quidem minoris, pro qualitate periculi, dubii, &c. æſtimatione prudenti. Nec obſtat, quòd emptori facilis ſit crediti recuperatio, ob amicitiam, quam v. g. habet cum Principe quia amicitia Principis non debet illi nocere; unde lucrum cedit tuæ induſtriæ.

2470 Difficultas eſt, ſi credita ſint ſecura, ac faciliima, & nullus adſit titulus lucri ceſſantis, damni, expenſarum, &c. Affirmat. Tambur. poſſe licitè minoris emi, quia minus valet jus rei, quam res. Eadem ratione ſubdit, poſſe ipſum debitorem anticipata pecunia minoris extinguere ſuum debitum immaturum.

Dico, non licere, ſed eſſe uſuram, quia implicite mutuatur pecunia minor pro exigenda majori, mutuantur decem pro exigendis, v. gr. quindecim futuris pro ſola temporis dilatione. Tum quia pecunia numerata non eſt pretioſior numeranda: *v. num.* 2392.

2471 Multò magis non licet debi[...] noris extinguere ſua debita matura, [...] netur ex juſtitia ea ſtatim & comple[...] re. Item ipſe debitor non poteſt min[...] tinguere debita, ex hoc capite, [...] difficilia, ſi ipſe eſt difficultatis cauſ[...] quin reportaret lucrum ex culpa, & [...] pedimento, quod ipſe tenetur tollere.

2472 Denique non poteſt quis [...] creditum, quod certo ſcit non eſſe [...] dum, quia nullius eſt pretii, & æſtim[...] intrinſecæ.

2473 Petes. *An rei extraordinari[...] tatis immiſceri poſſit aliquid, ita ut [...] lis cæteris vendi ſolitis, & vendi pre[...] to?* Non eſt difficultas de mixtione [...] connaturalis, qualis in frumento eſt [...] aliquorum ſeminum, quæ in area c[...] mento naſci ſolent; ut in aliquibus [...] mixtio aquæ vino, quæ fieri ſolet, [...] vinum ſit, & quæ ad vini perfe[...] quiritur; ſed de mixtione materiæ [...] næ, quæ fit ex induſtria.

2474 Abſolute affirmant licere [...] *tom. 2. d. 3. de contr. q. 2. punct. 6.* [...] Arſdeckin. cum aliis aſſerentes, lic[...] generoſo vino aquam, & electo triti[...] deum miſcere, & pretio taxato vend[...] communi, ſi mixtio fiat cum caut[...] immodico exceſſu, ſed ita, ut triti[...] æquale tritico, & vinum vino, quo[...] in foro vendi; quod Bonacina limitat [...] no, quod venditur ad minutum, [...] in magna quantitate, quia illud bre[...] ſumitur, hoc diu retinetur, adeóque [...] mixtum, fit acetum.

Ratio affirmationis eſt; quia nullum [...] damnum, nec injuria infertur emptori, [...] non teneatur illi tradere res majoris [...] ctionis, quàm ab aliis paſſim vend[...] Et ſicut venditor poteſt menſuratam [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando alia ratione non poteſt juſtum pretium ab emptore extorquere, ita pariter in caſu noſtro ſolùm tenetur merces tradere æquivalentes pretio.

2475 Tamb. *tom. 2. lib. 9. tr. 5.* mixtionem concedit frumento electo, negat mixtionem aquæ vino generoſo; quia in frumento mixtio ordei, lolii, &c. poteſt diſcerni, & inde ſegregari ab emente, & utente. Non ita aqua in vino; quod proindè, licèt evadat æqualis roboris vino communi, evadit tamen deterioris virtutis; nam eſt minùs utilis ad varia medicamina, & plures effectus, ad quos homines vino puro uti ſolent. Adde, hujuſmodi miſcentes aquam vino rigoroſè peccare. Concedit autem Tamb. vino generoſo miſcere aliud vinum debile, ſed purum miſceri, ut ſic fiat æquale communi vino.

2476 Prima opinio affirmativa non eſt admittenda; quia attenta venditorum cupiditate, aperit viam ad furta. Tum quia generoſitas vini compenſatur multitudine emptorum.

2477 Panormi taxari ſolet quolibet anno menſe Novembris duo pretia legitima, unum majus pro vino de vicis Panormi, vulgò dicto *di Padroni*, aliud minus pro vino aliorum locorum, vulgò dicto *di Facchini*: & jure; quia vinum de vicis Panormi eſt majoris valoris intrinſeci, tam quoad generoſitatem, quàm quoad ſanitatem, cæteraſque conditiones. Non ſic eſt vinum, quod à poſterioribus venditoribus vendi ſolet, quia illud deferunt ex Sala Parthenici, & aliis vicis extra Panormum, vinum longè deterioris conditionis generantibus. Hinc fit, quòd licèt pretium pro poſteriori vino taxatum ſit minus, non poſſunt venditores ſine culpa mortali, & onere reſtitutionis, illud vendere aqua mixtum.

EXPENDUNTUR CASUS PRACTICI

CONTRACTUS EMPTIONIS AD METAM.

2478 IN Sicilia frequens eſt, quo quis anticipata pecunia, v. gr. menſe Januarii frumentum menſe Julii conſignandum emit, pretio, quod valebit juxtà metam ſuo tempore à publico magiſtratu communitatis poſt collectionem prudenter ſtatuendam, ea lege, ut qui ſupplere debebit, suppleat. Hic contractus eſt licitus, quia eſt veræ emptionis. Uſurarius eſſet, ſi tu pecuniam, v. gr. maſſario dediſſes, non titulo emptionis, ſed titulo mutui, ſeu præſtiti, cum onere, ut maſſàrius teneatur tempore meſſis eam ſolvere in frumento; quia mutuum pecuniæ expoſcit, ut ſolvatur pecunia, & tu obligâſti ad frumentum: liquet ex definitione mutui: *num.* 2375.

*Maſſarius* eſt, qui è ſuis ſegetibus fructus, v. gr. frumentum, vinum, &c. collecturus expectat.

MASSARIUS

2479 HIemis tempore indiget pecunia ad colendos agros, ideò anticipatò vendit merces ſuo tempore colligendas, & eodem tempore conſignandas.

QUÆRES I.

2480 *An mercator in Sicilia licitè emere poſſit à maſſario frumentum pretio anticipato, & determinato, independenter à meta?*

REſp. poſſe, ſi nulla ſit fraus; quia eſt verus contractus emptionis, & venditionis, de cujus ſubſtantia non eſt, quòd actu pretium ſolvatur, & quòd actu res conſignetur; ſed quòd emptor ſit obligatus determinato tempore ſolvere, & venditor determinato

 tempo-

tempore rem conſignare. Nec obſtat inSicilia pragm. ad oppoſitum, quia eſt edita ob præſumptionem fraudum, & uſurarum; unde non obligat pro foro interno, ſed externo. Poteſt igitur mercator tempore hiemis determinato pretio emere frumentum colligendum, & conſignandum tempore æſtatis. Idem dic de aliis fructibus. Diana *par. 3. tract. 5. reſ. 115.* Tamb.

2481 Triplex pretium excogitari poteſt. 1. Quod currit tunc, quando fit contractus. 2. Quod curret tunc, quando fiet collectio, & conſignatio. 3. Tale, quod ab ipſis contrahentibus nunc, quando fit contractus, determinatur, independenter ab eo, quod currit nunc, aut curret tunc,

2482 Primum pretium in caſu frumenti, & ſimilium, non eſt in mentem revocandum, cum ſit inevidens damnum emptoris; tempore namque hiemis, quando fit contractus, frumentum ſolet cariùs emi, quàm tempore æſtatis, quando fit collectio; adeóque non poteſt præſumi, quòd mercator velit à maſſario frumentum emere cariùs, quàm valet tempore traditionis.

Dixi, *in caſu frumenti, & ſimilium*; quia in caſu rei, quæ eſt plus valitura tempore traditionis, determinare pretium, quod currit, quando fit contractus, eſt uſura; quia juſtum pretium illud, quod res valet tempore traditionis; unde ſi equum valiturum poſt annum centum & decem, emas centum, quantum valet, quando fit contractus, idem eſt, ac ſi nunc des centum, recepturus poſt annum centum & decem ratione temporis, & anticipatæ ſolutionis, quod eſt uſura. Si verò adſit lucrum ceſſans, damnum emergens, vel periculum non habendi rem emptam, aut ſinceram, &c. tunc utique poterit aliquid proportionatum ultrà accipi.

Primum ergo pretium in rebus, quæ plus valent tempore traditionis, eſt injuſtum [...] adſit lucrum ceſſans, &c. in rebus verò, [...] plus valent tempore contractus, quàm [...] ditionis, ut in caſu frumenti, & ſimilium [...] non eſt prudenter præſumendum.

2483 Secundum pretium eſt juſtum [...] juſtum pretium eſt illud, quo res valent [...] pore traditionis.

2484 Tertium pretium independenter [...] lucro ceſſante, & periculis, eſt juſtum, [...] terminetur pretium illud, quo frumentum [...] aut res tempore conſignationis probabiliter [...] creditur valitura. Imo quando probabilitas [...] futuri pretii non poteſt haberi, conſtitui poteſt determinatum pretium, non ad [...] ementis voluntatem, ſed alterius experti [...] bitrio; tunc namque par eſt in emente, [...] vendente periculum, uti ludus fortunæ.

2485 Poteſt mercator præter [...] ctum licitè accipere à maſſario pignus, [...] quilibet habet jus negotiandi cum [...] am majori cautione, qua poteſt.

2486 Augmentum, quod frumentum [...] cere ſolet in horreo à die collectionis [...] ad diem traditionis in contractu præ[...] eſt maſſarii, poſteà verò mercatoris; [...] minium actu transfertur per traditionem [...] unde mercator fit frumenti dominus, [...] do ipſi frumentum traditur, etiamſi [...] poſteà. In Sicilia frumentum præ[...] conſignandum die 11. Auguſti, [...] imponi ſolet poſteà menſe Octobris [...] em D. Franciſci; in pluribus verò locis [...] poni ſolet poſt diem 15. Auguſti.

## QUÆRES II.

2487 *An qui maſſarius non eſt, poſſit [...] contractu ad metam cum mercatore, vel [...] eo, qui mercator non eſt?*

RESp. qui maſſarius non eſt, licèt [...] careat, certò tamen ſperat frumentum [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

emptionem, aut alia via habere, licitè poteſt hunc inire contractum, etiam cum eo, qui mercator non eſt; quia quilibet habet jus vendendi id, quod certò ſperat ſe habiturum, pariter & emendi id, quod prudenter ſperatur. Ille verò, qui nullâ viâ poteſt frumentum habere, non poteſt hunc contractum inire ſine peccato, & perjurio, quia ſimulat vendere, cum reverà nil vendat. Nec mercator id ſciens poteſt lucrum metæ accipere, alias committeret uſuram ob mutuum palliatum, vel furtum: *v. num.* 2495.

## QUÆRES III.

2488 *An liceat menſe Januarii vendere, ſeu conſignare frumentum maſſarii ad pretium menſis Maii, quo tempore ob diſtantiam à priori meſſe, major eſt frumenti penuria, ideoque majus pretium?*

Videtur, quòd non, quia juſtum pretium eſt, quod currit, quando res vendita conſignatur.

Reſp. licere, ſi verè frumentum eras conſervaturus, & venditurus menſe Maii, & in ſpem Maſſarii id ſcientis, vendas menſe Januarii; ratio eſt, quia verè ceſſat lucrum. 1. Quia illud mercator erat venditurus menſe Maii, quando pretium erat futurum majus. 2. Quia frumentum intra illud tempus creſcit in horreo mercatoris; unde incrementum deductis expenſis poteſt peti ſolvendum. Hinc patet ſolutio ad rationem in oppoſitum, quia frumentum menſe Januarii venditum, & conſignatum, non eſt purum frumentum menſis Januarii, ſed frumentum Januarii conſervandum, & vendendum menſe Maii, quod menſe Januarii valet pretio menſis Maii. Si verò non eras conſervaturus, uſuram committis; quia lucrum reportas ex dilatione temporis.

2489 Ex variis autem pretiis in variis diebus menſis Maii, non licet mercatori exigere ſupremum, ſed illud, quod curret majori parte menſis Maii, quia illud ceſſat; nam eo pretio erat probabiliter venditurus, quod communiter currit. Quòd ſi currat pretium legitimum; tunc illud ſolùm exigere potes, quod taxatur, non vulgare. At ſi tanta ſit pretii varietas, ut deſignari non poſſit pretium majoris partis menſis, non potes petere ſupremum; quia non es certus te ſupremo pretio venditurum: nec debes infimum; quia fortè potuiſſes majori vendere; debes igitur petere medium, quia ſic attenditur ementis, & vendentis ratio.

Poteſt tamen fieri conventio, & pactum de certo pretio, quod prudenter tunc curret, illud menſe Januarii determinando; quia ſi nulla ſit fraus, par eſt utriuſque periculum; unde hujuſmodi venditioni, & emptioni accedit ratio juſti ludi: ut *in n.* 2484.

## QUÆRES IV.

2490 *An poſſit mercator tempore hiemis dare frumentum cum pacto, ut ſolvatur pretio currente tempore æſtatis, ſi tunc plus valebit, quàm nunc, & ſi valebit minus, ſolvatur pretio currenti nunc?*

Reſp. eſſe uſurarium contractum, quia non eſt par utriuſque conditio; poteſt autem abſolutè vendere pretio currente tempore hiemis, quando fit traditio, ut conſtat, præfata clauſula non appoſita; nam ſi mercator poteſt vendere frumentum tempore hiemis pretio tunc currente, & ſolutione actuali, à fortiori ſolutione dilata, quia dilatio ſolutionis eſt in beneficium emptoris.

## QUÆRES V.

2491 *Mercator menſe Decembris dat pecuniam maſſario, cum pacto, ut menſe Augu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſti conſignet tantum frumentum ratiocinandum uno aureo minus pretio juſto menſe Auguſti currente, aut per metam taxando. An contractus ſit licitus?*

RESP. eſſe uſurarium, & mutuum palliatum, niſi adſit lucrum ceſſans, periculum, aut alius juſtus titulus ex recenſitis, quia mercator reportat lucrum certum ex pecunia anticipatò tradita; tum quia emptio extra limites juſti pretii eſt injuſta. Licitus eſt, ſi ſit emptio frumenti conſignandi menſe Auguſti; pretio tunc infimo.

2492 Hinc uſuarius eſt contractus, quo quis dat pecuniam alteri pro tanto tritico, aut alia re proprio tempore conſignanda quatuor tarenis minus pretio, quod tunc curret, niſi adſit aliquis juſtus titulus ex dictis, aut ſit intra lineam infimi pretii.

## QUÆRES VI.

### AN CONTRACTUS A GODERE,

2493 *Quo Petrus dat tibi pecuniam, v. gr. centum aureos, tu verò das illi domum, cum pacto, ut quiſque fruatur datis, donec tu reddas pecuniam; poſſit licitari per contractum venditionis, & pacto retrovenditionis, quatenus videlicet tu vendas domum Petro centum aureis, cum pacto, ut poſt decem annos, Petrus eodem pretio tibi revendat domum?*

VIdetur, quòd ſic; quia in contractu emphyteutico tu poteſt dare domum Petro, & percipere annuum cenſum, & tamen Petrus poſt decem annos tenetur tibi reddere domum; ita & ibi.

Reſp. non poſſe, juxtà dicta *num.* 2389. quia in contractu venditionis transfertur dominium directum; ita ut completa emptione, & venditione, res ſi pereat, pere[illegible] ptori; & in caſu periret Petro; [illegible] contractu à godere; hinc erit vendi[…] ata, & contractus mohatra.

2494 Non tenet paritas contra[…] phyteutici; quia in hoc venditur, [illegible] tur ad tempus dominium utile, [illegible] fructum ex re fructifera, nempe ex [illegible] cujus dominium directum reſi[…] proprietarium. Tum quia contra[…] phyteuticus fit ſupra rem immobi[…] fructiferam; pecunia vero, nec [illegible] bilis, nec fructifera: *v. à num.* [illegible] *num.* 2389.

## QUÆRES VII.

2495 *An contractus inter mu[…] exerceri ſolitus, quo pecuniam dan[…]* ad uſo di riti, di tela, di ſargetta, [illegible] *citus?*

COntractus ſic efformatur: [illegible] una alteri tarenos ſeptem, [illegible] rum pretium, quo à mercator[…] ſolet ulna ſargettæ; ipſa tamen [illegible] nam unam ſargettæ, quæ taren[…] valet, vendit tarenis duodecim, [illegible] ut mulier altera, quæ emere dic[…] ditrici ſolvat grana duo qualibet [illegible] que ad extinctionem tarenorum [illegible] cim; & ita per tempus quatuor [illegible] quod ad complendam ſolutionem [illegible] tur, venditrix lucrum reportat [illegible] quinque. Ita ſimiliter de contractu [illegible] *di riti.*

Reſp. eſſe in ſe contractum mutui [illegible] ſurarium; quia cum reverà *ſargetta* [illegible] extet, contractus eſt mutui, nempe [illegible] pecunia tradita, ob ſolam tempori[…] nem, palliatus contractu emptionis [illegible] ditionis.

2496 Dixi, *in ſe*; quia ſi adſit peric[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quentus, qui pecuniam dedit, tutum pignus accepit, vel adſit lucrum ceſſans, & tunc quidem poteſt quid lucri ſupra tarenos ſeptem, quos dedit, reportare, ſed proportionatum lucro ceſſanti, aut periculo, juxta ſuperius dicta de periculo, & lucro ceſſante, minimè tam excedens, ut ex ſeptem per quatuor menſes accipiat quinque, quod in anno eſt accipere ex centum datis ſeptuaginta quinque. Excogitari ne poteſt ſcelus majus, iniquitas uſuræ v. num. 2487.

## QUÆRES VIII.

### AN CONTRACTUS A PAGARE, E CONSIGNARE

2497 *Sit licitus*;

Puta. Mercator menſe Januarii vendit emptori centum modios tritici, quos tenetur conſignandos menſe Julii, quando emptor ſolvit pretium; tenetur autem mercator frumentum dare, quoties emptor petierit, medio tempore à Januario ad Julium, quo tempore frumentum ſtat periculo, & expenſis mercatoris; eo verò elapſo, poteſt venditor cogere emptorem, ut frumentum accipiat, & proteſtari, quòd aliàs damnum, intereſſe, expenſæ, & periculum ſtent pro emptorem.

Pretium autem non eſt illud, quod currit menſe Januarii, nec quod curret menſe Julii, ſed tribus tarenis, v. gr. plus eo, quod currit menſe Januarii, quando fit contractus, ut ſi tunc pretium eſt quinquaginta, premium tuatur quinquaginta tribus tarenis. Hoc præmiſſo,

2498 Reſpondet Diana *p. 1 tr. 8. reſ. 65.* licitum, quia eſt verus contractus emptionis, & venditionis: & illud plus trium tarenorum accipitur, 1. Pro expenſis, labore, & periculo, quæ mercator ſubit ex eo, quòd eſt obligatus frumentum conſervare ad menſem Julii. 2. Quia par eſt in utroque periculum lucrandi, & perdendi; nam menſe Julio pretium poteſt eſſe majus, vel minus.

### EMPTIO REI PECUNIA ANTICIPATA, ET VENDITIO REI AD CREDITUM, SOLUTIONE PECUNIÆ DILATA.

2499 Dico 1. Te non poſſe minoris juſto pretio rem emere, ex hoc præcisè, quòd pecunia anticipata emis; quia lucrum reportas ex tua pecunia anticipato tempore in totum, aut in partem ſoluta. Juſtum autem pretium eſt illud, quo res valet tempore traditionis, de quo fusè dictum eſt: *num.* 2482.

2500 Dico 2. Te non poſſe cariùs ultrà juſtum pretium rem, v. gr. pannum, &c. vendere, ex hoc præcisè, quia ad creditum vendis; quia lucrum reportas nō ex pretio panni, ſed ex dilatione temporis, quod non eſt tuum; unde venditio ad creditum cariùs juſto pretio eſt virtualis mutuatio. Nec poteſt ſic vendentem juvare lucrum ceſſans. 1. Quia ad creditum vendens plures vendit merces, & plures habet emptores, quàm ſi pecunia numerata venderet. Quia ſic ſe liberat à pluribus periculis, quibus ſunt expoſitæ merces, ſi diu invenditæ in officina detineantur; pannus enim eſt expoſitus cariei; & quò diu detinentur, eò magis deperdunt. 3. Quia qui pecuniâ numeratâ emit, vult pretio infimo emere; qui verò ad creditum vendit, poteſt pretio ſupremo vendere, & ità intra limites juſti pretii lucrari; quæ ſi attentè conſiderentur, compenſant venditori lucrum ceſſans, ac proinde vendens ad creditum, non poteſt ex vi lucri ceſſantis lucrari. Et ſolùm poſſet quid moderatum ſupra juſtum pretium ratione periculi amit-

amittendi rem vēditam, & pretium, ſi venditor prudenter tale periculum cognoſcat; ſæpè namque contingit, Vt ementes pannum, aut telam credito, poſteà aufugiant, aut ſe abſcondant inſoluto pretio; quod periculum ceſſat, ſi venditor accipiat tutum pignus, aut vendat perſonæ, de cujus fidelitati ſuſpicari non poteſt.

Scotus *in* 4. *d.* 15. *qu.* 2. *à litt.* P, Maſtrius *diſt.* 5. *q.* 1. *num.* 11. Joan. la Crux, *ag.* 146. Bonac. *tnm.* 2. *pag.* 592. Buſemb. *lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 3. *dub.* 8. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tract.* 5. *tom.* 1. *lib.* 8. *tract.* 3. *cap.* 7. *tr.* 5.

## CONTRACTUS MOHATRA

2501 E*St, quo quis emit credito, & pretio ſupremo merces à mercatore, eaſque eidem retrovēdit pretio inſimo, aut viliori* Declaratur exemplo.

2502 Petrus indigens pecunia, petit mutua centum ſcuta à mercatore, qui reſpondens ſe pecuniam non habere, offert ſuas merces: inde vendit Petro quantitatem panni pretio ſummo juſto, quod ſupponitur ſcutorum centum: Petrus autem, quia indiget non Panno, ſed pecunia, pannum emptum venditioni exponit pretio infimo, quod ſupponitur nonagintaquinque, aut nonaginta; quo pretio eundem pannum redimit mercator ipſe, qui vendidit, ſicque lucrum reportat ſcutorum quinque, aut decem pro centum. An talis contractus ſit licitus?

Reſp. eſſe licitum, ſi verè intendant emere & vendere, & nullum ſit pactum explicitum, nec implicitum retrovenditionis eidem perſonæ, quæ vendidit; quia tunc contractus eſt vera emptio, & venditio, quæ nullo jure iis prohibetur. Cardenas *d.* 24.

Nec ex hoc, quòd idem mercator pannum redimat pretio infimo, indè lucrum reportans, committit uſuram. 1 Quia cum non adſit pactum retrovenditionis, … caſualiter, ut unus de populo. 2. Qu… teſt tertius ſic emere, cur non ipſe, … dit? eò maximè, quia ſi ipſe emit, … à labore quærendi emptorem. Nec … quando vendidit, cognovit ex indig… ptoris, ſe fore redempturum, dum… interceſſerit allatum pactum, nec … nec implicitum, cujuſmodi eſſet inten… obligandi ad retrovendendum; qui… adeſt intentio lucrandi ex mutuo. … morati ſolent talem extra dimittere, … extra quærat emptorem, & ſi non … redeat.

2503 Si verò præceſſerit pactum … tum, aut implicitum retrovendition… contractus eſt uſurarius, & mutuum … tum; quia cum emptio, & venditi… bera, pactum, ſeu contractus de … dendo eidem, ſatis dat intelligen… mercatoris, quòd circuitu illo velit … portare ex mutuo. Tum quia ſuppo… ditione juſto pretio ſupremo facta, … eſt onus de retrovendendo à merca… poſitum. Hinc meritò contractum … tram cum cōtractu prævië inito de re… dendo eidem damnat Innoc XI. … *ſit.* 40. *ab Innoc. XI. damn.* & vocatur … contractus, *dello ſtocco*, quatenùs fra… circuitu puncti cædit corporis ſubſtan… animæ ſalutem.

## MONOPOLIUM

2504 E*St, quo unus, vel plures merca… inter ſe propria auctoritate … niunt, ut coemendo merces certi generis … rius divendant, efficiendo, ut vix ab… poſſint.* Eſt injuſtum, & obligat ad re… nem damni, nam hujuſmodi Monopole… num inferunt aliis mercatoribus facien… vendant, & civibus, ut cariùs emant, … citatem venditorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2505 Licitum autem eſt Principi ex juſta [illegible] concedere uni, aut pluribus, ut ipſi ſoli [illegible] merces vendant, dummodò neceſſaria [illegible] humano non deſint, nec Eccleſiaſtici [illegible] graventur. Debet autem tunc princeps re[illegible] pretium expertorum judicio taxare, ne [illegible] æquo graventur. Juſta cauſa poteſt [illegible] illi curam habeant, de abundanti [illegible] copia populo neceſſaria providere, [illegible] alioquin deficere poſſet. Sine juſta cau[illegible] poteſt id concedere Princeps, abſque [illegible] injuria.

[illegible] *in theol. mor. diſp. 5. q. 1. n. 33.* Tam. [illegible] *lib. 8. tract. 3. cap.* 7. §. 12. Buſem. *lib. 3.* [illegible] *dub. 8. num. 9.* Clericatus *cap.* 91. [illegible] *6. tr. 8. reſ. 1.*

## TERRAGIUM

Eſt redditus, *qui per Dominum terræ ex ejus fructibus, à Maſſario tem*[illegible] *percipitur*. Hic contractus [illegible] practicatur. Regia namque Curia [illegible] de terris, quas adminiſtrat nomi[illegible] aut Baronis [ loquendo de terris [illegible], ſeu in emphyteuſin conceſſis, [illegible] habent dominium indirectum, re[illegible] dominio directo penès Regem; quæ [illegible] vocantur terræ feudales, & de[illegible] ] feudum unum in plures partes [illegible] quatuor, ſex, &c. inter Maſſarios [illegible] cum onere totidem ſolvendi terra[illegible] partes illas terræ ſerant, & colant, [illegible] Regiæ Curiæ, aut Baroni ſolutis [illegible] ſupereſt, ad ipſos Maſſarios pro ſuis la[illegible], & ſuſtentatione ſpectet.

2507 Quantitas terragii ſolvenda attendi [illegible] ex pacto, vel conſuetudine. No[illegible] eſt, ut ſolvatur ſalma una [illegible] pro una ſalma terræ per Maſſarios æſti[illegible], & menſurandæ. Quòd ſi adſit pa[illegible] ſtandum eſt; ita tamen, ut Maſſa-rii non graventur; unde pactum, ut ſic juſtum, eſt faciendum de peritorum judicio, qualitate, ſeu bonitate terræ, & aliis circumſtantiis conſiderandis attentis.

2508 Terragium exigi debet in fructibus, qui ad victum hominis neceſſariò deſervire debent, nimirùm in frumento, vino, & leguminibus. Juxta conſuetudinem autem, aut conventionem exigi poteſt in pecunia, quia eſt æquivalens, & etiam in hordeo, ſi in terra ſeminatum ſit hordeum; quia virtualiter ſpectat ad victum hominis, cum etiam animalia, quæ hordeo veſcuntur, victui hominis inſerviant. Muta *ſuper conſtit. Panorm. cap.* 84.

## QUÆRES I.

2509 *An debeatur domino terragium pro eo anno, quo terra non fuit ſeminata, ſed ſolùm in ea fuerunt facta novalia?*

Reſpondeo deberi. Muta *cit. num.* 16. 17. & 18. quia aliàs id cederet in damnum domini & utilitatem ſeminatoris, qui haberet uſum novalium, & inſuper anno ſequenti terra ei uberiùs fructificaret.

2510 Novalia verò erunt ſeminatoris, aut ejus, per quem facta fuerunt; ita ut cui velit, ea vendere poſſit: dominus tamen habebit in eis prælationem.

2511 Eo autem anno, quo terra non ſeminatur, nec novalia fiunt, nullum terragium debetur, juxta *num. ſequen.* dicenda. Neque debetur in caſu ſterilitatis; quæ tamen eſt regulanda, juxtà dicta *num* 2382.

## QUÆRES. II.

1512 *Baro dedit Maſſario ſex ſalmas terræ, tres ſeminandas, alias ut eo anno quieſcant reliquendas, ſed quod pro his tribus unum ſolum terragium ſolvat, ità quod eo anno quatuor terragia ſolvat. An quartum terragium ſit juſtum, & licitum?*

RESpondeo, reſolutionem pendere ex peritorum prudenti æſtimatione, & judicio; ſi enim ordinariè, & regulariter experitur, quòd terra illa, quæ uno anno inſeminata relinquitur, altero anno (ex quo quieverit) reddat fructus uberiores, ſufficientes ad compenſandos labores, & expenſas Maſſarii, & inſuper ad ſolvendum quartum terragium pro anno quietis; tunc erit juſtum, & licitum; quia quies illa cedit in utilitatem Maſſarii. Si ſecùs, eſt injuſtum, & iniquum.

## QUÆRES III.

2513 *Vaſſallus unius Baronis reperit ſub ditione alterius Baronis terragia minori pretio. An proprius Baro poſſit licitè eum impedire, & obligare ad recipiendas proprias terras ſolito pretio?*

RESpondeo poſſe, neq; hoc eſt inducere ſervitutem vaſſallis; ratio eſt, quia Barones tenentur Regiæ Curiæ ſolvere conſuetas contributiones ſuper valore, & fructibus terrarum feudalium, & demanialium, ſeu ſuper dictis terragiis; ad quas contributiones concurrere tenentur omnes Barones, & Vaſſalli, nedum jure civili, verùm etiam naturæ, cum inſerviant conſervationi Regis, & Regni. Datâ autem eâ libertate Maſſariis unius Baronis vaſſallis, accipiendi alterius Baronis terragia, minori pretio, relictis proprii Baronis terragiis, ſolito, & juſto pretio, id cederet in detrimentum, nedum proprii Baronis, ſed [illegible] Reipublicæ, & Regis; quia Baro non [illegible] ret vaſſallos, qui proprias terras [illegible] inde ſine fructibus manerent, & [illegible] cerent, atque adeò conſuetas [illegible] ſolvere non valeret.

1514 Non poteſt tamen Baro [illegible] ſario terras ſupra ejus vires, putà [illegible] vix eſt habilis ad duas excolendas.

## DE VENDITIONE OFFICIO[RUM] SÆCULARIUM,

2515 OFficia ſæcularia, quæ [illegible] riſdictionem habent [illegible] ſed nudum miniſterium, putà ſcribæ [illegible] nis, & ſimilium, poſſe licitè vendi, [illegible] dubium; quia nullo jure eſt vetitum. [illegible] Selecta, *lib.* 1. *qu.* 19. Adeóq; [illegible] ſtringitur ad officia adminiſtrationi[s] [illegible] juriſdictionem habentia.

De his fusè agit Bardi *cit* ſed [illegible] rem reſtringit P. Tamb. *to.* 1. *lib.* 8. [illegible] §. 3. ut ſequitur.

„ 2516 Non ſolùm Principes [illegible]
„ etiam quilibet Princeps Regi [illegible]
„ Marchio, &c. imò, & Senatores [illegible]
„ tatímque Prætores poſſunt vendere [illegible]
„ cia ſæcularia; Officia, inquam, [illegible]
„ ſolutè ipſorum ſunt, vel ipſis ab [illegible]
„ ta. Ita S. Tho. *opuſc.* 21. *ad Duciſſam* [illegible]
„ *tiæ*; Azor. *to.* 3. *lib.* 8. *c.* 7. *q.* 3. Vaſquez [illegible]
„ *de benef. c.* 2. §. 3. *dub.* 14. Leſſ. [illegible]
„ 4. Fagund. *de contract. l.* 5. *c.* 23. [illegible]
„ *tom.* 2. *de juſt. d* 34 *ſect.* 5. Ratio [illegible]
„ quilibet poteſt vendere id, quod eſt [illegible]
„ æſtimabile, & ſuum eſt. Notam[illegible]
„ laria, dixi, quæ etiam ſunt ea, [illegible]
„ ſcopus, ſi fortè ſit Marchio, ut talis, [illegible]
„ ut Marchio, abſolutè dare poteſt; de E[cclé-]
„ ſiaſticis enim Officiis hìc nihil agimus [illegible]

ſunt enim ad tractationem de Simonia.
Sed qua ratione dignoſcat Rex, vel alii , Officium eſſe abſolutè ſub ſuo dominio ; Reſpondeo, duobus ſignis. Alterum; ſi abſolutè de illis diſponere ſolent, hoc eſt, abſque obligatione reddendi rationem alteri ſuperiori, de eorum collatione. Alterum , quando immemorabiliter anteceſſores ſine alterius dependentia, ſeu licentia ſoliti ſunt ea vendere. Confirmatur; nam quando Rex hæc officia iis donat , quos ſcit per ſe non eſſe obituros, ut fœminis , vel viris nobilibus ſuæ aulæ, probabile eſt, ex Azor. *loc.* cit. Regem tacitè facultatem concedere illa vendendi, ſeu cum penſione in alios transferendi: ergo eodem modo, quando Rex, vel Reſpublica abſolutè concedit Senatoribus, vel Gubernatoribus ea Officia tradendi aliis, tacitè licentiam concedit illa vendendi. Videant tamen apud Dianam *p. 4. tr. 6. reſ.* 3. Proreges, aliique, an idem ipſi conceſſit à Rege vel ſupremo Principe dominium: tunc enim nulla favebit vel conſuetudo, vel aliàs collata licentia.

Duo tamen ſcopuli ſunt omninò cavendi. Prior, ne immoderato pretio vendantur, ſed prudenti conſilio , juxta emolumentum Officii ſecùs , præter injuſtitiam immoderati pretii, daretur etiam anſa Officiali electo exigendi à populis plus juſto. Poſterior, ne indignis conferantur Officia. Si enim non idoneus Officialis à te creatus damnum faciat, ſive particularibus, ſive Communitati, per ſententias injuſtas, per negligentiam, &c. tu obligaberis ad reſtitutionem: & quidem non nego illum , qui immediatè damnum intulit , eſſe priùs obligatum, ſed certè in ejus defectum tu obligationem non effugies. Imò quando ipſe electus bona fide credidit ſe eſſe idoneum, & ſine gravi culpa, utpotè ignoranter , in-
,, juſtas ſententias protulit, vel quid ſimile
,, tu elector omninò reſtituere debebis; ſic de
,, Lugo *to. 2. diſ. 34. ſect. 4. n. 49.* quia ipſe
,, non peccavit culpâ Theologicâ , peccâſti
,, tu, dum ſciens, vel ſcire debens , indignum
,, Officialem elegiſti.

## VENDITIO ELECTIONIS AD OFFICIUM, VEL AD LEGATUM.

,, 2517 ILlam difficultatem pertinentem ad
,, Juſtitiam diſtributivam huc redu-
,, camus: An ſcilicet Senatoribus , vel cui-
,, cumque, qui cum non ſint domini aliquo-
,, rum Officiorum, vel legati , vel pecuniæ ,
,, frumenti, panis, &c. curam tamen habent
,, ea diſtribuendi ad ſuam electionem; an, in-
,, quam, integrum iis ſit, aliquid accipere ab
,, illis, qui eliguntur, eo prætextu, quòd
,, cùm Senator potuiſſet alium eligere, tamen
,, hunc elegit: cum enim hæc electio ſit pre-
,, tio æſtimabilis, poſſe illam competenti pre-
,, tio vendi aliquis exiſtimabit;
,, Reſpondeo , eſſe diligenter diſtinguen-
,, dum, vel enim ſermo eſt de pecunia ſimili-
,, buſq; rebus temporalibus, quæ ſint diſtri-
,, buendæ ex voluntate Teſtatorum , Funda-
,, torum, Prædeceſſorum, &c. vel de officiis ,
,, quæ à Repub. vel Senatoribus debent Civi-
,, bus determinatæ conditionis conferri: & in
,, utroque caſu diſtributor, ut dictum eſt, nul-
,, lum Jus habet, niſi eligendi , non autem ſit
,, dominus, ſive Officii , ſive pecuniæ diſtri-
,, buendæ. De ſingulis ſeparatim : nam quia
,, Sanch. *l. c. conſ. c. 1. dub. 56.* (vide etiam *ibid.*
,, *p. 58. n. præſert. 27. & 18.*) ea nōn diviſit , ani-
,, mos legentium non ſedat ejus doctrina.
,, 7. Aſſero primò : Quando diſtribuenda
,, eſt à te pecunia, vel quid æquivalens, non
,, potes accipere quidpiam propter electio-
,, nem unius potiùs , quàm alterius ; ſi acci-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

,, pias, peccas , & accepta reſtituere teneris.
,, Ità de Lugo *ibid. dub.* 56. Ratio convincens
,, eſt, quia ſic re ipſa non dares totam ſum-
,, mam diſtribuendam. Si enim teſtator, juſſit,
,, ut puellæ V. G. nubili darentur à te centum
,, aurei, tu verò velles decem exigere ab illa,
,, quia eam elegiſti, jam non centum dares, ſed
,, nonaginta. Neque dicas, eam libere dare ;
,, ne id dicas, inquam, nam ſatis involuntariè
,, eam dare præſumendum eſt. Certè ità regu-
,, lariter contingit, ſi pactum præcedat: ut fu-
,, sè alibi. At verò ſi poſt acceptos numeratóſ-
,, que integros aureos, nullo præcedente pa-
,, cto, ſinè ullo metu, aliquid ex grato animo
,, verè, & libere tibi dare illa vellet, non re-
,, pugno; ſed quæſo te, id quando erit?
,, Aſſero ſecundò: Quando diſtribuendum
,, eſt officium , non potes licitè hunc potiùs
,, eligere, quàm illum, quia ab hoc accepiſti
,, pretium : verùm ſi proportionatum pre-
,, tium accipias, ad reſtitutionem non teneris.
,, Ità de Lugo *to. 2. de juſt d.* 34. *ſect.* 3. *nu.* 37.
,, *d.* 9. *n.* 37. inſinuat Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 14. *diſ.* 9. *nu.*
,, 64. Ratio eſt , quia quamvis tu obligeris
,, dare officium alicui, veluti in genere , non
,, tamen obligaris dare huic homini particu-
,, lari: cum ergo hæc electio ſit ſub tuo domi-
,, nio, & ſit pretio æſtimabilis , illam mode-
,, rato pretio vendens, non facis contra Juſti-
,, tiam, & ut ſuppono, neque Reip. damnum
,, infers, quia idoneum eligis.
,, Dices: Hæc ratio eam probat, id non eſſe
,, illicitum. Reſpondeo, ſaltem tunc eſſet
,, mortaliter illicitum, quando adeſſet lex ſub
,, mortali obligans, ne electio fieret, niſi gra-
,, tis, vel quando data eſſet tibi electio ea le-
,, ge, ut gratis, ac ſinè pretio exhiberes. Sed ne-
,, que in hoc caſu obligareris ad reſtitutionem
,, accepti (ſupponimus autem à lege non in-
,, validari donationem, ſed ſolùm prohiberi)
,, quia non peccares contra juſtitiam commu-
,, tativam, ſed vel contra obedientiam, vel ſi-
,, milem aliam virtutem. In eodem tamen ca-
,, ſu, quo peccares mortaliter, adverto, ſi facta
,, à te electione, pecuniáque recepta,
,, eſſet res integra, ut reſiliri ab electione
,, collatione officii poſſet, te obligari ſub
,, tali ad reſcindendam electionem, pe
,, niámque reddendam, & ad gratis de
,, eligendum , ne ſcilicet peccatum mo
,, continuares; nam ſi irreſcindibilis
,, ctio, ad nullam reſtitutionem tenereris
,, tunc ejuſmodi reſtitutio, nec peccatum
,, commiſſum, nec electionem irrevoca
,, ter jam factam impedire poſſet.
,, Urges: Adſunt leges prohibentes,
,, ponit per extenſum Sanch. *l.* 2 *conſ. cap.*
,, *dub.* 56. Cur ergo dictum eſt (quando
,, eſſet lex) Reſpondeo, quia (ut rectè
,, de Lugo *t.* 2. *de juſt. diſt.* 34. *ſect.* 3.
,, hæ leges ſolùm loquuntur de
,, quoad diſtribuendam pecuniam,
,, æquivalens, non verò quoad diſtribu
,, prædicta officia.
,, Anno ſuperiore delegati ſunt à Prin
,, per hoc Regnum nonnulli viri, nobiles
,, cenſerent, ſeu deſcriberent numerum
,, marum, ſeu capitum Regni, eorúmque
,, vitias: conceſſáque iiſdem eſt facultas
,, ſcendi ſibi aliquot miniſtros, quibus
,, retur ſtipendium ſui laboris, nempe
,, reus, vel quid ſimile pro quolibet die.
,, dam ex his nobilibus , quandoquidem
,, concedebatur hunc miniſtrum potius eligere
,, re poſſe, quàm illum, quæſivit à me,
,, pſi liceret exigere pecuniam ab eligendo
,, ità ut dimidium aureum pro ſingulis diebus
,, ipſe ſumeret, dimidium miniſter?
,, Reſpondi, nequaquam licere, ſub pœna
,, reſtitutionis. Rationem duxi ex hactenus
,, allata doctrina: nam ejuſmodi electio ad
,, officium, ſeu miniſterium relatum ad illam

,, deter-

determinatam pecuniam à Protege tantam, non eſt conceſſa abſolutè viro nobili, ſed ſub ea conditione, ut miniſter ... retur integrum aureum: quare hæc electio reducitur ad priorem illam diſtributionem pecuniæ integre dandam electis, *dicto n.* 7. Atque adverte, eodem peccato contra juſtitiam peccaturum eundem nobilem virum, ſi ab initio acciperet aliquod pretium pro ejuſmodi electione: nam tunc ... tota merces illi miniſtro juſtè à pro... attributa nequaquam daretur; partem enim ejus ſibi vir ille nobilis jam anticipatò ... eret.

TESTAMENTUM

2518 E*St noſtræ voluntatis juſta ſententia de eo, quod de bonis ſuis vult fieri poſt mortem ſuam cum inſtitutione hæredis.* ... duplex, *Scriptum*, quod fit ſcripto cum ... atione teſtium; *& Nuncupativum*, ... ſine ſcriptura coram teſtibus. Ad ſcri... requiruntur ex jure ſeptem teſtes, *qui ... maſculi, puberes, ratione pollentes, ... non pauperes, nec infideles.* In ... mento militis, aut ad pias cauſas ſuffi... In teſtamento ruris facto ſufficiunt ... ſi plures haberi non poſſunt. ... ſine ſolemnitatibus juris valet, & ... in foro conſcientiæ.

2519 Teſtamentum poteſt ſemper uſque ... mortem revocari. Si ſit juratum, poteſt va... revocari, ſed illicitè; validè, quia teſtator ... mortem eſt dominus ſuorum bonorum; illicitè ob irreverentiam juramenti, ... proinde eſt adimplendum, quando po... peccato ſervari. Hic faciunt caſus ad... de voto *num.* 1892. & de donationis re... vocatione.

... teſtamentum patris irritatur ſuperveniente filio poſthumo, quem pater non inſti... hæredem. Item non ſolùm irritatur agnatione naturali, videlicet nativitate poſthumi, ſed etiam agnatione civili, videlicet, ſi quis poſt conditum teſtamentum adoptat aliquem in filium, aut filiam. Bonac. *tom.* 2. *de contr. diſ.* 3. *quæſt.* 17. *punct.* 5. ex pluribus juribus.

Teſtamentum autem, in quo fuit prætermiſſus legitimus hæres, non irritatur quoad omnia, ſed ſolùm quoad inſtitutionem; adeóque legata, ſubſtitutiones, & fideicommiſſa ſervari debent ab eo, qui ſuccedit. Bonac. *cit.* ex pluribus. Quia *utile per inutile non vitiatur*. Si autem teſtamentum rumpitur, quia prætermiſſus filius poſthumus ignoranter, controverſia eſt apud Doctores.

2520 *Teſtari poſſunt omnes puberes, uſum rationis, & liberam bonorum adminiſtrationem habentes, niſi a lege prohibeantur. Religioſi, & ſervi teſtari non poſſunt: quia quidquid Monachus acquirit, Monaſterio acquirit, & ſervus domino; nec damnati ad mortem, ex jure, nec uxor, niſi ad pias cauſas, nec filiusfamilias de bonis adventitiis ſine patris conſenſu, niſi ſit clericus, etiam prima tonſuræ. Poteſt teſtari ad pias cauſas de peculio caſtrenſi, aut quaſi. Nec cæcus ſine teſtibus; nec pupillus, niſi ſit doli capax, & juramento firmaverit; nec in bello juſto captus; nec obſes apud infideles: vide n.* 2601.

2521 Inſtitui poſſunt hæredes tam perſonæ privatæ, quàm communitates, ſi ſint hæreditatis capaces.

2522 *Teſtator non prohibetur, omiſſis conſanguineis collateralibus, conſtituere hæredem quemvis extraneum. Et quamvis ſpurius jure civili à teſtamento excludatur, poteſt jure canonico pater illi alimenta relinquere, & filiam indigentem dotare: v. n.* 2527.

2523 *Hæc conditio teſtamento appoſita ſi filia non nupſerit, in ea quæ nunquam nupſit. Item, ſi non intrabit Religionem, habetur pro non appoſita.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2524 *In dubio teſtamenti judicandum eſt teſtamentorum id voluiſſe, quod ſi adeſſet, dicturus crederetur. Arsdekin.*

2525 Recta ratio, & æquitas dictat, ut pater, & mater id, quod ſupereſt extra legitimam, detractis rationabilibus legatis, & remunerationibus, æqualiter inter filios dividat, aut proportionaliter, videlicet plus uni, ſi juſta ratio expoſcit, in quantum v. gr. unus eſt magis habilis ad lucrandum, aut eſt applicatus muneri, putà ſtudiis, & inde plus egeat.

2526 Cæterùm non peccant mortaliter, ſi ex ſpecialiori amore, de eo, quod ſupereſt, plus uni filio, quàm alteri relinquant, niſi faciant ex odio. Diana *part. 1. tr. 8. reſ.* 83. ubi addit, quòd ſi in morte odium depoſuerit, & illius pœniteat, ſit abſolvendus, licèt teſtamentum revocare non velit; quia ſolùm contra charitatem peccavit, minimè contra juſtitiam commutativam; quia parentes tenentur filiis ex juſtitia ad ſolam legitimam, ità ut totum id, quod ſupereſt extra legitimam, poſſint de rigore juſtitiæ relinquere extraneo. Hic autem eſt ſermo de bonis liberis, minimè de vinculatis, de quibus *num.* 2052.

2527 Qui non habet filios, nec nepotes de linea recta, qui ſuccedant in ſtipite, ſed conſanguineos collaterales, videlicet fratres, ſorores, conſobrinos, nepotes ex illis, &c. poteſt de rigore juſtitiæ omnia ſua relinquere extraneo, eúmque inſtituere hæredem; nec peccat mortaliter, ſecluſo ſcandalo, gravi aut extrema eorum neceſſitate: Et in caſu neceſſitatis poteſt eorum ſublevare neceſſitatem, & cætera extraneo relinquere. Diana *cit. reſ.* 85. *& p.* 5, *tr.* 3, *reſ.* 114. Bonac. *de contr. diſ.* 3. *qu. ult. punct.* 4. *num.* 13. Sa, Silveſter, & alii plures apud Dianam, contra Homobonum: quia nullum jus ad illum obligat, nec naturale, nec divinum, nec [illegible] *v. n.* 2056.

2528 Non obſtat lex Cæſarea [illegible] conſanguineo ab inteſtato morienti [illegible] re proximiorem in ſanguine; nam [illegible] pit, non quia ita exigat jus naturale, [illegible] data in præſumptione rationabili, [illegible] lex præſumit voluntatem defuncti [illegible] ſe; Beja *p.* 1. *caſu* 57. ſoli námq; filii [illegible] redes neceſſarii, qui jure naturali [illegible] quantum ad legitimam parentibus [illegible] bus; quoad omnia autem bona ab [illegible] decedentibus.

2529 Hæc dicta procedunt de rigore [illegible] ſtitiæ. Ratione tamen æquitatis, & cha[illegible] æquum eſt, ut conſanguineis colla[illegible] aliquam portionem diſtribuat, ut [illegible] jurgia, lites, invidiæ, maledictiones, & [illegible] lia mala, quæ inde ſolent oriri.

2530 Imò Joan. Valerus *in diff. [illegible] riusq; fori*, addit, ceſſare etiam æqui[illegible] nem, ſua bona relinquendo Hoſpitali [illegible] naſterio pauperi, ſi conſanguinei [illegible] res, at non extremè indigentes, & Hoſp[illegible] aut Monaſterium ſit magis pauper. [illegible] Monaſterium ſit dives.

2531 Denique pater, ſi ſine juſta [illegible] dum vivit, bona vendat, aut alio modo [illegible] cum præjudicio legitimæ filiorum, [illegible] cat contra juſtitiam, ſed charitatem; [illegible] *cit. reſ.* 84. quia filii non habent jus [illegible] tatem patris, patre vivente: *v. n.* 2363. [illegible]

2532 Executor teſtamenti eſt ille, [illegible] ſtatore fortè dubitante de fidelitate [illegible] committitur facultas exequendi ab ipſo [illegible] poſita. Excedere debet annum 17. [illegible] teſt eſſe unus, vel plures, mas, vel fœmina, etiam Religioſus de ſui Prælati licentia, prohibitum Franciſcanis de Obſervantia, [illegible] Capuccinis ex jure; eorum autem acta [illegible] valida, ſed illicita.

2533 Poteſt autem teſtator eis committere electionem executorum, & facultatem ſubſtituendi executores, ità ut ab ipſis executoribus conſilium petere teneantur. Rodriq. *to. 3. q. 70. art. 2.*

2534 Executores pecuniam ad diſtribuendum pauperibus acceptam, applicare poſſunt ſibi, ſuis conſanguineis, aut amicis, ſi egeſtate laborent; vel ſuo Monaſterio pauperi, ſi eſt Religioſus; quia per onus aſſumptum non redditur deterioris conditionis.

2535 Non debetur illis ſalarium, quia eſt officium voluntarium pietatis, & amicitiæ, niſi impedirentur à propriis negotiis, & aliquod lucrum ceſſaret, aut damnũ emergeret, vel niſi non ſint ſimplices executores, ſed etiam adminiſtratores bonorum, tunc enim in utroq; caſu debetur illis ſalarium aſſignandum à judice, niſi aliquid ſingulis annis ſit illis à teſtatore relictum.

2536 Hæres tenetur ſolvere vota realia defuncti non ex vi voti, ſed juſtitiæ, ſimiliter & vota mixta, ex ea parte, qua ſunt realia, & ſeparabilia à parte, qua ſunt perſonalia, hoc ordine: ut concurrentibus aliis defuncti debitis, ſolvere debeat, 1. Æs alienum debitum, 2. Expenſas funeris, 3. Integram legitimam ſive aſcendentibus, ſive deſcendentibus debitam, 4. Vota, & tandem legata, quia prior fuit obligatio voti, quæ voventem adſtringebat, quàm legatum, quod tantum hæredes obligat.

2537 Hinc hæres adeundo hæreditatem, non ſolum commoda, ſed etiam onera realia defuncti in ſe transfert, cum duplici tamen beneficio, 1. Ut non obligetur ſupra vires hæreditatis, 2. Si ſit hæres voluntarius, ſeu non neceſſarius, *cui legitima portio non debetur*, ut deductis expenſis funeris, & ſolutis debitis, quartam partem hæreditatis, ſive ſit unus, ſive plures, obtineat, quæ dicitur: *Quarta falcidia*. Quòd ſi eam non obtineat, ex legatis, non tamen piis, detrahere poteſt jure legis Falcidiæ.

2538 Hæres verò neceſſarius, *cui debetur hæreditas ab inteſtato*, poteſt ſuam partem legitimam ex bonis teſtatoris abſolutè detrahere, eſtò non ſufficiant ad ſolvenda legata; quia hæres neceſſarius ſua legitima privari non poteſt: *v. n.* 2051.

2539 *Hæres fidei commiſſarius, ut poſt certum tempus reſtituat hæreditatem alteri per leges non impedito, poteſt, quando ipſe, aut ejus hæres hæreditatem reſtituet, ſibi retinere quartam partem, quæ dicitur Trebellianica; & computentur in iſtam quartam partem fructus percepti: niſi iſte hæres fideicommiſſarius ſit hæres ex deſcendentibus legitimis; quia tunc præſumitur teſtatorem, ultra dictam quartam, voluiſſe illos fructus illi applicare.* Ita Joan. de la Cruz. *v. n.* 2603.

2540 Si bona defuncti non ſufficiant ad omnia vota, aut legata pia ſolvenda, ſunt diminuenda, ſed ſolvenda omnibus pro rata, quia tunc par eſt omnium ratio, & jus ad ſolutionem. Vidal. *de legatis inquiſit. 1. n. 24.*

2541 Concurrentibus legatis non piis, & piis, etiam pro celebratione Miſſarum, omnia eſſe pro rata diminuenda, & ſolvenda, ſi hæreditas ad omnia non ſufficiat, tenent Donatus *tom. 4. tr. 7. qu.* 105. Verricelli *tr. 8. miſc. quæſt. 64.* at rectiùs de legatis piis, præſertim pro Miſſis, negat Diana *p. 7. tract. 10. reſ. 14.* quia ritè præſumitur, teſtatorem velle ſalutem propriæ animæ omnibus aliis præferre.

## LEGATUM

2542 **E**ſt *donatio à teſtatore relicta, & ab hærede præſtanda.* Differt à ſimplici donatione, quia legatum eſt donatio facta cauſa mortis. Aliud dicitur profanum, quia ad

ad profanos uſus. Aliud pium, quia ordinatu n ad pios uſus, & animæ ſuffragium, v. gr. ad maritandas puellas, ad eleemoſynam, Miſſas, &c.

2543 Culpa hæredis in non reſtituendo debita defuncti exiſtentis in Purgatorio, non nocet animæ defuncti, quæ non debet pati ex culpa alterius. At negligentia hæredis in ſatisfaciendis le. atis piis graviter nocet, in quantum pr.vat animam ſuffragiis & ſatisfactionibus, quibus pœnæ purgatorii abbreviarentur.

2544 Hæres legatum pro anima relictum tenetur ſub mortali ſolvere, non ſolum per decem annos, ſed per totum tempus à teſtatore præſcriptum; quia tempus, quo animæ in Purgatorio detinentur, eſt nobis omninò occultum, & ſoli Divinæ Juſtitiæ, ſimul & Clementiæ reſervatum; adeóque non poteſt à nobis ſine temeritate præſcribi. Hinc ex una parte rejicienda eſt opinio Soti, quòd animæ non detineantur in Purgatorio, pluſquam per decem annos. Ex alia dictum illud: *Quòd pro uno peccato veniali ſit in Purgatorio luenda pœna unius anni, & pro uno mortali ſeptem annorum*, eſt vulgi, & mulierum; quia nulla auctoritate Scripturæ, Conc. Traditionum, aut Patrum munitum, ut obſervat Bellarm. *v. in prop.* 43. ab Alex. VII. *damn.*

2545 Legatarius, ſi poſt judicis monitionem fuerit per annum negligens in adimplendo aliquod onus ei à teſtatore relictum, privatur legato, & illud applicatur pro anima defuncti. Mendo *ver. legatum n.* 6. Item legato privatur poſt judicis ſententiam, ſi leganti jam mortuo fuerit injurius, eum graviter infamando, aut cum illius vidua uxore rem habens: *v. n.* 2571.

2546 Si legatarius ſciens, & potens, legatum per triginta annos non petat, hæres legantis contra rem legatam præſcribit in pœnam negligentiæ illius. Legatario autem ... tuo, non comparente, quia neſcivit, ... valuit, legatum eſt ſolvendum ejus ... Mendo *cit. n.* 6. 7.

2547 Notarii autem tenentur ſub ... tali intra tres menſes legata, ... gatariis manifeſtare, etiam nullo requi... & eis ignorantibus. Vidal. *de legat...* 1. *n.* 64.

2548 Si legato ſit appoſita conditio ... poſſibilis, aut contra bonos mores, ... tum, abſque eo, quòd conditio impl... quia talis conditio ex jure habetur pro ... appoſita. Mendo *cit.*

2549 Legatum annuum relictum ... donec caſtè vixerit, amittitur per forni... nem publicam, minimè per occultam, ... per oſculum. Mendo *cit. n.* 14.

„ 2550 In legato de alimentis ali... „ niunt cibus, potus, veſtes, ... „ habitatio, & ea, ſine quibus vita ... „ poteſt, minimè reliqua. Item ſi lega... „ centum modii tritici, qui ex tali ... „ anno colligentur, ſi pauciores collige... „ hi ſolùm debentur: ità Mendo *cit.* ... 18. 22.

„ 2551 Quando in teſtamento lega... „ centum Petro, & alia centum pauper... „ licèt Petrus ſit tunc pauper non ... „ hæc centum ei dari: quia clauſula gen... „ lis non refertur ad ſpecificata. Li... „ relicta ſunt centum Petro velut amico, ... „ affini, qui tempore teſtamenti erat ... „ & tempore mortis teſtatoris ... „ pauper; tunc aliquid p... „ ſecundis centum, nam non fuit ſpeci... „ ut pauper. Prætereà ſi teſtator viven... „ navit v. gr. Hoſpitali proprietatem bo... „ rum, reſervans ſibi uſumfructum, ... „ hoc leget quantitatem piis operibus, ... „ terit ex his aliquid applicari eidem ...

...ſiali; quia hæc non ſunt prolata in ...lem diſpoſitione, in qua locum habet ...illum axioma; *Clauſula Generalis non refertur ad ſpecificata.* Mendo *num.* 8. *v.* ...*num.* 2517.

REGULÆ IN LEGATIS SERVANDÆ

2553 SUnt plures, 1. Quòd legata ſint juxta conſuetudinē loci intelligen-... *L. Mœnus, ff. de leg.* 3. 2. In legato ad ...cauſas facilis eſt extenſio, & larga in-...terpretatio. Bart. *in L. Titio*, §. *Seja. ff. de* ...*& argento legato.* Abbas *in cap judican-* ...*ſam.* 3. In dubio eſt favendum piæ ...*L. ſunt perſonæ ff. de Relig. & ſumpt.* 4. in ...dubiis inſpiciendum eſt, quod eſt veriſimi-... Regulis *juris in* 6. 5. Pro expreſſo ...debet, quod teſtator diſpoſuiſſet ...interrogatus fuiſſet, *L. Titius*, §. *Lucius*, ...*liberis.* Vidal. *de legatis inquiſ.* 2. *vide* ...*num.* 2524.

...legato principali cenſetur legatum ...; hinc legata domo, veſte, ...cenſetur legatum viridarium annexum, ...ornamentum veſtis. Quòd ſi acceſſo-...non extat, adhuc debetur principa-..., quia ornamenta non ponuntur taxati-... accesſoriè; ſecùs, ſi ponantur ta-... Acceſſoriè; ponuntur, ſi dicatur: ...*Petro lectum cum ſuis ornamentis*, ...non exprimendo ornamenta. Taxati-..., ſi dicatur: *Relinquo Petro lectum, qui ...ornamenta habet.* Tunc non deberi le-..., ſi ornamenta non extent, tenet ...à Spir. Sanct. *de teſtam. tr.* 10. *diſ.* 16. *ſect.* ... *num.* 146.

EX HIS RESOLVES.

2553 LEgatum relictum pro maritandis virginibus, poteſt ab executore ap-...pro maritandis virginibus in conſer-...vatione ad id detentis Vidal. *cit. num.* 4.

2554 Legatum relictum pauperibus in genere, debet præcipuè diſtribui conſanguineis teſtatoris, ſi conſtituantur ſub talibus circumſtantiis, ut non poſſint ſecundùm ſuum ſtatum, & conditionem commode, & honeſtè vivere. Vidal *cit. num.* 26. Quia hi dicuntur pauperes. Baldus *in l. ſi quis ad declinandum colum.* 2. *C. de Epiſt. & Cler.* Cui accedit voluntas teſtatoris rationabiliter præſumpta, ex Regula 5. *de num.* 2552.

2555 Imò ipſe executor, cui eſt injunctum onus eleemoſynam pauperibus diſpenſandi, ſi eſt pauper, poteſt partem æquam, & rationabilem ſibi applicare. D. Th. 2. 2. *q.* 32. *art.* 9. *ad* 3. Vidal. *n.* 27. Quia licèt ut executor ſit miniſter ad diſpenſandum, ut pauper habet jus ad eleemoſynam cum reliquis pauperibus

2556 Legatum relictum pauperibus in genere, aut Monaſterio, diſtribui debet pauperibus & Monaſterio loci, ubi teſtator domicilium habebat, niſi aliud expreſſerit, aut de ejus mente colligatur. Vidal. *cit. nu.* 34. Quia major affectus teſtatoris præſumitur ad pauperes ſui loci. Cui accedit praxis.

Si in loco ſint plura Monaſteria, conferēdum eſt pauperiori. Niſi teſtator committat hæredi poteſtatem eligendi pauperes, aut Monaſterium; tunc namque non tenetur eligere pauperiores, nec Monaſterium, aut pauperes loci. Ant. à Spir. Sanct. *de teſtamentis tr.* 10. *diſ.* 16 *ſect.* 13. *num.* 341.

2557 Legatum pro virginibus maritandis poteſt dari virgini illi, quæ habet dotem, ſed non ſufficientem, ut commodè maritari poſſit, dummodò reliquas conditiones habeat in teſtamento expreſſas. Vidal. *cit. num.* 29.

2558 Legatum pro maritandis Orphanis dari poteſt puellæ habēti parentes pauperes, & inutiles, quæ eam dotare non valent. Vidal. *cit. nu.* 30. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 140. quia Orphana dicitur puella habens patrem inutilem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tilem: deſumitur *ex cap. inter cætera de tranſlat. Epiſc.* ubi Gloſſa *verſ. inutilem*, inquit *inutilem mortuum reputari*: Unde Eccleſia viduata dicitur, quæ inutilem habet Epiſcopum. Tum quia idem militat teſtatoris motivum, qui reliquit legatum Orphanis, in quantum nullum auxilium à ſuis parentibus habere poſſunt. His accedit praxis. Itē poteſt conferri expoſitis. Mendo *n.* 20. quia cum parentes ignorent, æquè ſunt, ac ſi non haberent

2559 Eadem ratione legatum pro viduis pauperibus dari poteſt mulieri habenti virum inutilem. vidal. & Diana *cit*.

2560 Legatum pro puellis pauperibus poſſe dari viduis pauperibus, tenet. Vidal. *cit. n.* 32. dicens, ita fuiſſe deciſum per S.C. Neapolitanum. & citat Dianam *p.3.tr.6.reſ.*29.

2561 Legatum pro dotanda paupere poſſe dari pauperi nuptæ absque dote, tenet Mendo *ver. legatum nu.* 20. quia idem motivum legantis reperitur.

2562 Legatum pro maritanda virgine conferri poteſt puellæ clam corruptæ. Vidal. *cit. num.* 23 *& com.* quia nomine virginis venit puplicè, & in foro externo reputata Virgo.

2563 Legatum relictum generaliter pro maritandis virginibus, debetur eiſdem, ſi moniales fiant. Clericatus *c.* 102. *n.* 4. Barb. *de off. & poteſt. Epiſc. allegat.* 83. *n.* 27. contra fragoſum *p.* 3. *l.* 5. *d.* 8. §. 11. *n.* 333. & Lugo *d.* 24. *n.* 294. apud Ant. à Spr. Sanct. *cit. n.* 753. Ex voluntate teſtatoris moraliter certò præſumpta, quæ fuit, ſuam velle ſuffragari animam, quæ per electionem Religionis à legataria factam per melius juvatur. Cui accedit praxis. Hinc Diana *p.* 5. *tr.* 14. *reſ.* 35. noſtram ſententiam tenendam docet tanquam probabiliorem, tam ex Theologis, quàm ex juriſconſultis, ratione, & praxi.

2564 Qua ratione legatum relictum uxori quamdiu ſtatum vidualem ſervaverit, eidem in conſcientia debetur, ſi Religionem ing[...] diatur; eò maximè, quia verè ſtatum vidua[...] ſervare dicitur. Tidal. *cit. n.* 35.

2565 Viri tertii Ordinis S. Franciſc[...] gialiter viventes, & mulieres ejuſdem [...] dinis etiam non collegialiter, ſed in p[...] domibus viventes, quæ tamen vitam [...] bem, aut caſtam vidualem ducunt, e[...] voto caſtitatis de ordinarii licentia e[...] conſequi poſſunt legatum pro Monach[...] lictum. Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 84. c[...] Franc. del Caſtillo. & Riccium apud [...] qui de mulieribus recenſitis oppo[...] nent. Ratio eſt; quia dictæ mulieres [...] lentem ſtatum Monachalem ſervant, [...] tione gaudent immunitate perſonali [...] legio fori, juxta *dicta nu.* 748. adeóque [...] ſunt conſequi legatum pro Monach[...] ctum. Ita fuiſſe deciſum per Rectore[...] baræ, & Montis Pietatis Panorm[...] Diana *citat*. Imò ipſe *del caſtillo* [...] iam fuiſſe deciſum per Rectores O[...] rum, & in Curia Panormitana. Non [...] Bartholus *in l. commodiſſimè*, *ff. de* [...] *hum.* quia loquitur de ingreſſu Mona[...] minimè de ſimplici Monachatu.

Non poſſunt autem dictum legat[...] ſequi mulieres tertiariæ, quæ nec coll[...] ter vivunt, nec expreſſo voto, uti ſ[...] ſtitatem ſervant. Quia ceſſat ratio, & [...] ſtatoris, qui eſt Religio.

2566 Legatum relictum determin[...] minæ maritandæ, poteſt illi conferri, [...] pore teſtamenti, aut poſt conditum [...] mentum, ante mortem teſtatoris, & d[...] huc teſtator viveret, fuit data in matri[...] um; quia tunc legatum videtur fact[...] peculiarem affectum ad perſonam, q[...] ceſſat, poſtquam eſt nuptui tradita. Non [...] teſt autem illi conferri, ſi legatum ſit re[...] pro maritandis mulieribus incertis, & [...]

term[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...minatis. Bonac. *tom. 2. de contractibus diſ. 3. q. 17. punct.* 8. §. 4. *n. 7.* quia teſtator non ...eatur ex affectu ad perſonam, ſed ad mi... pauperum ſublevandam, ut ſtatum ...iumant; qui finis ceſſat, matrimo... ante teſtatoris mortem inito.

2567 Legatum relictum determinato pau... aut determinatæ puellæ, ſi ſit factum ... teſtatoris, aut pietatis cauſa, dan... eſt alteri pauperi, ſi ille ante collatio... mortuus; quia durat cauſa legati, nem... pietas, & ſuffragium minimè, ſi ſit reli... bonum talis determinatæ perſonæ; ... cauſa eſt affectus, qui ceſſat. In dubio, ...ptio ſtat pro cauſa pietatis, niſi pau... determinatus fuerit conſanguineus; quia ...itur, quòd prævaleat affectus ſanguinis. ... Spir. Sanct. *cit. n. 750. v. 2585.*

2568 Si pauper moriatur, executore in ...exiſtente, tenetur executor ſolvere hæ... quia pauper legatarius habet jus ad... à morte teſtatoris, & hæres ſuccedit ... pauperis. Ant. à Spir. Sanct. *cit.*

2569 Ex his ſequitur, quòd ſi quis relin... legatum D. Antonio Determinati loci, ... non exiſtat, legatum debetur Eccleſiæ ... teſtatoris. Quòd ſi duas Parochias ... debetur illi, à qua Sacramenta accepit ... plures ſint Eccleſiæ talis nominis, confe... eſt pauperiori, niſi habeat poteſta... eligendi: *ut in n. 2556.*

LEGATUM CESSAT

2570 PRimò. Si legatarius præmoriatur leganti. At ſi moriatur poſt teſta... mortem, debetur hæredibus legata... etiam hæreditate non adita: *ut in n. 2568.*

2571 Secundò. Per notabilem ingratitudi... legatarii poſt legatum, niſi poſteà ex... vel tacitè ſe reconciliaverit. Et quam... teſtator conſcius ingratitudinis habuiſſet tempus revocandi, imò & feciſſet codicillum, & non revocaverit, adhuc cenſetur revocatum. Ant. à Spir. Sanct. *cit. ſect. 15.* ex Sanch. *v. n. 2545. & 2868.*

2572 Tertiò. Si legaverit rem alienam, putans eſſe ſuam.

2573 Quartò. Ceſſat extincta re legata per ipſum legantem. Unde ſi quis, poſtquam legavit triticum, quod in horreo habebat, illud conſumpſit, ad nil tenetur hæres. Ant. à Spir. Sanct. *cit. ſect. 13. n. 743.*

2574 Quinto, legatum conditionale ceſſat, ſi purificetur conditio, antequam firmetur legatum morte teſtatoris: *v. num.* 2566.

JUDEX COMPETENS

2575 IN legatis piis eſt Epiſcopus loci, etiam reſpectu laicorum, & contra laicos, ex juribus ſequentibus, Inſuper ipſe eſt legitimus ultimarum voluntatum, & piorum legatorum executor, tam ex jure. Civili, quam Canonico, *ex cap. Nos quidem. cap. ſi hæredes, & cap. tua nobis de teſtam.* & ex trident. *ſeſſ. 22 de refer. c.* 8. Si alius executor non ſit à teſtatore diſpoſitus, vel ſi ſit malè diſpoſitus, aut deficiat. Bonac. *tom. 2. de contractibus diſ. 3. q. 17. punct* 8. §. 10.

2576 Hinc non poteſt teſtator prohibere, ne Epiſcopus curet ſua legata impleri; quia licèt liberum ſit ei legatum condere, non eſt liberum Epiſcopum poteſtate à jure conceſſa privare.

Eadem ratione, ſi teſtator legatum condat ſub conditione, quòd ſi Epiſcopus ei ſe ingeſſerit, ſit nullum; Epiſcopo ſe ingerente in executione, legatum non cadit, nec tranſit ad hæredes legantis; quia talis conditio, cum ſit contra jura habetur pro non appoſita. Bonac. *cit.* contra: Molfeſium: *v. n.* 2548.

2577 Poteſt Epiſcopus hæredes negligentes ad ſolvenda legata pia cogere per cenſuras

præfixo termino beneviſo, putà unius anni, aut ſex menſium.

2078 Eamdem poteſtatem habet circa legata non pia, ſi non ſit præventus à judice laico; quia compulſio hæredum, aut executorum circa legata prophana, eſt mixti fori. Abbas *in cap. ſi hæredes num.* 7. *Clericatus cap.* 102.

## DE COMMUTATIONE LEGATORUM.

2579 Legata ad unum uſum relicta non poſſunt in alium uſū converti abſque juſta, ac rationabili cauſa, ac legitimi Superioris conſenſu, Bonac. *tom. 2. de contr. diſ.* 3. *quæſt.* 17. §. 9. Quia teſtatoris voluntas eſt ſervanda tanquam lex, *cap. ultima voluntas* 13. *qu.* 2.

2580 Summus pontifex poteſt validè (quidquid ſit, an licitè) ſine cauſa commutare, etiam in opus minùs pium.

2581 In legatis prophanis ſuperior legitimus eſt princeps ſupremus; hic poteſt ad alium uſum prophanum convertere ex juſta cauſa.

2582 In legatis piis eſt ſummus Pontifex, uti ſupra: Et Epiſcopus loci ex juſta cauſa, aut neceſſitate, ſine gravamine hæredis, & injuria loci pii.

2583 Hinc Epiſcopus poteſt commutationem de uno in alium uſum concedere. Primò. Quando voluntas teſtatoris non poteſt de jure, aut de facto impleri in propria ſpecie. Quia voluntas teſtatoris nec præſumitur, nec eſt contra jura; nec eſt illicitè executioni danda.

2584 Secundò. Quando voluntas teſtatoris poteſt de jure, & de facto impleri, poteſt Epiſcopus ex juſta cauſa, aut ex neceſſitate commutare.

2585 Juſta cauſa erit, 1. Si legatum factum ad unum uſum, non poſſit commodè
pleri, 2. Si pecunia ad illum uſum lega
ſufficiat, 3. Si Teſtator non ſatis exp
quomodo ſit expendendum legatum
poteſt Epiſcopus declarare, 4. Si leg
ſine commutatione, aut diſpenſatione
ret caducum. Et ſic, ſi quis pro anima
legâſſet centum Roſæ, ut monialis
hæc autem nubat, aut moriatur; tunc
terit alteri puellæ, quæ monialis fit,
cari. Dixi *pro anima ſua*; quia ſi leg
eſſet Roſæ relictum intuitu, & affectu
ſonæ, tunc ea mortua evaderet cadu
& cederet hæredi legantis, *ex* ...
Nam legatum non extenditur de perſona
perſonam, quoties eſt electa induſtria p
næ. Bonac. *cit.*

2586 Juſta cauſa erit potior, ſi
neceſſitas. Neceſſitas erit, 1. Si leg
factum ad uſum parùm utilem, ...
gendam Eccleſiam, quæ minatur
tunc poterit applicari reparationi ejuſdem
nam utiliùs gerit rem Eccleſiæ, &
2. Si ſit neceſſaria expenſio in aliud,
eſt neceſſarium ad executionem legati
ſi legatum ſit pro calebratione Miſſarum
Eccleſia indiget ſacris veſtibus, aut
reparatione; tunc poteſt legatum ad
converti in ſacrarum veſtium emptionem
reparatione. Eadem ratione legatum
relictum pro fabrica templi, poteſt ad
expendi pro ornamentis, & aliis divini
tui neceſſariis.

3. Si commutatio non ſit perpetua,
tempus, poteſt faciliùs juſta concurrente
ſa fieri. *Et ſic* (ait clericatus, *c.* 102. *n.* 13
nentiſſimus D. meus Cardinalis Barb
Epiſcopus Paduanus, *me proponente, ...*
*coram Eminentia Sua, diſpenſando conc...*
*legatum annuũ relictũ pro ornamentis ...*
*Deiparæ in Eccleſia Parochiali Baptiſtæ ...*

*[illegible] annos expendi pro ornamentis Altaris [illegible]ſacramenti, attento, quòd Altare Deipa[illegible] ditiſſimè ornatum; Altare verò SS. Sa[illegible] erat ornamentis omnino deſtitutum, [illegible] erat facilior via providendi illius nu[illegible].*

2587 Legatum tamen pro virginibus ma[illegible] non patitur commutationem cum [illegible] opere pio. Ant. à Spir. Sanct. *de teſtam. [illegible] disp. 16. ſect.* 13. *num.* 753.

[illegible] docent Doctores communiter, maxi[illegible] *cit.* & Vericelli *tr.* 1. *q.* 17.

2588 Imò Verricelli *cit. nu.* 5. addit, quòd [illegible] hæres, aut executor irrequiſito [illegible], legatum in alium uſum converte[illegible] aliquo modo mutare, ſi cauſa à teſta[illegible] adſit, aut de novo occurrat, qua [illegible] prudenti eſt moraliter certus, quòd [illegible] eam cognoviſſet, ſic legâſſet, & [illegible]; quia hæc non eſt propriè com[illegible] dispenſatio, ad quam requiritur [illegible] authoritas, ſed interpretatio per [illegible], quæ eſt omnium moderatrix le[illegible] quilibet privatus juxta pru[illegible] regulas facere poteſt.

[illegible] ſicut hæres poteſt declarare volun[illegible] defuncti, quando eſt de ea veriſimiliter [illegible]; ità à fortiori poterit eam decla[illegible] quando naturalis rationis ductu, eſt mo[illegible] certus de eo, quod in tali caſu interro[illegible] reſponderet, ſi viveret. Ità Verricelli, [illegible] exemplificat, ut ſequitur.

2589 Explico tali exemplo: teſtator lega[illegible] mille, ut conſtruatur Eccleſiæ ſacrarium, [illegible] ab alio conſtructum eſt, ſed inte[illegible] Eccleſiæ tectum; quis dubitat [illegible] hæredem ſinè ulla authoritate Epi[illegible], et ſolo conſenſu Rectoris Eccleſiæ, [illegible] tectum? Sic teſtator legavit mil[illegible] quinque virgines ſuæ Civitatis nu[illegible], capta Civitate, & in ſervi-
„ tutem redactis virginibus ab infidelibus,
„ quis dubitat poſſe hæredem ea mille ad i-
„ pſas redimendas convertere? Neque video,
„ ad hæc neceſſariam eſſe Epiſcopi authori-
„ tatem; ſed tantùm conſenſum Rectoris
„ Eccleſiæ, quando certæ Eccleſiæ factum eſt
„ legatum.

„ 2590 Item *in q.* 18. ſubdit. Infertur ſe-
„ cundò ad caſum, de quo nuper interroga-
„ tus fui: teſtator legavit annua centum in
„ eleemoſynam panis pauperibus certi oppi-
„ di à quodam Eccleſiæ Rectore diſtribuenda,
„ redditus iſti diu inexacti, jam ſimul ſolu-
„ ti, aſcendunt ad mille aureos. Quæritur
„ an Rector poſſit hæc mille convertere in
„ capitale, ut perpetuò major ſit panis elee-
„ moſyna? Reſpondeo affirmativè, nam te-
„ ſtator ſupponebat tertias annuatim ſolvi;
„ aliter enim diſpoſuiſſet, ſi cogitaſſet eas
„ ſimul aliquando ſolvendas, aſcendere ad
„ ſummam ducatorum mille; etenim conje-
„ ctura, & interpretatio voluntatis defuncti
„ deducenda eſt ex his, quæ teſtator præſup-
„ ponit, ut ait Caſtillus Soto major *quotid.*
„ *controv. lib.* 5. *cap.* 83. *nu.* 4. & ex his quæ
„ prudentes homines in ſimili caſu feciſſent
„ *l. quoniam, C. de naturalibus liberis.* Præterea
„ quando teſtator legat notabilem pecuniæ
„ quantitatem ad alimenta pauperum, tunc
„ niſi ſe aliter expreſsè teſtator declaret, non
„ eſt ea pecunia ſimul diſtribuenda, ſed ad
„ honeſtum lucrum deputanda, ut ex red-
„ ditibus annua alimenta inde proveniant;
„ eleemoſyna enim perpetua utilior eſt ani-
„ mæ defuncti, ac communitati pauperum,
„ ut in terminis docent Caſtren. *in l. Divi*,
„ *ff. ad l. falcid.* ubi Bartol. Angel. & Imola,
„ Alexander *conſil.* 100. *in fine lib.* 1. Lupus *in*
„ *cap. per veſtras in* 3. *notab. verſ.* 7. *infertur*
„ *nu.* 1. *de donation. inter virum, & uxorem*
„ Rota Romana *deciſ.* 742. *num.* 2. *part.* 1. *in*
„ *noviſſ.*

„ *noviſſ.* Surdus *de aliment tit.* 4. *quæſt.* 9. „ *num.* 13. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 157. „ *num.* 33.

„ Neque refert, fortè ex hoc præjudicari „ particularibus aliquibus pauperibus; nam „ teſtator communitati pauperum ejus oppi- „ di, imò magis animæ ſuæ proſpexit; com- „ munitati autem pauperum, & animæ teſta- „ toris utilior eſt eleemoſyna perpetua, ut in „ ſimili loquentes de anticipatione cum præ- „ judicio futurorum pauperum, docent Vaſq. „ *opuſc. de teſtamentis cap.* 9. §. 3. *dub.* 1. *nu.* 76. „ Rodriq. *in ſumma to.* 2. *cap.* 156. *nu.* 5. Dia- „ na *par.* 8. *tract.* 5. *reſol.* 51.

2591 His de rationibus Ant. à Spir. Sanct. *de Teſtamentis tr.* 10. *diſp.* 16. *ſect.* 13. *n.* 752. ait, legatum diſtribuendum quotannis alicui Hoſpitali, aut Monaſterio, poſſe totum ſimul ei dari juſta concurrente cauſa.

2592 Et legatum relictum pro carceratorum liberatione quolibet anno, poſſe expendi, ne quis in carcerem detrudatur; quia certum eſt, quòd eſſet proximè carcerandus.

2593 Et Buſem. de legatis ait: *Ad Epiſcopum autem, hæredem, & executores pertinet per Epikejam interpretari non eſſe à defuncti voluntate alienum, ſi aliqua mutatio fiat, v. gr. ſi pecuniam reliquerit ad calices emendos pro Eccleſia, quæ calice non eget, poterunt eam applicare ad caſulas, aut alia ornamenta, quæ magis ad Eccleſiæ uſum conducunt.*

## QUÆRES I.

2594 *An. Si pro opere à teſtatore hæredi præfixo, v. gr. pro Oratorio conſtruendo, non fuerit requiſita tota ſumma pecuniæ legata, id, quod ſupereſt, poſſit ab ipſo hærede retineri?*

REſpondeo poſſe, ſi ſumma pecuniæ fuit legata demonſtrativè; non poſſe, ſi fuit legata taxativè. Bonac. *tom.* 1. *de* ... *bus diſ.* 3. *quæſt.* 17. §. 9. *num.* 5. ... ſumma pecuniæ legata taxativè, ... vè, quando ex verbis, aut circum... gnoſcitur, mentem teſtatoris fuiſſe, ... tam illam ſummam ſuam vel ... ſcientiam, aut ſuam animam ſuffragi... verò dicitur legata demonſtrativè, ... dignoſcitur, mentem teſtatoris ... niſi demonſtrare executionem operis ... quod præfigit; quod maximè dignoſ... prudenter judicetur legaſſe etiam ... ad perſonam hæredis, in quantum ... excedentem legaverit, volens ... nere, ne hæredem gravaret in opere ... pletione.

## QUÆRES II.

2595 *Petrus reliquit duodecim ... nua unciarum viginti pro duode... bus quolibet anno maritandis. ... puella conſanguinea Petri in ... per; cui cum eſſet oblata occaſio ... venis, & non haberet dotem ſuffi... opportunitatem amitteret, unum ex ... tis unciarum viginti in ſpe dotavit, ... matrimonium peractum. An dictum ... poſſit ei conferri jam maritatæ?*

REſpondeo poſſe. Sequitur ex dictis ... 2554. 2557. & 2561. Ratio eſt ... quia legatum habuit effectum ... tentum, non aliter, quàm ſi priùs illud ... conſecuta eſſet; nam ejus virtute, & ... ter nupſit.

Cui accedit praxis, & conſuetudo ... tis Confraternitatum, pro maritandis ... Confratrum relictis, quæ ab ipſis jam ... tatis obtineri ſolent, ex eo quia ... priùs aſſignaverint, & eorum virtute ... rint.

Secundò; quia dicta puella eſt ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia in tertio gradu legantis, pauper, & inops; unde locum habet moraliter certa interpretatio per Epicheïam voluntatis ipſius teſtatoris, qui ſi viveret, & puellam ſuam conſanguineam in ſtatu inopiæ cognoſceret, non dubium, ſed melius, & utiliùs ad ejus favorem diſponeret, *juxta dicta in nu.* 2552. 2558. & 2568. Imo eam eſſe cæteris non conſanguineis præferendam, ſequitur *ex num.* 2554.

## PRIVILEGIA FRATRUM MINORUM QUOAD LEGATA

2596 CLemens IV, 21. Julii 1265 *Conſt.* 4. *Virtute conſpicuos*, §. 27. Eugenius IV. *Licet debitum*, & Sixtus IV. 21. Auguſti 1474 Conſt. 6. *Regiminis*, conceſſerunt Ordini Minorum:

1. Ut liceat Fratribus veſtri Ordinis, cum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe transferunt, tam ædificia, ſeu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt (conſecratis Eccleſiis dumtaxat exceptis) quàm libros, calices, & paramenta ſecum ad alia loca transferre, & ædificia ipſa cum ortis, & aliis ad eadem loca pertinentia, præter Eccleſias, per perſonas ad hoc à Sede Apoſtolica deputatas, vendere ipſorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres ſe transferunt, ædificationem, ſeu aliàs in eorum utilitatem convertere, ſecundum quòd eis melius videbitur expedire, cum ipſa propria & alia loca fratrum ad Nos, & Apoſtolicam Sedem ſpecialiter, & immediatè pertinere noſcantur: *ſup. num.* 1145.

2597 Sixtus IV. & Leo X. apud Sorbo *ver. legatum.* 1. & *ver. cummutare a nu.* 1. *ad* 3. & Portell. *tr.* 1. *q.* 17. *num.* 1.

Conceſſerunt, quòd Prælati Fratrum Minorum Obſervantium poſſint res donatas à piis viventes; inſuper legata facta locis noſtris ad unum uſum, commutare in alium „ ſine ſcandalo tamen illorum, ad quos ſolu- „ tio legatorum pertinet, aut à quibus res ſunt, „ donatæ. „

2598 Leo X. in Conſt. 6. *Merentur*, recenſet Bullas Nicolai III. & Clem. V. & declarat, Fratres Minores de Obſervantia licitè retinere poſſe domos amplas, & ſpatioſas, inſuper paramenta multiplicia, ac pretioſa; aſſignans pro ratione, quia ſunt in proprietate S. Sedis; Fratres ſunt tantùm cuſtodes, & ſolùm uſum habent, non fructum; quare in nihilo regulam violant; & decens eſt, in celebrioribus ſolemnitatibus decentioribus paramentis divinam honorare majeſtatem.

De legatis Fratrum Minorum fusè actum eſt à *num.* 1185.

## CODICILLUS.

2599 E*St ultima voluntas minùs ſolemnis de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, coram quinque teſtibus declarata.*

2600 Poteſt quis mori cum pluribus codicillis inter ſe non contrariis, ſed non cum pluribus teſtamentis; quia teſtamentum poſterius ex jure tollit prius.

2601 Religioſus profeſſus non poteſt revocare teſtamentum ab ipſo ante profeſſionem factum; quia taſtamentum non poteſt revocari in totum, niſi per aliud teſtamentum nec in partem, niſi per codicillum. Religioſus autem profeſſus nec facere poteſt teſtamentum, nec codicillum; quia codicillus eſt teſtamentum parvum, qui à teſtamento differt per hoc, quod non requirat ſolemnitates, nec tot teſtes, ſicut teſtamentum. Tum quia in codicillo nec inſtituitur, nec tollitur hæres: *v. num.* 2609.

2602 Cæteri autem poſſunt teſtamenta, & codicillos revocare uſque ad mortem; quia

ex jure voluntas teſtatoris perambulatoria dicitur uſque ad mortem.

## SUBSTITUTIO FIDEICOMMISSORIA

2603 E*St illa, per quam hæres ab inteſtato, aut teſtamento conſtitutus, gravatur reſtituere hæreditatem, vel partem ejus aliquotam v. gr. dimidiam, tertiam, aut quartam partem alteri.*

Ille, cui eſt facta ſubſtitutio, dicitur fideicommiſſarius. Dicitur ſubſtitutio fideicommiſſoria, ſeu fideicommiſſum; quia teſtator fidit hæredi, & ejus fidei committit hæreditatem alteri reſtituendam.

Hæc ſubſtitutio non eſt directa, ſed obliqua, in quantum fideicommiſſarius non capit bona hæreditaria directè à teſtatore; ſed miniſterio hæredis primò inſtituti, & gravati.

Non ſolùm primus hæres poteſt gravari, ut hæreditatem, aut ejus partem fideicommiſſario reſtituat; ſed etiam ipſe fideicommiſſarius poteſt gravari, ut alteri fideicommiſſario reſtituat; in quo caſu actiones utiles transferuntur in hunc poſteriorem fideicommiſſarium: *v. n.* 2539.

2604 Licèt per codicillum non poſſit inſtitui directè hæres, poteſt inſtitui fideicommiſſarius; quia poteſt hæredi directo jam inſtituto imponi onus reſtituendi alteri hæreditatem, vel ejus partem.

2605 Fideicommiſſum non poteſt fieri, niſi de bonis liberis; minimè de bonis alienis, aut alteri obligatis. Hæc Bonac. *tom. 2. de contractibus diſ.* 3. 17 *punct* 4. Ubi plura.

De teſtamento, & legatis fusè agunt Maſtrius *diſ.* 4. *qu.* 2. *art.* 3. La Cruz. 7. *prac. pag.* 132. Diana *p.* 8. *tr.* 5. *part.* 10. *tr.* 15. *reſ.* 11. *part.* 5. *tr.* 3. *reſ.* 20 *part.* 3. *tr.* 5. *reſ.* 60. & alibi. Tamb. *tom.* 2. *de Bulla Cruc. c.* 18. §. 2. Bonac. *tom.* 2. *de contractibus diſp.* 3. *qu.* 17. 18. & 19. Ant. à Spir. Sanct *tr.* 10. *diſ.* 16. Vericelli Buſen. *lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 4. Clericatus, Mendo *ſub propriis titulis.*

## SPONSIO

2606 E*St contractus, in quo duo de [illegible] re, aut eventu alicujus rei [illegible] tes, ſibi invicem aliquid ſpondent, [illegible] ſit, qui veritatem aſſecutus fuerit.* [illegible] vulgò dicitur *Scommeſſa.*

Ut licitè fiat, quatuor conditiones [illegible] rit, 1. Ut fiat ſuper re dubia, 2. Ut ſit [illegible] in re, quæ ſpondetur cum æquali [illegible] ne, 3. Dubius eventus in utroque, 4. uterque eodem ſenſu accipiat id, de quo [illegible] tatur.

## LUDUS

2607 E*St contractus, quo ludentes [illegible] periculo exponunt, propter [illegible] quirendi rem alterius.* Eſt triplex, [illegible] ingenioſus, & mixtus. Ludus merè [illegible] eſt prohibitus: hinc ludus alearum, [illegible] in fortuna, & caſu, quàm in induſtria [illegible] tus, eſt prohibitus laicis ſub veniali, [illegible] ſub mortali; ſi tamen frequenter, & [illegible] gum tempus ludant; ſecus, ſi per breve [illegible] pus, recreationis cauſa, & abſit ſcand[illegible] Fenech. *de ludo n.* 15, ait, legem Canon[illegible] quoad culpam, *videri per diſſuetudinem [illegible] gatam, ſi non avaritiæ, ſed verè recr[illegible] cauſa ludatur ad aleam, & ſine ſcand[illegible]* Scotus *in* 4. *d.* 15. *q.* 2. *litt. T.*

2608 Conditiones ludi, ut ſit licitus [illegible] quatuor, 1. Ut ludens non utatur [illegible] fraude, 2. Ne alter alterum compellat [illegible] per vim, aut verbis contumelioſis, 3. [illegible] dens diſponere poſſit de re, quam ludo [illegible] nit, 4. Ut ſit æqualis conditio colludentium.

2609 Tenetur reſtituere, qui vicit [illegible] do contra conditiones ludi, ut aliter, qui [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe plane ignarum luſus, & ſic alterum peritiorem provocaret, qui aliundè ludere noluiſſet; hic enim dolo, & fraude agere.

2610 Non tenetur reſtituere, qui utitur aſtutiis, quas regulæ luſus, & conſuetudo patitur, cum uterq; ſciat tales aſtutias licitas, & ſic tacitè in illas libere conſentiat, v. gr. 1. Si potiores chartas habens, & ſecurus de victoria, augeat ſponſionem, vel ſimulet metum, ut adverſarius augeat, 2. Si ſciens ſe inferiores chartas habere, diſſimulet, augeatq; ſponſionem, ut ſic relinquatur ſibi, quod erat appoſitum, 3. Si inſpiciat chartas alterius ex ſola illius negligentia, & abſque fraude; ſecùs, ſi ità ſe collocet, ut poſſit videre, vel alium conſtituat, à quo admoneatur, 4. Si chartas diſcat noſſe inter habendum, quas antea non ſignaverat, nec noverat; ſecùs, ſi ante ſignaverat, vel noverat ignorante ſocio.

2611 Religioſus poteſt aliquid moderatum ludo alienare, ſicut poteſt aliquid moderatum de ſuperioris licentia donare. Uxor poteſt aliquid ludo exponere juxta ſui ſtatus conditionem. Similiter filius, quia cenſetur parens velle ei honeſtam recreationem concedere. Item poteſt filius ludo exponere bona caſtrenſia, vel quaſi; minimè profectitia, & adventitia, ſine conſenſu patris; *v. tom. 2. n. 168.* Uxor exponere poteſt bona paraphernalia: *v. tom. 2. n. 119.* Demq; ſervus poteſt ludo exponere pecuniam propria induſtria acquiſitam, vel à domino acceptam cum permiſſione, ut pro ſuo libito expendat; vel ſi de pecunia ob alimenta tradita, ſervus parcè vivendo aliquid ſibi reſervet: *v. n. 2626.*

2612 Qui ludit cum iis, qui alienare non poſſunt, jam relatis, peccat, & vincens reſtituere tenetur totum illud plus, quod illi alienare non poſſunt; quia acceptarunt rem alienam invito domino. In ludo autem filii familias pater non ſolet eſſe invitus, niſi quoad modum, niſi jactura ſit cum nimio exceſſu.

Econverſò, qui alienare non poſſunt, ſi vincant, reſtituere tenentur illud plus, quantum alienare non poterant, quia non ſervatur æqualitas colludentium, dum vincere voluerunt, & perdere non potuerunt; excipitur; ſi colluſor ſciat illum alienare non poſſe, tunc vincens non tenetur reſtituere, *quia ſcienti, & conſentienti nulla fit injuria.*

2613 Qui ludo lege humana prohibito perdidit, non tenetur in conſcientia ſolvere, niſi ſe ſoluturum juraverit; ſi verò vicerit, non tenetur reſtituere ante ſententiam Judicis.

2614 Ludere pro Pſalmo, vel oratione Dominica recitanda, non eſt peccatum, nec irreverentia: *v. n.* 2400. Scotus *cit.* Maſtrius *in Theol. mor. diſp. 9. n* 78. Bonac. *tom. 2. pag.* 509. Tambur. *tom.* 1 *lib.* 8. *tr.* 2. *c.* 9. §. 1. Joan. la Cruz. *pag.* 129. Buſenb. *lib.* 3. *tr.* 5. *c.* 3. *dub.* 13. Clericatus *c.* 101.

## CAPUT III.

## DE FURTO.

2615 Furtum *eſt ablatio, ſeu detentio occulta rei alienæ invito rationabiliter domino.* Rapina *eſt occupatio rei alienæ cum violentia.* Unde ſupra malitiam injuſtitiæ furti addit injuriam violentiæ.

2616 *Plagium eſt furtum hominis liberi ſcienter venditi, vel empti.* Plagium, & rapina addunt malitiam ſpecie diſtinctam in confeſſione explicandam: *v. n.* 288.

2617 Furtum quantitatis notabilis eſt mortale, parvæ veniale. Et quia malitia furti conſiſtit in detrimento, quod proximo infertur, quantitas ad mortale ſufficiens haud meliùs deſumitur, quàm per reſpectum ad perſonam, quæ damnificatur. Hinc

## QUANTITAS INTER EXTEROS

2618 EST gravis ad mortale ſufficiens, 1. Si à paupere fureris duos julios, ſeu duos tarenos Siculos cum dimidio: inter pauperes veniunt artifices illi, qui vivunt ex labore diei, & tantum uno die lucrantur, quantum ad unius diei victum ſufficit, 2. Si à valdè divite fureris unum ſcutum, 3. Si à perſona media, ſeu communi, fureris quatuor julios, ſeu quinq; tarenos Siculos: inter perſonas medias, ſeu communes, veniunt perſonæ illæ, quæ non ſunt pauperes, nec valdè divites, ſed commodæ, quæq; plus uno die lucrari ſolent, quàm ad unius diei victum ſufficiat. A præfatis tribus generibus perſonarum minus auferre eſt veniale. Auferre à Principe ditiſſimo duos aureos non eſt mortale; mortale tamen eſt auferre à mendico unum julium, ſeu tarenum Siculum. Similiter mortale eſt acum auferre à Sartore, qui alium non habens omittit operam illius diei; nam infert notabile damnum.

2619 Aureus nummus, ſeu ſcutum aureum, licèt creſcere, & decreſcere ſoleat, regulariter tamen importat tredecim julios cum dimidio, ſeu tarenos decem & ſeptem cum dimidio.

## PLURA MINUTA FURTA

2620 COmmittens, furando per plures vices modica, ſive ab eodem, ſive à multis, deveniendo ad quantitatem notabilem, peccat mortaliter, etiam ſi in prioribus furtulis non habuerit animum deveniendi ad quantitatem notabilem; & tenetur ſub mortali ad reſtitutionem, non totius quantitatis ablatæ, ſed illius, quæ complevit quantitatem notabilem: reliqua verò, quæ remanet, cum remaneat materia levis, ſicut antea, remanet

ſub onere reſtitutionis, ſolùm ſub veniali
cut antea. Et licèt furans modica à multis
etiam deveniendo ad quantitatem
notabilem, inferat leve damnum ſingulis
fert grave damnum communitati, quæ,
& ipſi domini ſunt rationabiliter graviter
viti nolentes, quòd multi ditentur
furandi modica à ſingulis, eò maximè,
id eſt contra publicam, & ſingulorum
ſecuritatem, ac indemnitatem, quoniam
data libertate, poſſent venditores
bus vendendis, quid parvum ſurripere
gulis.

2621 Major tamen quantitas requiritur
ad mortale, quando quis per repetitas
ſemper modica furatur ab eodem,
minus detrimentum patitur, & eſt
vitus, quam furando ſimul; nonnulli
quantitatem eſſe debere dimidio
Et major requiritur, quando
multis, modica à ſingulis;
Sanchez, & Rebell. dicunt, non peccare
taliter eum, qui in Civitate populoſa
modica à multis, ſi non deveniat ad
tem unius aurei.

2622 Item ad peccatum mortale
titis furtulis requiritur, quòd ſit
moralis temporis; ſecùs ſi intercedat
gnum temporis intervallum. Magnum
poris intervallum, & interruptio moralis
aliquibus (apud Tamb.) reputatur, ſi
num, & alterum furtulum intercedat
aliis, ſi ſex menſes; ab aliis, ſi unus,
quindecim dies; ſed rectè Tamb.
taxanda quantitate, & temporis intervallo
his, & ſimilibus caſibus, meliorem
deſumendam eſſe à prudentia,
damnum proximi, aut communitatis,
involuntarium.

2623 Caſus, in quo plures furati
guli modica, ſed ſimul ab eodem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...uvæ racemum ex eadem vinea, reſolutio in tom. 1. n° 1 E.

2624 Dices: onus reſtitutionis ex delicto, ut in caſu injuſtæ acceptionis, non obligat ſub mortali, niſi adſit culpa mortalis; ſed in damno illato per plura furtula non adeſt culpa mortalis, bene verò venialis: ergo non oritur ex illo onus obligans ad reſtitutionem ſub mortali. Minor probatur, quia in ſingulis furtulis latrunculus iſte non peccavit niſi venialiter; infinita autem venialia non poſſunt integrare, aut conficere unum mortale.

Reſpon. conceſſa majori, negando minorem, pro cujus claritate eſt diſtinguendus caſus: vel iſte latrunculus in ultimo furtulo constituente cum prioribus quantitatem notabilem advertit ad præcedentia furtula, vel non; ſi advertit, peccavit mortaliter in ultimo furtulo, quod licèt in ſe ſit quid modicum, recum præcedentia, cum quibus moraliter continuatur, conſtituit damnum notabile, & mortale.

Si tunc advertit, ſed advertit poſtea, ſubditur; vel quando advertit, habuit animum non reſtituendi, & tunc incœpit peccare mortaliter, ut injuſtus detentor quantitatis notabilis; vel habuit animum reſtituendi, & tunc licèt non peccaverit mortaliter, tenetur ſub mortali ad reſtituendum ad præcavendam culpam mortalem, quam incurreret, ſi reſtituere nollet; & hoc pacto onus reſtitutionis in caſu oritur ex culpa mortali; nec ſequitur, quòd plura venialia integrent unum mortale, quia peccatum mortale committitur, vel in ultimo furtulo, vel in voluntaria detentione totius ſummæ notabilis; furtula enim ſunt actiones talis naturæ, ut poſſint inter ſe continuari moraliter ad conſtituendum unum damnum notabile; *v. prop.* 38., ab Innoc. XI, damn.

QUANTITAS FURTI INTER DOMESTICOS.

2625 QUantitas furti filiorum, & uxoris ad mortale ſufficiens, debet eſſe major, & talis erit, ſi quantitas *in num.* 2617. aſſignata pro exteris dupliciter. Sed in hac re aptior regula eſt prudentia. Item in furtis filiorum, & domeſticorum, debet attendi, an pater, maritus, dominus ſit liberalis, dives, amans, ſi furtum ſit de eſculentis, non de pecunia, & ſi de pecunia, non frequenter, ſed raro, tunc enim ſolet eſſe minùs invitus; & ſæpe filius in furto notabili pecuniæ à peccato mortali excuſatur, quia prudenter dignoſcit, attentis conditione, & amore patris, patrem non eſſe invitum quoad ſubſtantiam furti, ſed quoad modum, quatenus clam rapuerit, ad vana expenderit, &c.

2626 Hac ratione famuli ſæpe à mortali excuſantur in furto comeſtibilium, quæ domo non exportant, neque devendunt, ſed ipſi domi conſumunt, niſi ſit cum exceſſu. Similiter (ait Leſſ.) *Furta minima famulorum ex comeſtibilibus, quæ claudi non ſolent, non coaleſcere, ſi non ad vendendum, ſed ad comedendum accipiant*; domini námque regulariter ſciunt, & diſſimulant. Confeſſarii tamen in hac re nec debent eſſe laxi, ne famulorum libertas in exceſſum prorumpat, nec tam aſperi; ſed uti debent prudentia, famulos à ſimilibus diſſuadendo; & optimè faciunt, ſi injungant, ut in compenſationem, majorem famulatum dominis præſtent, quando furta non ſunt nimis dominoſa dominis, & famuli ſinè magna difficultate reſtituere non valeant.

2627 Uxor ſinè conſenſu viri poteſt moderatas eleemoſynas facere, & moderatas donationes, ſeu largitiones liberales ad conſervandam decentiam ſui ſtatus, juxta mortem aliarum mulierum ſimilis conditionis; nec officit, ſi vir



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi vir prohibeat, quia eſt irrationabiliter invitus. Tambur. cum aliis concedit uxori, cujus vir eſt mediocris patrimonii, ut inſumere poſſit duo pro centum pro eleemoſynis, & alia duo pro liberalibus largitionibus; imò plus ſi vir ſit ditiſſimus: ſemper tamen potior eſt regula prudentiæ.

2628 Filius, ſi notabilem ſummam de bonis parentum ſurripiat, illis rationabiliter invitis, peccat mortaliter, & reſtituere tenetur; quòd ſi non poſſit, debet eorum rationem habere in diviſione hæreditatis cum aliis fratribus, niſi alii fratres pariter ſimile quid rapuerint.

2629 Et ſicut peccat mortaliter uxor ſurripiendo notabilem ſummam invito rationabiliter marito de bonis mariti, aut quorum eſt uſufructuarius, & adminiſtrator, atque ad reſtitutionem tenetur; ità & maritus, & ſi pariter ſurripiat de bonis paraphrenalibus uxoris: *v. to. 2. num. 169.*

2630 *Non peccat uxor ſubducendo aliqua, vel compenſationis cauſa, ſi vir ſit prodigus, quia is tunc facit uxori injuriam, partem ipſius profundendo; vel pro victu, veſtibus, cæteriſque, ſibi, vel familiæ neceſſariis, quæ mariti ſæpè non intelligunt, & fruſtra ab illis peterenter.* Buſem.

2631 *Sinè furti crimine poteſt uxor ſuccurrere neceſſitati ſui patris, aut matris, aut prolis ex alio matrimonio, etiam nolente marito, ex bonis propriis, aut communibus, dummodo poſt mortem viri, ea quæ largitur, in ſua portione computet; quia illa jure naturæ tenetur eos alere, & maritus debet in hoc conſentire; quod aliqui ad uxores, fratres, & ſorores probabiliter extendunt.* Buſem. & Arſdekin.

2632 De quantitate furti Religioſorum ſufficiente ad mortale, communiter Doctores diſcurrunt, ſicut de quantitate furti filiorum: *v. n. 625.* Attendi etiam debet Monaſterii opulentia. Fagundez cum Nav. ... peccare mortaliter Religioſum, ſi de bonis Monaſterii dimidium ſcuti furetur, & ... donet.

2633 Id mihi verum eſt, majorem quantitatem requiri, ut peccet mortaliter contra paupertatem malitia proprietarii, quàm ut peccet mortaliter contra juſtitiam malitia furti; quia malitia furti concernit damnum tertii, adeóque ſuperior eſt magis invitus; malitia proprietarii, & malitia furti ſunt ... cie diſtinctæ, prior contra paupertatem, poſterior contra juſtitiam; quæ ſæpe ſunt ... in eodem actu, ut cum rem Monaſterii ... ſuperiore retines, aut extra donas; ... rem tibi à ſæculari datam, invito ... retines, aut extra das; *nam quidquid ... chus acquirit pro Monaſterio acquirit.*

2634 Separantur, ut cum rem ... recipis in tuos uſus conſumendam, ... ſive intus, ſive extra, ad tui placitum ... buendam, tunc contra paupertatem peccas, non contra juſtitiam, malitiam proprietarii contrahis, non furti; quia ſtante ... luntate dantis, Monaſterium ... dominium rei. Rodriq. *in ſum, tom. 4.* ... *n. 27. & 29.* Sotus, & Aragon. tenent ... ſum non committere furtum mortale, ... quando aſcendit ad ſummam duorum ... rum: *v. à num. 2617.* At hæc opinio ... ſit habere locum quoad malitiam proprietarii, eſt tamen laxa, & non practicanda ... malitiam furti. Hinc ſi de rebus comm... tis, aut maximè alterius Religioſi ... quam dimidium ſcutum argenteum, ... pecces mortaliter malitiâ proprietarii, ... taliter peccas malitiâ furti.

2635 Revera tamen licèt pro malitia proprietarii major quantitas ad mortale ... ratur, quàm pro malitia furti, certa ... tradi non poteſt, ſed pro utraque eſt ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... prudentiæ conſideratis circumſtantiis ſu... expreſſis, & ſuperioris involuntario. ... quidem quantitas ad mortale requiri..., quam Religioſus extrahit, ſit de ac... proprio labore, & induſtria, aut de ſi... amico extero donatis, quàm ſi non ſic. ..., ſi rem præfatam detineat, non ad di... endum extra, ſed ad conſumendum ad ..., præſertim neceſſarios uſus; quia in ... ſuperior eſt minùs invitus. Et ma..., ſi Monaſterium Religioſo de neceſſariis ... provideat.

2636 Baſemb. *lib. 4. cap. 1. dub. 4.* addit: *Si Prælatus ſciat ſubditum aliquid accipere, re...ere, vel expendere, & non prohibet, cùm fa... poſſit, tacitè conſentire videtur.* Unde San... *mor. cap. 19.* ait: *Si in aliqua Religione ...tudo viget aliqua recipiendi, vel expen... ſine licentia, id excuſari per tacitam li... Prælati, qui id tolerando conſuetudi... rationabiliter declarat: ut à n. 990.*

## IN EXTREMA NECESSITATE

2637 NOn eſt fur, nec peccat, qui rem alterius ſurripit; quia in extrema neceſſitate omnia ſunt communia; ità ut ne... ipſe indigens, ſed alius (ſi de ſuo non ... poſſit ſurripere ad eum ſublevandum; ... tunc ſurripit nomine indigentis, & ut ... inſtrumentum. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tract. ... cap. 6. §. 2. nu. 2.* Anton. à Spir. Sanct. *de rect. ... diſp. 9. ſect. 9. num. 417. v. nu. 406.* Qui ... in gravi neceſſitate rem alterius ſurripit, ... &, peccat mortaliter: conſtat, *ex cap. ... 3. de furtis: Si quis ob neceſſitatem fa... aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, ve... aut panes, pœniteat per hebdomadas tres & ſi reddiderit non cogatur jejunare.* Ratio eſt, quia ſola extrema neceſſitas facit rem al... communem, unde in gravi neceſſitate ... alterius non ſit tua, & inde non potes eam accipere invito domino; hinc qui extremè indigenti non ſubvenit, contra juſtitiam peccat, & charitatem; qui verò graviter indigenti non ſubvenit, peccat ſolùm contra charitatem. Tum quia oppoſita opinio aperit viam furtis, quia nullus fortè ex infima plebe eſſet, qui ſe in gravi neceſſitate exiſtere non affectaret; adeóque meritò eſt damnata *propoſ. 36.* ab Innocent. XI.: *v à n. 2739.*

2638 Difficultas eſt: *An qui in extrema neceſſitate rem alterius ſurripuit, teneatur eam reſtituere, ſi in pinguem fortunam devenìat?*

Affirmat Navarrus; quia extrema neceſſitas nil aliud requirit, niſi ut ſic indigens ſublevetur: ſufficienter autem ſublevatur per mutuum, aut accommodatum cum onere reſtituendi in caſu pinguis fortunæ, abſque eò, quòd dominus re ſua ſpolietur.

Negat verò Scotus *in 4. d. 15. quæſt. 2. litt. KK.* quia extrema neceſſitas facit omnia eſſe communia, adeóque transfert rei alterius dominium in extremè indigentem, quantùm ad eam convertendam in proprium uſum; ac proinde non tenetur ille ſibi præjudicare per mutuum, aut accommodatum. Quod intellige in rebus ordinarii, minimè extraordinarii pretii: *ut in n. 2332.*

2639 Fatetur autem Scotus citatus, quòd, ſi res conſumpta in extrema indigentia, ſit ab eo rapta non urgente extrema indigentia, ſed ante, teneatur eam reſtituere deveniendo ad pinguem fortunam, quia onus reſtitutionis tunc habuit ortum ex radice delicti quod proinde accedente extrema indigentia, non extinguitur, ſed ſuſpenditur. Plures tamen apud Tambur. adhuc hunc à reſtitutione liberant omnino tamen ſentio cum Scoto: *v. num 2338.*

2640 Item qui in extrema neceſſitate rapuit, & totum non conſumpſit, tenetur reſtituere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuere, quod remanſit. Quòd ſi totum conſumpſit, ipſe tamen, urgente neceſſitate extremâ, aliunde habebat, ſed non poterat uti ſuo; iſte utique, quando eſt expeditus, tenetur id, quòd rapuit, reſtituere, quia hic non dicitur fuiſſe in extrema neceſſitate ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; unde pro eo habet locum opinio, & ratio Navarri. Caſus contingere poteſt in eo, qui bona poſſidens carceribus detinetur, aut captivus evadit, qui proinde ſuis rebus uti non valet, & ſic in extrema conſtituitur neceſſitate.

## COMPENSATIO

2641 Est licita, ſi tres interveniant conditiones, 1. Si non ſperes faciliter rem tuam, quam alius detinet, apud Judicem obtinere; ſed difficulter, & gravibus expenſis, ob debitoris potentiam, aut Judicis injuſtitiam, vel negligentiam, & maximè ſi exinde inimicitiam debitoris timeas, 2. Si non adſit periculum alicujus damni, aut infamiæ tui, aut alterius innocentis, 3. Ut opportuno tempore tuos hæredes, aut debitorem, vel ejus hæredes moneas, debitum jam eſſe ſolutum, ne iterùm tuis hæredibus ſolvatur; his conditionibus adhibitis, licitè potes occultam compenſationem adhibere, rem alterius ſurripiendo, aut detinendo pro tua re, quam certò injuſtè ille detinet; quia tunc non es fur, ſed juſtus compenſator; quilibet enim habet jus ad recuperandum ſuum indemnis. Qua facta compenſatione, res alterius in tuum dominium tranſit, ità ut, ſi pereat, tibi pereat.

## QUÆRES

2642 *Petrus mittit Paulo tibi debitori donum, an poſſis illud pro te retinere in compenſationem*: Reſp. cum Tamb. te poſſe, ſi donum ſit acceptatum à tuo debitore; quia tunc accipis rem rem debitoris ad quam hab[…] Non poſſe, ſi non ſit jam acceptatum[…] accipis rem Petri, in quam non habe[…]

## FAMULUS

2643 Compenſari non poteſt pe[…] quòd putet operam ſuam […] jorem ſalario, quod recipit; quia […] tat ſub dubio, vel probabiliter; […] bio, non poteſt dominus ſpoliari po[…] certa per jus dubium alterius; ſi po[…] ter, adhuc adſunt rationes probab[…] domino, qui proinde non poteſt ſpol[…] ſeſſione certa per privatum judiciu[…] partis; ſed eſt remittenda res judicio J[…] vel prudentis, & docti Confeſſarii, […] conſiderare debet.

Et præſertim conſiderare debe[…] ductione famulorum triplex dari p[…] ſupremum, medium, & infim[…] mercibus; quod menſurari no[…] integra ſuſtentatione ipſius famuli, […] familiæ, ſed cum valore laboris, […] dinem, 3. Si famulus rogavit do[…] ſuo famulatu; quia *merces ultron[…]* 4. Si ſtipendium ſit tenue, ſed domin[…] ſet alios, qui pro eodem ſalario fa[…] tunc famulus occultè ſe compenſa[…] num inferret domino; non ſic ſi […] alios non habuiſſet: *v. n.* 2739.

2644 Si famulus paupertate coa[…] famulatum venderet pretio tenui, m[…] ſimo, & non eſſent alii, qui pro eo ſer[…] concedit Tamb. *tom. 2. pag.* 490. […] poſſit famulus ſe reſarcire, quia […] cauſa damni emergentis domino, […] eſt defraudandus famulus juſta merce[…]

2645 Puto autem eum ſe reſarcir[…] poſſe; quia in conventione expreſſ[…] navit domino partem juſti ſtipendii, […] dem libere; nam non fuit coactus co[…]

[illegible] tenui liberè elegit tanquam mediũ ad [illegible] paupertatem ſublevandam. Tum [illegible] videtur ultroneus venditor ſui famu-[illegible] & dominus, ſi famulus renuiſſet, licèt [illegible] inveniſſet, vel tali famulatu ſe pri-[illegible] vel alio modo providiſſet. Si verò in [illegible] non fuerit expreſsè facta con-[illegible] pretii tenuis, nec famulus habuit in-[illegible] condonandi partem juſti ſtipendii [illegible] ſuccedente tempore ſolutionis, domi-[illegible] ſalarium ſolvat, poteſt ſe reſarcire, [illegible] nemo præſumitur velle ſervire gratis; [illegible] autem pro ſequenti tempore ſuam [illegible] de non ſerviendo tenui pretio do-[illegible] declarare, aliàs tenui ſalario conſentire [illegible].

2646 Quoties autem famulus eſt morali-[illegible] de injuſtitia domini, & majori ſala-[illegible] debito, quod aliter commodè obti-[illegible] poteſt, tunc poteſt licitè per occul-[illegible] compenſationem ſe reſarcire; quia tunc [illegible] ſimpliciter putans, ſed certò ſciens, [illegible] habet jus ad reparandum jus pro-[illegible] læſum.

2647 In tali caſu erit famulus, 1. Si invitus [illegible] domino coactus dolo, minis, &c. ad [illegible] pretio minori infimo juſto, 2. Si [illegible] pretium minus ſolvat, quàm fuerit [illegible] conventũ, 3. Si dominus ſalariũ ſol-[illegible] in pecunia, ſed in aliis rebus, quibus [illegible] & quas cogitur vendere viliori pre-[illegible] vel ſi eget, dominus tradit cariori pretio, [illegible] ſolet emere benigniori, quia tem-[illegible] opportuno, quo ſolent inferiori pretio [illegible] patitur damnum, & nihilominus [illegible] tales merces domino recuſare ſive [illegible] damno, 4. Si dominus ultra famula-[illegible] ſuper quo eſt facta conventio, alium ex-[illegible] famulatum imponat, qui di-[illegible] ſalario ſolet conduci; tunc poteſt fa-[illegible] ſe reſarcire, quia nemo præſumitur velle ſervire gratis, niſi id expreſſerit, aut intentionem ſerviendi gratis habuerit.

2648 Id dixi de famulatu extraordinario, nempè de alio famulatu notabili, qui à perſona diſtincta, & pretio diſtincto fieri ſolet; quia ſunt plures ordinarii famulatus, qui ultra conventum à famulis gratis præſtari ſolent dominis, adeòque non poſſunt licitè de illis ſe reſarcire: *v. in prop. 37.* ab Innoc. XI. *damn.*

2649 Dominus non tenetur in conſcientia ſalarium famulo in infirmitate ſolvere, ſicut non tenetur conductor penſionem ſolvere, quando non utitur reconducta ob defectũ locatoris. Valdè tamen laudo piam conſuetudinem, quæ Panormi extat, quamplurium nobilium, qui integrum ſalarium famulis in infirmitate ſolvunt; cæteros ad opus charitatis tam ſanctum enixè moneo.

## QUÆRES I.

2650 *Dominus volens plures tabulas deâ pingere, vocavit pictorem; at quia fuerunt diſcordes in quantitate pretii, ei ad pingendum ſe obtulit famulus, qui perfecit picturas, ſed nullum ei fuit ſolutum pretium. An poſſit occultè ſe reſarcire?*

RESP. poſſe, ſi non fuit facta conventio, nec habuit intentionem pingendi gratis, quia *dignus eſt operarius mercede ſua*; & quando agitur de labore, & opera notabili, nemo præſumitur velle præſtare gratis, niſi expreſſerit. At non debet ſumere pretium, ut alii pictores, ſed minus, uti ultroneus venditor ſuæ induſtriæ, & operæ. In quo pretio computari debet defectus famulatus, ſi notabiliter ob picturam à famulatu defecerit: *v. num.* 2461.

## QUÆRES II.

2651 *An liceat Chriſtianis ſurripere à Turcis & Mauris?*

UT ſolita claritate procedam, dicam prius de Chriſtianis exiſtentibus in partibus Turcarum, & Maurorum, poſtea de Turcis, & Mauris exiſtentibus in partibus Chriſtianorum. Quantum ad Chriſtianos exiſtentes in partibus Turcarum, & Maurorum.

2652 Certum eſt, quòd Chriſtiani, qui injuſtè ab infidelibus captivi detinentur, cujuſmodi ſunt, qui detinentur à Turcis, aut Mauris, licitè poſſint à dominis particularibus ſurripere, quantum ſufficit, ut redimantur, & eſt neceſſarium ad fugam, & iter ad ſuos. Ex Decr. S. Congr. S. Officii 13. Auguſti 1630. apud Dianam *p. 5. tr. 13. reſ. 98.* & Peyr. *de Privil. pag. mihi* 330.

2653 Quòd autem ſervi Turcarum poſſint tam à ſuis dominis, & ab eis, quibus ſunt injuria affecti, ſeu capti, ſurripere quæcumque voluerint docet Diana. *cit.* Idque nedum ratione compenſationis injuriam captivæ libertatis, &c. & damnorum in ſuis negotiationibus, & bonis, ob abſentiam à patria; verùm etiam jure belli, & expræſumpta Chriſtianorum Principum voluntate: Turcæ namque ſunt publici hoſtes, & Chriſtianorum dominia, ac bona tyrannicè uſurpaverunt, & poſſident. Unde Principes Chriſtiani habent contra eos jus perpetuum bellum gerendi. bonis ſpoliandi, & compenſandi; at quia non valent ex ſe ipſis id immediatè ad æqualitatē præſtare, rationabiliter præſumuntur illud privatis fidelibus concedere, maximè ad hoſtium vires debilitandas. Unde *in part. 7. tr. 7. reſ.* 11. concludit: *Sed me conſulente, ſervi Chriſtiani à Turcis fugientes, bona ab ipſis ſublata ſecur[illegible] neant & expendant, etiam in quacumque [illegible] ima quantitate.*

2654 Imò eadem ratione in *p. 5.* [illegible] Molina idem extendit ad Chriſtiano[illegible] in terris Turcarum manentes, cum [illegible] men limitatione, ut non adſit ſcand[illegible] damnum aliorum Chriſtianorum, [illegible] cium, perjurium, aut fractio fidelita[illegible] quam tenetur, qui ſub fide Regia [illegible] tur, aut negotiantur. Et aliqui potenſ[illegible] tur Diana] etiam in his caſibus pecca[illegible] dem Chriſtianos bona Turcarum ſurripi[illegible] non teneri tamen ad reſtitutionem [illegible] Quia contra Charitatem, Religionem, [illegible] fidelitatem peccant, non contra [illegible] commutativam. 2. Quia reſtituendo [illegible] rent vires hoſtibus Eccleſiæ. 3. Qui[illegible] quoad modum, quoad ſubſtantiam [illegible] tur conſenſus Principum Chri[illegible] Addit tamen:

2655 (Sed ego hanc ſententiam [illegible] approbarem, in caſu, quo inter Chri[illegible] nos. & Turcas adeſſet tempus treguæ [illegible] alicujus ſalvi conductus; in his enim [illegible] non poteſt præſumi conſenſus Princip[illegible] que quoad ſubſtantiam, neque quoad [illegible] dum] Ita Diana.

2656 Quantum autem ad Turcas [illegible] tes in locis Chriſtianorum [quidquid [illegible] neant (omninò dico non poſſe Chri[illegible] illorum bona ſurripere ſine pecca[illegible] onere reſtitutionis, ſi pacificè in noſtr[illegible] cis degant: Nam (ſecluſis ſcandalis, & [illegible] lis, quæ quidem vitari non poſſent [illegible] rantur ratione treguæ, ſalvi conductu[illegible] ut publici negotiatores ſub fide Regia [illegible] recurrit doctrina P. Dianæ *de nu.* 2655 [illegible] quia negotiatores ſolvunt ſuper merc[illegible] bita vectigalia principibus Chriſtian[illegible] promiſſio, & pactum eſt contractus, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad obligationem juſtitiæ. Vel morantur,ut perſonæ privatæ, ſive liberi ſive ſervi, & non ſunt ſubditi Principibus Chriſtianis; itáque quoad hoc ſunt uti alii ſubditi tractandi.

2657 Ex dictis ſequitur non peccare Chriſtianos in terris Turcarum exiſtentes, fraudantes gabellas à Turcis impoſitas; nec in terris alterius Principis infidelis, qui injuſto titulo poſſidet terras injuſtè Principi fideli ablatas. Diana *par.7.tract.7.reſ.65.v.num.* 707.

## QUÆRES III.

2658 *An uxor poſſit licitè vivere ex bonis mariti furto vel per uſuram acquiſitis?*

Reſolutionem dat Verricelli *tr.3.q.32n.4* occaſione alterius caſus: *An ſcilicet ſoror pauperrima poſſit licitè vivere ex cibis à ſorore adultera emptis ex pecunia ab adultero furata, dummodo ipſa eorum adulterio, aut furto non cooperetur* ? Et eſt, ut ſequitur:

„Poſſet excuſari hæc mulier ex altero capite: & ſuppono probabilem eſſe opinionem, licitè poſſe uxorem vivere ex bonis mariti per uſuram acquiſitis: ita Navarr. cap.17.*num.* 268. Vaſquez *de reſtit.cap.* 11. dub.3. Molina *tom.2.diſput* 330.*§.de uxore,* Layman.*lib.3.tract.*3.*cap.* 11. *in fine.* Con. Sylv.*v.Uſura* 8. *quæſt.*2. Quam tamen opinionem ego cum aliqua reſtrictione admitterem, nempè ſi pecuniæ uſurarum eſſent confuſæ cum aliis mariti, vel ab iſto expenſæ in emptionem ciborum, quia pecuniæ poſt confuſionem, & cibi empti ſunt in dominio mariti; ſecùs eſſet de ipſis pecuniis uſurariis in individuo extantibus, quia enim pecunias, utpotè alienas, mulier conſumere, & expendere nequit. Ratio hujus opinionis eſt, quia cum pecuniæ confuſæ, & cibi empti, ſint in dominio
„ mariti, qui ex juſtitia tenetur non ſolùm
„ reſtituere uſuras, ſed etiam ex juſtitia tene-
„ netur præbere alimenta uxori, iſta non pec-
„ cat, ſi accipiat, quod eſt ſibi ex juſtitia de-
„ bitum, etiam cum præjudicio creditorum,
„ ſeu ſolventium uſuras.

„ Eodem modo dici poſſet in caſu noſtro:
„ ſoror adultera, cum ſit minùs pauper, te-
„ netur ex juſtitia alere ſororem pauperrimam
„ Gloſſ.&DD *in l.qui filium.ff.ubi pupil.educ.*
„ *debeat.* Surdus *de alim. tit.q.* 25. ergo iſta
„ ſoror pauperrima innocens non peccat,
„ ſi accipiat cibos emptos ab adultera ex
„ pecunia furatâ, modò ipſam individuam
„ furatam pecuniam non accipiat.

De furto, agunt Scotus *in 3.diſt.*38.*quæſt.un. litt.A,in 4.diſt* 15.*q.*2.*litt.KK,* Maſtr.*in theolog.mor.diſp.9.q.*1. Joan.la Crux,*pag.*140. Bonac.*tom.2.pag.*535. Diana *p.5.tr.* 13.*reſ.* 98-*tr.5.reſ.34.par.1.tr.6.reſ.34. & alibi.* Tamb. *tom.1.pag.*216. Buſemb. *lib.3.tr.5.* Cardenas *diſ.*23. Mendo, *de furto ſacrilego : vide nu.* 460.*&* 254.*n.*1521.

# CAPUT IV

## *De Reſtitutione.*

2659 RESTITUTIO, ſecundùm nomen, ex D.Thoma, *eſt alicujus in ſua poſſeſſione, aut dominio iterata ſtatutio.* Secundùm rem, per Juriſtas: *Eſt actus juſtitiæ, quo reparatur ad æqualitatem damnum proximo illatum per injuriam.* Per Scotum *in 4. diſt.* 15.*q.un.litt AA. Eſt reductio juſtitiæ commutativæ ad æqualitatem.* Injuria, alia eſt materialis, quando damnum eſt illatum inadvertenter, aut bona fide; alia formalis, quando eſt illatum ſcienter, ut cum ſcienter quis rem alterius ſurripuit, aut ſi bona fide accepit, accedente mala fide retinet, & non vult reſtituere.

2660 Obligatio reſtitutionis ſolùm oritur

ex juſtitia commutativa læſa; unde ſi læſio ſit contra charitatem, aut aliam virtutem, non obligat ad reſtitutionem. Imò neque ad reſtitutionem obligat juſtitia diſtributiva læſa, niſi ſit ei annexa juſtitia commutativa: *v. num.* 2355.

Hinc Prælatus conferens beneficium non curatum digno, omiſſo digniori, peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem; quia ſolam juſtitiam diſtributivam lædit. Si verò relicto digniori conferat digno beneficium curatum, & peccat, & tenetur ad reſtitutionem; quia lædit juſtitiam commutativam; nam eo ipſo, quòd Prælatus indicit concurſum, fit contractus quidam innominatus: *Do, ut des*; ac proindè Clericus ad examen accedens, ſi ſuo competitori prævaleat, acquirit jus ſtrictum ad petendum, ut illi detur: *v. num.* 1281. quod eſt objectum juſtitiæ commutativæ.

2661 Ad beneficia autem, ex Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. promovendi ſunt *digniores*. Nec dicas Concil. per ly, *digniores*, ſumere comparativum pro poſitivo, aut id dicere ſolum ad excludendos indignos; quia eſt extorta expoſitio, dum Conc. clarè utitur comparativo, illudque replicat: *Digniores, & Eccleſiæ magis utiles*: *v. in prop.* 47. *ab Innoc. XI. damn. vide num.* 1282. *& ſeqq.*

2662 Quod ſi in concurſu duo reperiantur æqualis meriti, non poteſt Prælatus aliquid ab uno recipere, ut illi præ alio conferat; & ſi accipiat, tenetur reſtituere, quia ex Jure Can. beneficia ſunt conferenda gratis: *v. in prop.* 22. *ab Alex. VII. damn.*

## RADICES RESTITUTIONIS

2663 SUnt quatuor. 1. Ex injuſta acceptatione, aut retentione. 2. Ex re accepta. 3. Ex damno illato. 4. Ex contractu. *Injuſta acceptio* habetur, cum quis rem alterius ſcienter invito rationabiliter [illegible] ſurripit; & dicitur poſſeſſor malæ fidei. *Ex re accepta*; cum quis rem alterius bona [illegible] cepit, ſeu poſſedit; & dicitur poſſeſſor [illegible] næ fidei, qui ſtatim ac advertit, & [illegible] cognitionem, rem eſſe alterius, [illegible] ſtituere, ut infrà, aliàs incepit eſſe [illegible] tentor: *Dammum illatum*; ut cum [illegible] actionem injuſtam damnum alteri [illegible] occidendo, ſegetes comburendo, [illegible] *contractu*, & hoc dupliciter. 1. Ex [illegible] ctu injuſto, qui ſi fuit advertenter [illegible] lebratus, æquivalet injuſtæ acceptioni [illegible] na fide, rei acceptæ. 2. Ex contractu [illegible] ſed poſteà læſo, vel ob pacta, & [illegible] nes non obſervatas, vel ob moram culpabilem in ſolvendo, elapſo termino.

2664 Obligatio reſtitutionis ex [illegible] nempè ex injuſta acceptione, [illegible] ex re accepta ſupervenienete mala [illegible] damno illato, & ex injuſto contractu, [illegible] oritur in foro conſcientiæ, niſi adſit [illegible] juſta externa, quæ ſit peccatum [illegible] quia pœna debet eſſe porportionata [illegible] unde pœna gravis, qualis eſt de re [illegible] re gravi ſub onere peccati mortalis, [illegible] ſupponere debet culpam mortalem. [illegible] ſe debet culpa efficaciter, & effectivè [illegible] juſtitiam commutativam, qualis eſt [illegible] injuſta externa. Unde, qui damnum [illegible] ſus in ſuis bonis ſine culpa mortali [illegible] putare debet fulmen de cœlo cecidiſſe, [illegible] rem ſuam conſumpſiſſe; reputatur, [illegible] caſus fortuitus. In foro externo ſufficit [illegible] pa legalis. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 4. *tr.* 5. *cap.* [illegible] ex Com.

2665 Hinc 1. qui habuit voluntatem [illegible] cacem rapiendi, aut retinendi rem [illegible] ſed retractata voluntate non fecit, non [illegible] tur ad reſtitutionem, quia peccavit [illegible] ter, ſed peccato interno, per actionem [illegible]

...ſum, non extremam, ſed internam, contra ...um præceptum.

2666 2. Qui furatus eſt quid modicum, cum intentione continuandi uſque ad quantitatem notabilem, ſed ad eam non pervenit; non tenetur ſub mortali, ſed ſolùm ſub veniali ad reſtituendum illud modicum ablatum; quia licèt peccavit peccato mortali internè, culpa extrema non fuit gravis. Similiter non tenetur ad reſtituendum, ſi damnum grave intulit, v. gr. incendit ſegetem, venenum dedit; ſed ſinè culpa, aut cum ſola culpa veniali, ratione inadvertentiæ, aut indeliberationis actus. Omnino vide. *tom.* 2. *à num.* 116.

2667 Obligatio verò reſtitutionis ex contractu, oritur etiam ſub mortali ex ſola culpa juridica, ſinè culpa theologica, ſeu mortali; quia non oritur ex delicto, ſed ex conventione, & pacto in ipſa natura contractus imbibito. Maſtrius *diſp.* 7. *quæſt.* 2. *num.* ...

2668 *Culpa juridica* (ait Fenech.) *eſt omiſſio diligentiæ, quam quis adhibere tenetur. Eſt triplex, lata, levis, & leviſſima: lata eſt omiſſio diligentiæ, quam communiter adhibere ſolent homines ejuſdem conditionis, vel majores eorum; ut ſi quis librum commodatum reliquit in loco publico, unde ſurripiatur. Tūc dicitur periiſſe culpa lata commodatarii. Levis eſt omiſſio illius diligentiæ, quam homines diligentes ſuæ conditionis adhibere ſolent; ut ſi quis rem commodatam reliquit in cubiculo, ſera non obſerata; tunc dicetur periiſſe culpa levi illius. Leviſſima eſt omiſſio illius diligentiæ, quam homines diligentiſſimi ſuæ conditionis adhibere ſolent, ut ſi rem commodatam reliquit in cubiculo, quod putavit obſeratum, ſed non tentavit, an eſſet bene clauſum, & revera non erat clauſum; tunc dicetur periiſſe culpa leviſſima.*

*In contractibus factis in favorem ſolius dantis, ut eſt depoſitum, non venit, niſi dolus, & culpa lata. In contractibus factis in favorem ſolius recipientis, ut eſt commodatum, venit etiam culpa leviſſima.*

2669 In contractibus factis in favorem utriuſque, tum dantis, tum recipientis, ut ſunt pignus, venditio, locatio, &c. venit culpa lata, aut levis, ſed non leviſſima; unde ſi commodas Petro equum ad inviſendum communem amicum, tenetur Petrus ad reſtitutionem, ſi equus pereat ex culpa lata, aut levi; minimè, ſi ex leviſſima. Tamb. *v. nu.* 649.

2670 Depoſitarius, ſi ſalarium accipiat, tenetur etiam ex culpa levi; quia tunc depoſitum evadit factum in gratiam utriuſque; tunc námque, cum depoſitarius accipiat pretium, tenetur ex juſtitia rem depoſitam majori diligentia cuſtodire.

2671 Eos, qui ex officio ad impediendum damnum tenentur & non impedierunt, non teneri ad reſtituendum, niſi ex culpa lata, ait Bertaldus; quia non tenetur quis in ſuo officio ad diligentiam majorem ea, quam homines talis profeſſionis ſolent ordinariè adhibere.

2672 Caſus fortuitus, *eſt inopinatus eventus rei, quem humana providentia prævidere non poteſt, neque impedire; ut mors equi abſq; ulla culpa, tempeſtas maris, ruina domus, naufragium, vis fluminis, & ſimilia.*

2673 *Nullus tenetur regulariter ad damnum, quod intervenit caſu fortuito, niſi in tribus caſibus.* 1 *Quando culpa præceſſit caſum, ut qui equum commodatum uſque Florent. amduxit Bononiam, & in itinere Bononiam verſus raptus eſt à latronibus; tunc enim culpa præceſſit.* 2. *Quando præceſſit mora culpabilis, & per hanc pretii apud commodatarium; dummodo tamen non eſſet etiam res peritura apud dominum; licèt in foro externo etiam tenere-*

 *tur,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tur ſi eſſet peritura apud dominū caſu fortuito*
*3. Quando intervenit pactum, quo quis ſe obligavit ad caſum fortuitum.* Ità Fenech.

2674 Obligatio reſtitutionis ex contractu injuſto, nedum oritur ex culpa mortali commiſſa in celebratione contractûs, ſed etiam ex culpa juridica contra innocentem, etiam ſi hæc contingat poſtea ſinè peccato, putà quia ad malitiam gravem non advertit; alioquin pejoris conditionis eſſet, qui juſtè contraxit, eo qui injuſtè, ſi ſola culpa juridica illum obligaret, non iſtum. Unde ſi Petrus minis coëgiſſet Paulum ad locandum ei vili pretio equum, tunc ſi equus conductus moreretur ex ſola culpa juridica conductoris, teneretur conductor, nedum ad reſtituendum pretium juſtum conductionis ex injuſtitia contractûs, ſed etiam pretium equi ex culpa juridica, in caſu non ſolùm lata, aut levi, ſed etiam leviſſima; quia hic contractus locationis, qui aliàs fit in gratiam utriuſq; in præſenti eſt factus in gratiam ſolius recipientis.

2675 Qui utitur depoſito, aut locato, v.gr. pecunia, equo, &c. & hac cauſa pereat, aut fiat deterior, tenetur reſtituere, quia exceſſit modum depoſiti, & locati.

2676 Commodatarius non tenetur reſtituere lucrum perceptum ex negotiatione pecuniæ in commodatum ad pompam acceptæ. Clericatus *c.* 82. *n.* 18. quia ex ſua induſtria provenit: *vide n.* 2376.

Quod procedit à fortiori; quia neque fur tenetur reſtituere lucrum perceptum ex negotiatione pecuniæ furtivæ, niſi dominus eſſet pariter ex ea lucraturus; quia tale lucrum ex ſua induſtria procedit.

Tenetur tamen reſtituere lucrum, quod ex re ipſa fructifera commodata percepit, putà partus ex illa natos; aut lucrum, ſi eam locavit. Clericatus *cit.* Quia hi fructus domino cedunt: *v. n.* 2694.

## QUI RESTITUERE TENEANTUR.

2677 AD reſtitutionem tenentur ... lùm qui proprio fa... damnum inferunt tertio, accipiendo ... do, damnificando; ſed etiam, qui ... & cum effectu ad damnum alterius ... cooperantur, qui continentur hoc verſu:

*Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,*
*Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.*

Iſti reſtituere tenentur in ſolidum, ... tum in defectum exequentis, ſi ſunt ... cax, ut damnum fiat; & id non ... ſed certò ſciant.

Priores ſex cooperantur poſitivè, po... riores tres privativè, quatenus ... ſtitia, ſeu officio, damnum impe... impediunt.

*Juſſio*, ſignificat eum, qui jubet, ... ſive expreſsè, ſivè tacitè, & ſignis, ... fieri. Qui ratum habet damnum ... factum, ad reſtitutionem non tenet... lum ſui præceſſit mandatum. aut ... quia ratihabitio præſens non eſt ... præteriti.

*Conſilium*, ſignificat conſulentem, ... reſtitutionem tenetur in defectum ex... tis: *v. n.* 2100.

*Conſenſus*, ſignificat eum, qui con... dat, ut furtum fiat, qui eſt fautor.

*Palpo*, qui approbat, & laudat.

*Recurſus*, qui dat refugium, & ... tem.

*Participans*, qui eſt ſocius, adjutor ... nis, partem prædæ recipit, facit pro ... cubias, inſtrumenta ad furandum ... alio modo cooperatur.

Bu... ait, præfatos non teneri ad reſtitu-
...; ſi efficaciter tantùm concurrant, non
...tantiam, ſed ad circumſtantias, & mo-
...dus damnoſi, v. g. ſi quis tantum im-
...lium, ut citiùs, vel animoſiùs, hoc, vel
...loco, vel modo noceat.

2678 *Mutus*, qui ſilet, *non obſtans*, *non manifeſtans*; non tenentur reſtituere, ſed ſo-
...peccant contra charitatem, ſi non te-
... impedire ex juſtitia, & comodè poſ-
...tenentur autem ad reſtitutionem, ſi im-
... teneantur ex juſtitia, nempè ex contra-
... officio. Tales ſunt Principes, & Ma-
..., qui poſſunt, & negligunt impedire
...

2679 Tutores non impedientes damna
..., aut aliorum, quorum curam ſu-
... Famuli, qui negligunt impedire
...; & cuſtodes gabellarum, ſi permittant
...fraudare gabellas; imò ſi non manife-
.... Nam *qui cauſam damni dat, damnum
...diſſe videtur: vide propoſit. 39. ab In-
... damn.* Dicti cuſtodes tenentur reſti-
... damnum, quòd domini patiuntur ex de-
... ſolutione gabellarum, minimè ex de-
... ſolutione pœnæ. Bonac. *tom. 2. de reſt.
... q. 2. pun. 11. n.* 11. Quia mercatores
... non tenentur, niſi deprehenſi:

2680 Præfati ſi non impediant vero me-
... mali proprii, aut ſuorum, putà
..., &c. nec peccant, nec ad reſtitutionem
..., quia licèt per cooperationem ſint
... phyſica, non ſunt cauſa moralis damni,
..., quitenùs hoc non imputatur tunc
...aliter, quia juſtitia eos non obligat
... ſervanda, & cuſtodienda bona alte-
... prudenti periculo jacturæ boni pro-
... ordinis: valida eſt ratio: *de num.*
... imò Arsdekin *in tom. 2. pag. 331. n. 7.*
... tenet de poſitivo cooperatore ad fur-
... per actionem ex ſe indifferentem, putà
tenendo ſcalam, &c. in caſu metus gravioris
mali proprii.

2681 Caſus: *Plures officiales, quibus ex officio, & juſtitia incumbit cura exigendi annuos reditus cujuſdam domini, unitim fraudant, & ſummam fraudis pro ſingulis dividunt, eamq; dant etiam uni, cui fraus diſplicet, adeóq; ipſe non fraudat, ſed portionem ab eis accipit, quia rationabiliter timet mortem, ſi ſe manifeſtet nolens, prudenter diſcernens, eos parte ſibi dare, ut ſint tutiores, ne manifeſtentur; ipſe autem ſuam portionem fraudis, quam recipit occulte, reſtituit domino: quæritur an peccet, & teneatur ad reſtitutionem in ſolidum?*

Reſpondeo, non peccare, nec teneri ad reſtitutionem in ſolidum; quia iſte utiliter gerit rem domini; nam alii ſupponuntur determinati ad furandum; unde ſi hic non adeſſet, & portionem non reciperet, eam pro ſe ſurriperent illi, & propterea etiam ea privaretur dominus, cui iſte reſtituit. Tum quia iſte non dicitur fur, nec cooperatur ad furtum; non quidem per portionem, quam recipit, quia eam non recipit ad retinendum, ſed ad reddendum domino, ac ad mortem vitandam; nec per portionem aliorum, ad quam cooperatur; quia illa reſpectu aliorum, non reſpectu hujus eſt furtum; nam reſpectu hujus dominus non eſt invitus, & ſi invitus, non rationabiliter invitus; quia non poteſt dominus rationabiliter; & juſtè prætendere, ut ſuus officialis rem ſuam cuſtodiat cum jactura boni ſuperioris ordinis: *v. n. 229. & 231.*

2682 Si determinato ad majus malum inferendum determinatæ perſonæ, quod non potes avertere, conſulas minus malum inferendum eidem, v. gr. determinato ad occidendum Petrum, conſulas, ut furetur, aut eum verberet; & determinato ad furandum centum à Petro, conſulas, ut furetur quinquagin-

quaginta ab eodem; nec peccas, nec ad reſtitutionem teneris; quia geris utiliter rem domini, qui non eſt rationabiliter invitus. Peccas autem, & ad reſtitutionem teneris in defectum furis, ſi conſulas minus malum inferendum alteri, de quo ille non cogitaverat, quia tale conſilium eſt in præjudicium, & damnum tertii, quòd illud paſſurus non erat. Si verò fur eſt determinatus ad furtum, ſed anceps manet, an debeat furari à Petro paupere, vel à Paulo divite; ſi non poteſt averti, licitum eſt conſulere, & monere in genere : *Majus malum eſſe furari à paupere, quàm à divite*; quamvis enim illicitum ſit facere malum, ut veniat bonum, v. gr. committere uſuram, ut inde redimatur vita captivi, non eſt illicitum, determinato ad majus malum conſulere minus: *v. à n. 376.*

2683 Confeſſarius, ſi culpabiliter omiſit monere pœnitentem de reſtitutione, peccavit mortaliter, & tenetur monere pœnitentem, ſi ex ejus taciturnitate motus fuit ad credendum ſe non teneri: non tenetur autem, ſi non moneat ipſe in defectum pœnitentis reſtituere; quia *non tenetur ex officio, & juſtitia proſpicere bonis temporalibus aliorum, ſed bono ſpirituali pœnitentis.* Fenech. Si vero poſitivè diſſuaſit reſtitutionem debitam, vel ſuaſit ſolutionem indebitam culpabiliter, tenetur monere de errore, aliàs tenebitur ipſe reſtituere in pœnitentis defectum; ſi inculpabiliter, tenetur monere, ſi commodè poteſt; aliàs tenetur ipſe, uti ex re accepta; ſi verò non poteſt commodè, non tenebitur ad reſtitutionem. Leander.

2684 Qui ſine vi, fraude, aut mendacio impedivit alium ab obtinenda re ei ex juſtitia non debita, v. gr. ab officio, beneficio, &c. peccavit mortaliter, ſi id fecerit ex odio, & non ex juſta cauſa; at non tenetur ad reſtitutionem, quia non peccavit contra juſtitiam; ad eam autem tenetur, ſi impedierit per fraudem, aut mendacium, & ille erat dignus, & habebat ſpem; minimè, ſi erat indignus, ſi dignus, ſpem non habeat; quia ... dignus, & habens ſpem, qui eum fraude ... divit, fuit cauſa efficax damni, & quilibet habet jus ſtrictum, ut non impediatur ... officio, quo eſt dignus, & ad quod ... dum habet ſpem, hinc ille reſtituere tenetur ... prudentis viri judicio juxta probabilitatem ...

2685 Quando patiens damnum condonavit cauſæ principali, liberantur minus principales, non è converſo.

2686 Debitor, qui ſe compoſuit cum creditoribus minori ſumma contentis, ... liberè, & revera contenti, liberatur ab ... ſolvendi exceſſum, etiamſi poſtea devenerit ad pinguem fortunam; quia talis compoſitio ... quædam remiſſio, & ſpecies donationis ... vendum eſt, ne ſit fraus, aut metus ... creditor eſt contentus, non liberè, ... quatenùs agnoſcit, quòd attenta ... potentia, & conditione, ſi non acceperit minorem ſummam, ſe ponit in periculo ... tendi totam; & tunc non liberatur ab ... reſtitutionis debitor; benè verò, ſi ... paupertate debitor; creditor verè miſericordiâ motus partem remittat.

2687 *Qui occidit alterius animal ... poſſeſſionem damnificans, peccat mortaliter ... ad reſtitutionem tenetur; quia non ... occidendi, ſed tantùm expellendi, & ... nè exigendi. Niſi aliter proprium damnum ... pedire non poſſit. Turrianus particulariter ... de eo, qui alienam domum vicinam ... per quam ad ſuam incendium erat perventurum.* Fenech.

Ex damno illato à proprio ſervo, ... mali, non tenetur dominus in foro conſcientiæ reſtituere, ſi ipſe in culpa non fuit, ... in foro externo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2688 Quando plures damnum intulerunt, ita ut teneantur ſinguli in ſolidum, ut *in furto*, ſi actio fuit lucrativa, primo loco rem ablatam reſtituere tenetur ille, apud quem extat, aut qui malâ fide conſumpſit, & in ejus defectum cooperatores. Si actio lucrativa non fuit, ut in occiſione, incendio, detractione, damnum primo loco tenetur, qui fuit cauſa primaria damni, nempe mandans, vel executor, & in ejus defectum, vel quia non velit, vel quia non poſſit, ad reſtitutionem tenentur cooperatores: *v. n.* 2100.

QUID RESTITUENDUM.

2689 Reſtituenda eſt eadem res in individuo, ſi extet.

2690 Fructus rei ſunt triplicis generis: *mere naturales*; qui abſq; labore, aut induſtria, vel ſaltem cum modica, ex re naturali proveniunt, ut fructus arborum, fœtus animalium: *Mere induſtriales*; qui non procedunt ex natura, cum ſit ex ſe infructifera, ſed ex induſtria hominis, ut lucrum ex pecunia negotiationi expoſita: & *Mixti*; qui procedunt ex re fructifera, ſed cum multa induſtria hominis, ut frumentum ex ſegete, vinum ex vinea, lana, &c. hoc præmiſſo.

2691 Magna eſt differentia inter poſſeſſorẽ bonæ fidei, ſeu qui tenetur ex re accepta, & inter poſſeſſorem malæ fidei, ſeu qui tenetur ex injuſta acceptatione, aut damnificatione.

POSSESOR BONÆ FIDEI

Quando venit in cognitionem, quòd res non ſit ſua, tenetur eam reſtituere, unà cum fructibus, ſi extent: & ſi non extent, tenetur reſtituere id, in quo factus eſt ditior. Sit exemplum ex Arsdekin; veſtem à fure donatam bona fide accepiſti, & attriviſti, comparet poſtea dominus, tunc ſolùm teneris ei reſtituere veſtem attritam, & inſuper quantùm tuo veſtimento pepercisti; quia ſolùm in eo factus es ditior. Quòd ſi veſtem pretio emiſti, nihil præter veſtem attritam reſtituere teneris. Item ſi veſtis ſit conſumpta; imò ſi eam perdidiſti, aut tua culpa deſtruxiſti, ad nihil teneris, ſi in nihilo factus ſis ditior; quia ſtante bona fide, non peccâſti contra juſtitiam.

*2692* Si bona fide rem alienam tibi donatam, v. gr. veſtem, vendidiſti, teneris reſtituere pretium, ſi pretium extet, & non veſtis; ſi verò veſtis extat apud emptorem, curare debes, ut reſcindatur venditio, & reſtituatur veſtis, reddito pretio emptori; quia factus es ditior: *v. n.* 832. Si verò eam alteri gratis donâſti, aliàs non donaturus, ſi tibi non fuiſſet bona fide donata, ad nil teneris, ſed ſolùm debes ex charitate indicare domino, ubi res extet quia nihil habes, quod aliàs non haberes.

*2693* Quantum ad fructus, reſtituere tenetur fructus naturales, & mixtos, minimè induſtriales, quia ſunt pars rei, deductis tamen expenſis, & laboribus; imò ſolùm tenetur reſtituere fructus, quos habet à tribus annis infrà, minime quos habet à tribus annis ſupra; quia horum, utpote mobilium, acquiſivit dominium per præſcriptionẽ; quinimò etiam ipſam rem præſcribere poteſt, ſi habeantur cõditiones præſcriptionis: *de n.* 2335. Ex jure ſufficit, quòd ultima dies triennii ſit inchoata: *v. n.* 2338.

POSSESOR MALÆ FIDEI

2694 Reſtituere tenetur, omnimodam æqualitatem ſervando. Adeóque reſtituere tenetur rem eamdem in individuo, & bonitate, ſi extat, vel tantumdem in ſpecie, aut genere, ſeu pretio, ſi non extat, etiam ſi ſine ſua culpa perierit. Item tenetur reſtituere omne damnum, & intereſſe, ſive damni emergentis, ſive lucri ceſſantis, &c. quia fuit injuſta cauſa damni; in qua re fieri

poteſt compoſitio cum dominis, qui ſolent multùm remittere. Inſuper omnes fructus tam naturales quàm mixtos, deductis ſuis expenſis, & laboribus, ſive hi Fructus extent, ſive non; quorum nihil præſcribere poteſt, quia non debet lucrum ex injuſtitia reportare.

Non tenetur autem reſtituere fructus induſtriales; quia hi non correſpondent rei alienæ, ſed propriæ induſtriæ. Unde ſi uſurarius centum aureos, quos lucratus eſt ex uſuris, exponat licitæ negotiationi, & inde lucretur viginti, tenetur reſtituere priores centum aureos, viginti verò poteſt licitè pro ſe retinere. Similiter ſi Fur pecunia ablata ludat, & lucretur, non tenetur reſtituere lucrum, quia eſt fructus induſtrialis. Niſi dominus fuiſſet pariter lucraturus.

2695 Si dum res aliena mala fide detinetur, creſcat, ſeu ejus pretium augeatur, domino creſcit, adeòque illi debetur. Unde ſi frumentum ablatum menſe Auguſti retineas menſe Maii, non ſatisfacis, ſi ſolvas pretium, quod valebat menſe Auguſti, ſed frumentum reſtituere debes menſe Maii cum ſuo melioramento.

Si verò pereat, aut deterior fiat, naturaliter, caſu fortuito, hoſtium incurſione, *&c.* ita tamen, ut prudenter exiſtimetur, æquè perituram fuiſſe apud dominum, non tenetur ille ad reſtitutionem; quia per hoc, quòd res erat apud furem, nullum novum damnum incurreret, quod non apud dominum.

Si verò apud dominum peritura non fuiſſet, aut damnum paſſura, tenetur injuſtus detentor reſtituere pretium, etiam ſi ſine ſua culpa perierit: quia per ſuam injuſtam acceptionẽ, ſeu detentionẽ, fuit cauſa efficax damni.

Denique ſi res apud dominum erat peritura, & apud furem extat incolumis, domino extat: quia ſicut quando creſcit, domino creſcit; ita quando extat, domino extat.

2696 *Exemplum.* Fur ſurripit è navi Petri quaſdam merces, quas tranſportat in propriam navim: accidit die ſequenti, quòd tempeſtate pereant ambæ naves, unà cum mercibus, ſalvis hominibus: ad nil tenetur fur. Si verò ſola navis Petri pereat, & navis furis ſalvetur, tenetur fur reſtituere merces ablatas Petro.

2697 Quando plures concurrunt ad unum damnum, ſeu furtum; ſi id faciant ſeorſim, non tenentur ſinguli plus reſtituere, quàm per ſe ceperunt; quia ſunt cauſæ partiales partis effectus. Si autem id fecerunt mutuo conſenſu, & auxilio, tenentur ſinguli in ſolidum, nempè reſtituere totum in defectum aliorum, cum jure poſteà repetendi ab eo; quia mutuo illo conſenſu, comitatu, & auxilio ſuo habuerunt influxũ efficacem in totum furtum, & damnum, quod ex confidentia mutua, comitatu, & auxilio, fuit illatum; unde ſinguli dicuntur cauſa totalis totalitate effectus.

Quòd ſi duobus furibus per ſe ... ad aliquod certum furtum, ſuperveniat ... us, & ſimul cum eis furetur, tenetur ſolum ad ſuam partem, Si verò in effectu duo non erant ſufficientes ad furtum, v.g. ad frangendam januam domus, ad excutiendas, &c. & auxilio tertii ſatisfecerunt, tenetur tertius in ſolidum; quia in re fuit ... efficax totius furti, & cauſa totalis totalitate effectus; *vide in tom. 2. n. 15.*

2698 Quando damnum eſt incertum, reſtitutio eſt facienda ſecundum æſtimationem experti: v.gr. ſi animal tenere ... occidiſti, ſi recentes arbores, aut immaturas ſegetes incendiſti, reſtitui debet tantum, quanti tempore meſſis valuiſſent, non tamen adæquatè, ſed deductis laboribus, & expenſis, ac habita ratione periculi.

2699 Qui eſt certus, quòd res ſit Petri, vel Pauli, dubitat verò, an determinatè ſit Petri, vel Pauli, tenetur utriq; dividere pro rata dubii; *v. n. 40. & n. 111.*

2700 Poſſeſſor malæ fidei in foro exter-
no, tantùm detrahere poteſt expenſas neceſ-
ſarias factas pro re domini, v. gr. pro virida-
rio, &c. minimè voluntarias, & utiles; idq; in
pœnam delicti; at in foro conſcientiæ poteſt
[illegible] illas detrahere; quia ſicut melioramen-
ta, quibus res eſt à fure facta melior, & fru-
ctuoſior, cedunt domino, eiq; utilitatem affe-
runt, juſtum eſt, ut ille expenſas pro eis fa-
ctas ſibi detrahat.

### ACQUISITA OB TURPEM CAUSAM

2701 NOn ſunt reſtituenda, niſi in caſi-
bus, in quibus lex humana facit
[illegible] acquirentem. Talia ſunt acquiſita
per ſimoniam realem de quibus: *n.* 1263. &
[illegible], pro ſponſionibus ſuper vita, & morte,
[illegible] electione Summi Pontificis, & Car-
dinalium; quæ ſunt reſtituenda, non ipſis dan-
tibus, ſed pauperibus in pœnam, ex Bullis Gre-
gorii XIIII, & Clem. VIII.
[illegible] in caſibus, in quibus non adeſt
[illegible]; quia licet conventio, & pactio pro
[illegible] illicito patrando ſit illicita, & non ad-
implenda, ſemel autem patrato opere illicito,
[illegible] homicidio, fornicatione, &c. non eſt il-
licitum petere, & dare pretium promiſſum;
[illegible] illa, quæ venditur, eſt in ſe pretio
[illegible]. Imò meretrices poſſunt pretium
[illegible] judicio, quia meretricium in foro
[illegible] toleratur; non ſic aliæ mulieres.

2702 In foro externo non oritur obliga-
tio [illegible] promiſſum ob opus turpe fa-
ctum, [illegible] excepto meretricio, ex *leg. eleganter, ff.*
[illegible] *obligat.*

2703 Judex, qui dedit ſententiam ob pre-
tium, [illegible] ſententia eſt juſta, non poteſt recipere
[illegible], & ſi recipit, tenetur reſtituere, quia
[illegible] juſta eſt debita; adeóque non poteſt
[illegible]. Si ſententia eſt injuſta; ante ſenten-
tiam [illegible] reſcindere contractum, reſtitu-
to pretio; ſed ea data, poteſt licitè petere, &
accipere pretium, quia vendidit operam ſuam
uni parti non debitam; at tenetur reſtituere
damna illata alteri parti. Tambur. *tom.* 1. *c.* 5.
§. 5. *n.* 13.

2704 Accepta per ſimulationem pauper-
tatis ſunt reſtituenda. Scotus *in* 4. *diſt.* 15. *quaſt.*
2. *lit. X*, quia deceptus in conditione, ob quam
donat, non liberaliter donat; ex qua ratione,
ſicut quando donas alicui, quem putas pro-
pinquum, ſi talis non eſt, donatio eſt nulla; ita
quando donas eleemoſynam alicui, quem pu-
tas egenum, ſi talis non eſt. Soto, & Baſemb.
id cōcedunt de eleemoſyna magna, negant de
parva, quia magna dari ſolet ſub conditione,
paupertatis, non ſic parva. Sed ratio Scoti eſt
univerſalis; unde ejus ſententiam ſequitur
Navar. & vocat communem.

2705 Accepta per hypocriſim, v. gr. Be-
neficium, Officium Eccleſiaſticum, ut Pro-
vincialatus, &c. eſſe reſtituenda, ſeu renun-
cianda, tenent ex noſtris Faber, & Aretinus, ſi
hypocriſis fuit cauſa finalis, & motiva apud
electores; quia deceptio cauſat involunta-
rium, adeóque reddit contractum nullum.
Negant Soto, & Azorius; item Navar. præ-
ſertim quoad beneficia Eccleſiaſtica; quia
Prælati, licèt bonitatem concurrentium dili-
genter perſcrutentur, poſteà tamen, quando
conferunt, abſolutè, & non conditionaliter
conferunt.

2706 *Hypocrita* eſt qui talem ſanctitatem
fingit, qua prætendit apud homines aliquid
bonitatis, quam non habet. Unde hypocrita
non eſt, qui ſuum peccatum occultat, nil bo-
nitatis ultrà ſtatum communem ſuæ Religio-
nis, & conditionis prætendens. Hypocriſis eſt
de ſe venialis; eſt autem mortalis, ſi fiat cùm
injuria, aut damno gravi proximi, ut cùm
quis fingit ſanctitatem ad obtinendum offi-
cium, & dignitatem, &c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2707 *Fraudantes gabellas juſtas*; non peccare, nec ad reſtitutionem teneri, niſi ſint cuſtodes, ſeu obligati ex officio, tenent Duardus, Henriquez, Angelus, Navarr. Caſtrus, Sà, Poncius, & alii; quia lex de gabellis non imponitur per verba præceptiva, ſed ordinativa. Tum quia eſt lex civilis purè pœnalis; adeóque ſolùm obligat in foro externo, & ad pœnam; non in foro conſcientiæ, & ad culpam. Nec officit, ſi fraudes cedant in damnum ementium gabellas; quia illi ſciunt fraudes contingere, & tamen emunt, & conducunt illas; imò cum hoc periculo emunt, & ob illud ſolent viliùs emere, aut conducere. Denique id, quod amittunt cum multis, compenſant cum aliis, quos in fragranti inveniunt. Ità illi: *vid. num.* 1657.

2708 Dico tamen, nedum cuſtodes, ſed etiam alios peccare, & ad reſtitutionem teneri, niſi juſtus titulus compenſationis adſit. Maſtrius *in theol. mor. diſp.* 6. *n.* 19. Faber, Lugo, Jo. la Crux; quia gabellæ juſtæ non debentur Principi in pœnam, ſed in tributum, & ut ſtipendium jure naturæ debitum Principi. Et ſicut Princeps tenetur jure naturæ cuſtodire ſubditos, eorum mœnia, & turres, eóſque defendere ab hoſtibus; ità viciſſim, jure naturæ, tenentur ſubditi dare Principi ſubſidium congruum ejus ſuſtentationi, & ad bonum publicum ſuſtinendum; hinc ait Chriſtus, Matth. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ ſunt Dei Deo*: *v. à num.* 173.

2809 Illud certum eſt, poſſe deputatos ad exigendum diſſimulare cum pauperibus, qui vix ſolvere valent, ut advertit Mendo *in epit. ver. Gabellan*, 12.

2710 Inſuper addit Mendo *cit. nu.* 6, cum Silveſtro, & aliis, quòd læſus à Rege, ſi concurrant conditiones ad compenſationem requiſitæ; *de n.* 2641. poſſit compenſare non ſolvendo gabellas, etiamſi iſtæ ſint alicui privato locatæ, aut venditæ; quia ſemper minori pretio locantur, aut venduntur, ob reſpectum ad fraudes. Cæterùm hæc ſententia non eſt practicanda in caſu, quo gabellæ ſunt alicui privato venditæ; quia tunc eſt earum translatum dominium à Rege in privatum. Et talis libertas poſſet eſſe cauſa emptorem depauperandi.

2711 Item etiam in ſententia oppoſita, quòd non ſit peccatum fraudare gabellas, mercator aut alius, qui occultè merces introduceret non ſolvendo gabellas, non poſſet ſine peccato, & onere reſtitutionis illas ab emptoribus exigere, ſed deberet minori pretio vendere; aperta námque injuſtitia eſt, velle ab emptoribus recuperare pretium gabellæ, quod ipſe fraude non ſolvit.

2712 Dixi, *fraude non ſolvit*; quia ſi à Gabellotis fuiſſet mercatori pars aliqua gabellæ remiſſa, ex fine eum magis confirmandi ad merces deferendas, tunc poſſet partem exigere; quia ipſi cedit, cum fuerit eidem in ſuæ perſonæ gratiam à Gabellotis remiſſa, ut dicta emptore *num.* 2464.

## QUÆRES.

2713 *An quis aliquid accipiens, ne accuſet, teneatur ad reſtitutionem?*

Difficultas procedit poſt delictum, v. g. furtum, homicidium, &c. commiſſum, quod nō pendet in futurum, nec reparari poteſt, aut ad reparandum quis non tenetur; minimè ante; quia ante, certum eſt in caſu delicti patrandi teneri ad reſcindendum contractum, & reſtituendum pretium, ut *in n.*... Hoc præmiſſo.

Reſp. cum diſtinctione. Si hic habet jus ad accuſandum, non tenetur ad reſtitutionem, quia tale jus eſt pretio æſtimabile. Si vero habet jus ad accuſandum, & inſuper ad id tenetur ex juſtitia, quatenus tenetur ex officio...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

puta ſiet Officialis, ſi ſalarium accipit, &c. tenetur ad reſtituendum damnum domino, cujus eſt Officialis, minimè pretium acceptum delinquenti, ne accuſet, ne impediat, &c. ut num. 2679. Quia licèt deliquerit contra juſtitiam erga dominum, cujus eſt Officialis, & proinde teneatur ad reparanda illi damna, non deliquit contra juſtitiam erga delinquentem, accipiendo pretium, ne accuſet, ſed illi vendidit jus accuſandi pretio æſtimabile.

Hinc poſt furtum commiſſum, quod reparari non poteſt, aut ad quod reparandum ob aliquam circumſtantiam, putà ſui periculum, &c. quis non tenetur, non tenetur quis reſtituere pretium acceptum à fure, ut taceat, non accuſet, &c. dummodo pretium acceptum non ſit pars furti.

Quod eſt verum, etiam ſi ille animum accuſandi non habebat. Diana *par. 4. tract. 4. reſ.* Quia in re jus habet, quod eſt pretio æſtimabile.

714 Denique ſi hic nullum habet jus ad accuſandum, impediendum, &c. nil poteſt juſtè accipere, ne accuſet; & ſi recipiat, tenetur reſtituere, Qua ratione (ait Tamb.) *Neque meretrix accipere juſtè à marito pretium, ne adulteret, quia ad non adulterandum, tenetur ex juſtitia ipſi marito: ergo venderet maritus quod mariti eſt.* Tambur, *tom. 1. lib. 7.* ... *§. 3. à num.* 8. Bonac. *tom. 2. de reſt.* ... *queſt. 2. punct.* 11.

CUI RESTITUENDUM.

2715 RESTITUTIO regulariter eſt facienda domino, Nomine, *domini*, venit, non qui habet dominium rei, quàm omnis, qui aliquo juſto titulo rem poſſidet; unde rem, quam fur abſtulit à depoſitario, non eſt reſtituenda domino, ſed depoſitario, qui eam habebat de voluntate domini.

2716 Dixi regulariter, quia ſunt plures caſus, in quibus non eſt facienda domino, Et quidem, ſi dominus eſt mortuus, facienda eſt hæredi, Si longè abſens, ut ſinè magno diſpendio fieri illi non poſſit, facienda eſt propinquis, Si dominus, & propinqui ſint ignoti, adhibenda eſt diligentia, ut dignoſcantur.

2717 Si diligentia adhibita non poſſint cognoſci, eſt facienda Chriſto: *Quem Deus conſtituit hæredem univerſorum*, ex Apoſt. ad Hebr. 1, hoc eſt pauperibus, Eccleſiæ, aut Hoſpitali: quòd ſi ipſe reverà eſt pauper, poteſt rem in parte, aut toto ſibi applicare, quia non eſt pejoris conditionis aliis pauperibus; qua facta applicatione, ſi perveniat ad pinguem fortunam, non tenetur reſtituere pauperibus ſicut nec alii pauperes; quia per talem applicationem acquiſivit dominium ut pauper in defectum domini, etiam ſi fuerit injuſtus acceptor.

2718 Si verò compareat dominus, non tenetur reſtituere ille, qui applicavit pauperibus, ſi moralem diligentiam fecit, ut dignoſceret dominum; tenetur verò ipſe pauper, qui rem accepit, ſi res extet in individuo; & ſi ſit conſumpta, tenetur reſtituere id, in quo factus eſt ditior; quia nemo debet ex re alterius diteſcere.

2719 Bona inventa, quæ nullum habuerunt dominum, ut lapides pretioſi in flumine, & venæ metallorum; vel ſi habuerunt, modò nullum dominum habent, vel theſauri; non dicuntur bona incerta, & de his diximus *in n.* 2304. jure naturæ eſſe primò occupantis; vide ibi.

2720 Bona igitur incerta ſunt, quæ circumſtantiis conſideratis, cognoſcitur, quòd habeant dominum, ſed ignoratur, quis ſit; hujuſmodi ſunt res in via inventæ, ut ſi ulnam unam panni emere feciſti, ſed modò invenias eſſe duas, & neſcias dominum, qui vendidit. De his loquendo, ſi facta morali diligentia dominum invenire, ſeu dignoſcere non va-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

leas, potes licitè ea pro te retinere, etiam ſi non ſis pauper; quia ſolus injuſtus acceptor tenetur res, quarum ignorat dominium, reſtituere pauperibus, ex Alex. III. *cap. Cum tu, de uſuris*; ne lucrum reportet ex delicto. Quòd ſi compareat dominus, tunc teneris reſtituere rem, ſi extat, vel id, in quo factus es ditior, ut dictum eſt de paupere, cui eſt applicata res alterius.

2721 Qui ſolvit creditori ſui creditoris inſcio ſuo creditore, ſatisfacit in foro conſcientiæ, quia ponit æqualitatem; debet tamen poſtea monere, ne ſolutio fiat bis.

## QUÆRES.

2722 *An, qui rem emit à fure, teneatur eam reddere domino.*

NAv. & Bonac. dicunt, eum, qui mala fide emit à fure, teneri reddere domino, qui verò bona fide emit, poſſe rem reddere furi, ut ſic ſuum pretium recuperet. Abſolutè docent, utrumque poſſe rem reddere furi, ut ſuum pretium recuperet. Toletus, & ex noſtris Maſtrius, Faber, & Aretinus; quia unuſquiſque tenetur magis ſibi providere, quàm alteri; quòd ſi fur non reſtituat, eſt per accidens; unde non dicitur iſte per ſe cooperari peccato illius.

2723 Qui bona fide rem emit à fure, & poſtea pariter bona fide eam vendidit tertio, æquali, aut majori pretio, non tenetur reſcindere contractum factum cum tertio, nec ei reſtituere pretium; quia charitas non obligat ipſum, ut ingratiam alterius patiatur damnum innocens. Tum quia contractus emptionis factus cum fure, licèt revera non transferat dominium rei, quæ eſt alterius, eſt validus; quia per eum fur venditor obligatur emptori de evictione, & damnis inde ſecutis emptori; unde tenetur illi reſtituere pretium.

2724 Quòd ſi fur reſtituat iſti pretium, tunc tenetur iſti reſcindere contractum cum tertio, ei reſtituto pretio, & re domino; quia tunc nullum damnum reportat, cum ſuum recuperaverit pretium. Si autem fur non reſtituat iſti pretium, nec iſte tenetur reſcindere contractum cum tertio, nec illi reſtituere pretium, etiam ſi fuerit majus, quia exceſſus ille cedit ſuæ induſtriæ; ſi verò exceſſit ob ipſam rem, quæ eadem manens crevit pretio; tunc eſt reſtituendus domino exceſſus, quia eſt fructus rei; unde in illo factus eſt ditior ex re alterius: *v. n.* 2740. & 2741.

## IN QUO LOCO, ET QUIBUS EXPENSIS.

2725 POſſeſſor bonæ fidei, ſeu obligatus ex re accepta, quando cognoſcit rem eſſe alterius, tenetur rem reſtituere in loco, ubi res extat; unde ſi dominus ſit in alio loco, non tenetur eam mittere expenſis propriis, ſed ſolùm monere debet dominum, ut diſponat; quia non tenetur quis cum proprio damno reſtituere in priſtinum ſtatum dominum, quem non læſit. Poſſeſſor verò malæ fidei, hoc eſt, qui eſt obligatus ex injuſta acceptione, tenetur mittere propriis expenſis; quia dominus non debet reportare damnum ex delicto furis.

2726 Exemplum: *Petrus Meſſanâ fugit cum equo Pauli Panormum.* Petrus ille vel equum accepit bona fide, & tunc tenetur monere Paulum Meſſanæ, ut ſuis expenſis mittat pro equo; vel accepit mala fide, ſeu rapuit, & tunc tenetur mittere equum Paulo Meſſanam propriis expenſis, insuper ſolvendo damna, & intereſſe, detractis tamen expenſis, quas fecit pro ſuſtentatione equi, quas verè ipſe Paulus feciſſet; nam expenſæ iſtæ compenſandæ eſſent uſu equi, quem fecit Petrus.

2727

1727 Si dominus ſit ità abſens, ut exceſſivæ expenſæ eſſent faciendæ à fure pro re mittenda, tunc tenetur reſtituere, & mittere, ſi expenſæ ſint æquales cum valore rei; minimè verò, ſi ſint notabiliter excedentes valorem rei; quia reſtitutio non fit, niſi ut ſervetur æqualitas; adeóque non obligat cum notabili inæqualitate creditoris, & debitoris; hac ratione univerſaliter reſtitutio non eſt facienda cum jactura boni altioris ordinis. Unde poterit differre reſtitutionem differre, ſi ſit ſpes, quòd approximetur dominus; quòd ſi non ſit talis ſpes, poteſt reſtituere conſanguineis, & in horum defectum pauperibus, aut in aliquod opus pium pro domino; quia ut docent Div. Thomas, & Scotus, quando reſtitutio fieri non poteſt, ut proſit domino corporaliter, fieri debet, ut proſit domino ſpiritualiter.

## QUÆRES I.

1728 *An, qui rem reſtituendam conſignaverit putato fideli, qui eam amiſit, aut pro[illegible], teneatur iterum reſtituere?*

Quæſitum eſt fusè reſolutum *in 2. tomo à num.* 175.

## QUÆRES II.

1729 *Ad quid teneatur perſona media, ſi rem reſtituendam amiſerit?*

Reſp. ſi amiſit cum culpa gravi, & mortali, tenetur quidem reſtituere; ſi ſinè culpa mortali, eſt diſtinguendum; vel amiſit rem eandem in individuo, & tunc non tenetur reſtituere, non quidem ex re accepta, quia non exſtat, nec in aliquo eſt ex ea factus ditior; nec ex injuſta acceptione, ut ſupponitur. Solùm teneretur ex culpa juridica lata, aut levi, ſi ſe obligaſſet ex contractu, juxta dicta num. 1668. quod fieri non ſolet. Si verò res, quam amiſit, erat eadem in ſpecie, quatenus accepit, v. gr. pecuniam in individuo, quam reſtituendam accepit, conſumpſit in propriis uſus; tunc tenetur eam reſtituere, quia res domino perit, & ſic perit ipſi perſonæ mediæ, cujus erat.

## QUÆRES III.

2730 *Petrus Matriti mutuavit Paulo mille aureos, cum pacto, ut elapſo termino ea redderet, ubicumque ipſe reperiretur: interim Petrus pervenit Panormum dux cohortis, & quia eſt elapſum tempus mutui, quæritur, An Paulus teneatur eos mittere ſuis expenſis?*

Reſp. cum neceſſaria diſtinctione: vel Petrus erat ſummam illam conſervaturus, & ſecum translaturus Panormum, ſive in individuo, ſive in ſpecie, ſive in æquivalenti; vel ſi habuiſſet Matriti, omnino fuiſſet ibi conſumpturus, & nullo modo translaturus: ſi ſecundum, tenetur Paulus mittere eam ſummam Panormum propriis expenſis cambii; quia ex mutuo in gratiam Pauli quoad eas expenſas emerſit damnum Petro. Si primum, debet mittere expenſis Petri; unde debet reddere deductis ex ſumma expenſis cambii; quia nullum Petro emerſit damnum ex mutuo; nam pares expenſas feciſſet, aut paria pericula ſubiiſſet Petrus ſecluſo mutuo, transferendo illam Panormum; adeóque ſi mitteretur ſumma illa expenſis Pauli, Petrus reportaret lucrum ex mutuo, & ſic uſuram committeret.

## QUANDO EST RESTITUENDUM

2731 PRæceptum reſtituendi includit ſaltem præceptum negativum non retinendi rem alienam, ratione cujus reducitur ad ſeptimum Præceptū Decalogi: *Non furaberis*; adeóq; obligat ſemper, & ad ſemper; ità tamen, ut quoad actū internum, ſtatim ac advertit quis rem eſſe alienam, debet habere animum reſtituendi: quoad actum verò externum executionis, non tenetur ſtatim, ac advertit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tit, ſed capta temporis opportunitate; alioquin id advertens noctis tempore in lecto, ſurgere deberet ad reſtituendum. Quòd ſi habeat animum non reſtituendi continuatum, manet in continuo peccato mortali, ſi res ſit gravis; quoniam ex Aug. epiſt. 54. ad Macedonium: *Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* Si autem animus interrumpatur, ut ſi volens reſtituere retractet voluntatem reſtituendi, tot peccata committit, quot ſunt actus interrupti.

Qui eſt obligatus ex contractu, non tenetur reſtituere, niſi adimpletis conditionibus, & elapſo termino in contractu præfixo; quòd ſi eo elapſo ſit in mora culpabili, tenetur ſub mortali ad reſtitutionem; imò ad omne damnum, & intereſſe; ſecus, ſi ſit in mora per paucos dies.

Liberatur ab onere reſtitutionis, ſive pro ſemper, ſive ad tempus, ſi juſta adſit cauſa, de qua modò: *v. num.* 2739.

2732 Confeſſarius non debet abſolvere pœnitentem, qui tenetur ſtatim reſtituere, ſi ter, vel quater eidem, aut alteri Confeſſario promiſit reſtituere, & non ſervavit promiſſum; quia rem alienam detinens, quam reſtituere poteſt, eſt in occaſione proxima voluntaria peccandi, non minùs, quàm qui detinet concubinam, quam poteſt abjicere.

## CAUSÆ EXCUSANTES A RESTITUTIONE.

2733 Sunt plures. 1. Impotentia phyſica, qua quis non habet, quid reſtituere. 2. Impotentia moralis, quando quis reſtituere non poteſt ſine probabili periculo damni altioris ordinis ſui, aut ſuorum. Bona, in quibus homo poteſt damnum pati, ſunt quatuor, animæ, corporis, famæ, & ſubſtantiæ corporalis, quorum unum eſt altioris ordinis altero, uti gradatim ponuntur: reſtitutio [illegible] tem cùm ſit ad ponendam æqualitatem, [illegible] eſt facienda cum jactura boni ſuperioris [illegible] nis; hinc reſtitutio ſubſtantiæ corporalis [illegible] eſt facienda cum periculo prudenti [illegible] mortalis, vitæ, ſeu damni corporis, [illegible] infamia: *vide n.* 2727. *tom.* 2.

2734 Quæ cauſæ ſi ſint perpetuæ, [illegible] tuò excuſatur quis à reſtitutione; [illegible] pus, reſtitutio ſuſpenditur, ſeu differtur [illegible] dilatatur tempus reſtitutionis ex [illegible] ter præſumpta voluntate creditoris.

2735 Qui habet juſtam cauſam diffe[illegible] di reſtitutionem, non tenetur ad damna, [illegible] tereſſe, quæ creditori ex mora ſequuntur, quia non eſt mora culpabilis. Si autem [illegible] rat ad evitandum proprium intereſſe, [illegible] reſarcire intereſſe creditoris, quia non [illegible] æquum, ut debitor ſe ſervet indemnem [illegible] damno creditoris.

2736 Item, ſi damnum, quod pati[illegible] debitor reſtituendo, non ſit notabiliter [illegible] ſed æquale damno, quod patitur creditor [illegible] dilatione, tenetur debitor reſtituere [illegible] quia tunc potior eſt conditio creditoris.

2737 Ceſſio bonorum excuſat in foro [illegible] terno; in foro autem conſcientiæ, qui [illegible] bonis, excuſatur, non ratione ceſſionis, [illegible] ratione impotentiæ; unde ſi pervenerit [illegible] guem fortunam, tenetur reſtituere.

2738 Tenetur quis ſub mortali reſtitutio[illegible] nem differre, ſi prudenter judicet [illegible] nem futuram in grave damnum creditoris, vel eum abuſuram in grave damnum [illegible] quia tunc cooperatur ad malum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QUÆRES I.

*2739 Famulus rapuit à ſuo domino ſummam pecuniæ per quàmplures vices, annum circiter ſcutum pro vice; hic eſt gravatus familia, uſalarium vix ei ſufficiat ad ſuſtentationem. An teneatur ſtatim capta temporis opportunitate reſtituere?*

R Eſp. cum diſtinctione, vel iſte retinet eandem pecuniam in individuo, & tunc tenetur ſtatim reſtituere; quia ſi res extat, ... extat; & ſicut peccat quis etiam in ... neceſſitate rem alienam furando, ut in 2737. ità rem alienam detinendo; & nemo ſe ſuſtentari de furto, niſi ſit in extrema, ... extrema neceſſitate, quatenus ſi teneretur, reduceretur in extremam neceſſitatem ... cit. Nec dominus tenetur dare ſalarium correſpondens familiæ, ... labori famuli ... num. 1643.

2740 Vel iſte pecuniam domini miſcuit ... notabili, ut diſcerni non valeat; ... totus cumulus extet, licèt non teneatur ... eamdem pecuniam in individuo ... per miſtionem ejus factus ſit dominus ... quàmprimum reſtituere tantum ... in ſpecie de illo cumulo. Quòd ſi in dies ... de cumulo in magna parte con... ità ut ſumma modicæ conſiderationis ... maneat, minor nedum pecunia ſurrepta ... propria, quam eo tempore ſucceſſivè ... eique pro tenui ſuæ familiæ ſuſtentatione ...; tunc Epicheja eſt utendum: non ... cogendus, ut ſtatim reſtituat totam ... modicam ſummam, quæ ex cumulo ...; ſed ut reſtituat paulatim, juxta pro... poſſibilitatem, uti diſcurrimus de eo, ..., & rem raptam conſumpſit; alio... graviſſimas reduceretur anguſtias, & ... rationabiliter de domini voluntate præ...

2741 Epicheja, *eſt virtus faciens, ut legis rigore relicto, amplectamur, quod recta ratio dictat, & quod rationabiliter faceret ſuperior, aut dominus, ſi adeſſet, aut ſciret.*

IN REBUS MISTIBILIBUS.

2742 SI rem alterius, v. gr. frumentum, vinum, pecuniam ejuſdem generis, &c. ſive bona, ſive mala fide, cum tua notabili miſceas, ità ut diſcerni non valeat, ſtatim acquiris dominium ejus in individuo, niſi habeas animum explicitum non acquirendi dominium; unde ſi furtivè miſcuiſti, non teneris ad reſtitutionem rei in individuo, ſed in ſpecie ex cumulo, ſi extet, aut in æquivalenti: *v. à num.* 2347.

2743 Hinc ſi à fure, qui triticum alterius cum ſuo immiſcuit, emas, etiam mala fide, magnam tritici, imò totam quantitatem ex cumulo, ad nihil te teneri, ait Tamb. *tom.* 1. *num.* 27. quia fur vendidit ex ſuo; quoniam præfata miſtio transfert dominium, & æquivalet conſumptioni, & ſolùm remanet in fure ... ad reſtituendum per æquivalens: Et ex alia pa... emptor, cum ſolverit pretium, in nihilo fact... eſt ditior. Idem ait, ſi eam dono accepiſti, & fur ... aliunde potens reſtituere, quatenus alia poſſid... bona; ... ſi non ſit aliunde potens, fatetur te teneri reſtituere; quia per donum, quod accepiſti, fur factus eſt impotens tua cauſa, & tu ditior; ità diſcurrit Tamb. *cit.*

QUÆRES II.

2744 *An poſſit quis licitè reſtitutionem differre, ne cadat à ſuo ſtatu, & conditione?*

R Eſp. ſi ſtatus eſt injuſtè acquiſitus, nempe ex furtis, ex bonis alienis injuſtè retentis; &c. non poteſt differre, ſed tenetur reſtituere ſtatim, quia per reſtitutionem non cadit è ſtatu juſtè acquiſito, ſed ad priorem, & proprium redit. Et ſolùm poteſt aliquid pro

tenui ſuſtentatione retinere, ſi alias in extremam reduceretur neceſſitatem; quia in hac licitum eſt aliena accipere: *vid. n.* 1627.

2745 Si autem ſtatus eſt juſtè acquiſitus, licèt ille debita contraxerit, & in neceſſitate reperiatur ex propriis delictis, quia luxurioſè vixit, luſit, &c. tunc poteſt ſolutionem differre, ne notabiliter cadat è ſuo ſtatu, ſi res aliena in individuo non exset, aut in pretio; nam ſi extaret ipſa pecunia aliena, aut gemma, v. gr. ex ea empta, eſſet ſtatim reſtituenda, ut ex *n.* 844. Ratio autem aſſertionis, ſi res non extet, eſt, quia tunc dominus non eſt rationabiliter invitus.

2746 Licèt autem debitores non teneantur notabiliter, ſeu excedenter è proprio ſtatu cadere, tenetur ex juſtitia, nedum paulatim reſtituere, & ſolvere, verùm etiam curare, ut non plus æquo ſolutionem differant; ac proindè debent non ſolùm à ludis, commeſſationibus, ac variis expenſionibus ſe abſtinere: ſed etiam aliquod incommodum ſentire: [illegible] qui enim notabiliter è ſuo ſtatu cadere dic[illegible], atque tribus quadrigis gaudens, una priv[illegible] ad tempus, competenter familiam refor[illegible] [illegible] quidem, ta[illegible] pu[illegible] Deum gratiam, quàm apud ho[illegible] mines pr[illegible] entes, ſplendorem haud v[illegible] rem conſequitur.

[illegible] c eſt ſcopulus, in ſæpè Magnates, & infimul cum illis viri æqui docti, quàm adulatores, proprias conſcientias frangunt. Caveant Confeſſarii.

Scotus *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 2. *§. de quarto, litt.* Z. *& q.* 3. Maſtrius *in theolog. mor. diſp.* 7. *&* 9. Joan. la Cruz 7. *præc. q* 7. *pag.* 196. Bonac. *tom.* 2. *de reſtit. diſp.* 1. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 8 *tract.* 3. *&* 4. *pag* 227. Buſemb. *lib.* 3. *to.* 5. *cap.* 2. Diana *in pluribus locis*, Clericatus *cap.* 75. Mendo *de reſt*

*De reſtit pro homicidio, ſtupro, adulterio, bello, &c. vide in propriis titulis.*

## DE RESTITUTIONE FAMÆ

2747 INjuria contra famam committitur 1. Per actum internum, temere judicium temerarium; & hoc non obligat ad reſtitutionem, niſi manifeſtetur exterius [illegible] ri, non manifeſtatis indiciis levibus, [illegible] 2664. 2. Per actum externum, [illegible] contumeliam, detractionem, &c.

## JUDICIUM TEMERARIUM

2748 E*St, quo quis ſine ſufficientibus [illegible] ciis certo aſſi[illegible] at aliquid malum de proximo.*

2749 Ad hoc [illegible] nt mortale, quatuor requiruntur con[illegible] tiones: 1. *Ut ſit in materia gra-vi*; gravi[illegible] autem, & levitas attendi debet, ve[illegible] x ipſa ſubſtantia materiæ, vel qualitate [illegible] perſonæ. Hinc veniale eſt temerè judicare de Petro furtum unius julii, & [illegible] ne parùm honeſto, quòd per locutiones transeat ad inhoneſta, ac de milite [illegible] ctam hoſtis; non enim infertur eis [illegible] ria, cum de hujusmodi gloriari ſoleant [illegible] liter veniale erit, de ignoto, aut de indeterminato temerè judicicare.

2750 2. *Ut judicium formetur [illegible] moraliter certum.* Hinc ſuſpicio, dubitatio, opinio temeraria non eſt mortalis, ſed venialis; quia cum ſint actus imperfecti [illegible] judicii, nec totaliter tollant poſſeſſionem [illegible] næ famæ, non cenſentur gravis injuria [illegible] aliis manifeſtes. Nec erit mortalis, ſi [illegible] feſtes uni, vel alteri probo, & prudenti, in quibus non eſt periculum famæ. [illegible] lum erit peccatum, ſuſpicionem manifeſtare ſuperioribus, aut iis, quibus potes, ad [illegible] malum vitandum; aut alio juſto capite.

2751 3. *Ut judiciũ ſit ex levibus [illegible]* nam ſi ſit ex gravibus, & ſufficientibus, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...bitrum erit prudens; quod prudentiæ diſcer-
...mentum relinquitur. Ea dici poſſunt indicia
...ria, quæ ex communi hominum uſu ſunt
...ia, aut raro conjuncta cum tali ef-
...ferentia; ea vero ſufficientia, & proportionata ;,
...quæ ut plurimùm ſolent cum eo eſſe conjun-
...cta: ut ſi quis noctu per ſcalam feneſtram oc-
...cultè aperire tentet, eſt judicium ſufficiens
...judicandi furem; ſecus, ſi die, & publi-
...c tunc namq; potius judicari debet clavis
...ſe. Item non eſt gravis injuria certò judi-
...re, quod eſt valdè probabile, v. gr. juvenem
...ſolum cùm puella in cubiculo, in-
...tractaſſe.

2752 4. *Ut judicium ſit plenè deliberatum*; ...t, cum plena advertentia temeritatis, & ...gravis, & cum plena voluntatis liber- ... De quo infrà de peccatis.

2753 Et quia raro omnes quatuor allatæ ...tiones interveniunt, raro judicium te- ...m eſt mortale. Quando autem omnes ...veniunt, eſt mortale, quia eſt gravis in- ...proximo contra juſtitiam; ſed non eſt o- ...plicare ſpeciem mali judicati; quia o- ...mala judicata uni juſtitiæ commutativæ ...ſpeciei infima opponuntur: *v. n. 2757.*]

## DETRACTIO

2754 EX Divo Thoma, *eſt alienæ famæ per occulta verba injuſta læſio*, & ...grario. Contingere poteſt dupliciter. 1. ...ectè, falſum crimen imponendo, vel ve- ...rum, ſed occultum revelando. 2. Indirectè, ...proximi negando, vel malitioſè ta- ...ex intentione nocendi famæ. Modi, ...proximi famæ læditur, comprehen- ...his verſibus:

*Imponens, augens, manifeſtans, in mala vertens,*
*Qui negat, aut minuit, tacuit, laudátve remiſſè.*

2755 Crimen ſit publicum jure, vel fa-cto; *jure*, ſi ſit de eo lata ſententia à Judice, *facto*, ſi ſit commiſſum in multorum præſentia, aut in loco, vel tempore, v. gr. in foro, &c. ut ſit faciliter provulgandum ; vel ſi erat occultum, fuit tamen ab iis, qui ſciebant, provulgatum, ità ut multi de eo loquantur; præſertim quando crimen ad loquacium notitiam pervenit, & apud eorum linguas verſatur. Univerſaliter publicum cenſetur, quando circumſtantiis attentis prudenter exiſtimatur crimen faciliter provulgandum : *vide in tom. 1. n. 72.*

2856 Gravitas attendi debet ex qualitate rei, & conditione perſonæ. Hinc de Prælato optimæ famæ, dicere, quòd ſit aſſuetus mentiri, eſt grave contra famam.

Regulariter non eſt mortale revelare defectus naturales; ver. gr. quod ſit ignavus, ſtupidus, illegitimus, &c. niſi inde aliquod damnum ſequatur; quia non ſunt defectus morales culpabiles. Nec eſt mortale dicere defectus morales in generali, ver. gr. eſſe ſuperbum, iracundum, &c. quia prudenter de naturali inclinatione dicta cenſentur.

2757 Mortaliter peccas, & detrahis, ſi de determinata perſona in generali dicas: *Te ſcire quid de illo, quod ſi dicas ſis eum magno rubore affecturus.* Non eſt mortale de aliquo ignoto, vel indeterminato malè loqui, niſi redudet in aliorum damnum; mortale autem de Monaſterio Religioſo in comuni malè loqui. Non teneris explicare, in quo genere detraxiſti; quia fama eſt ejuſdem ſpeciei: *v. n. 2753.*

Nec numerum perſonarum, quibus detraxiſti; debes tamen dicere: *Graviter detraxi pluribus.* Aliàs non explicas peccatum, quod patraſti. Debet exprimi, ſi fuerit per libellum famoſum; quia notabiliter aggravat, & lædit.

2758 Non eſt mortale revelare peccata mortalia proximi, quæ ſecundùm hominum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exiſtimationem, ſive, ratione ſui, ſive ratione perſonæ, aut alterius circumſtantiæ, non ſunt informatoria, nec aliud damnum inde ſequitur: v.gr. de milite, aut nobili, quòd duellum commiſerit: quòd juvenis pro parum honeſto habitus ſit fornicatus, &c. nam de ſimilibus jactari ſolent.

2759 Non eſt mortale. 1. Si quis delictum infamatorium contra ipſum ab alio factum uni, vel alteri viro prudenti non divulgaturo manifeſtet; quia non cenſetur læſio gravis. 2. Si illud contra ſe commiſſum amico referat, non animo lædendi, ſed leniendi dolorem; quia humana conditio non patitur, ut quis gravem offenſam recipiat, & non ſe doleat, ac quærat ſolamen. 3. Si manifeſtes delictum occultum, quod moraliter certò ſcis brevi futurum publicum, vel per ſententiam Judicis, vel per facti evidentiam. 4. Si infamem in vno delicto, de alio valde affini, ſeu connexo, aut quod perſonæ ſimilis conditionis committere ſolent, infames; ut de luſore, quòd ſit blaſphemus; ſecùs, ſi de diſparato.

5. Non eſt mortale, ſed veniale, illud referre ſub dubio, vel ex auditu, etiamſi qui audiunt, credant; quia id imputatur eorum levitati. Quòd ſi prævideat, auditores eſſe leves ad credendum, vel ſi id referat animo nocendi, tunc peccat mortaliter, ſed contra charitatem, qua obligamur ad non inferendum alteri malum, ſed non contra juſtitiam; quia talis actus non eſt ex natura ſua ablativus famæ; niſi relatum firmes authoritate, dicendo, te id audiviſſe à perſonis fide dignis.

6. Similiter delictum in uno loco publicum, in alio, ubi eſt ignotum, publicare, non eſt mortale, nec contra juſtitiam; quia per publicationem delicti in uno loco, amiſit jus ad famam; unde licèt in loco remoto, ubi id ignoratur, habeat famam, non habet jus ad famam nec contra charitatē, niſi fiat animo nocendi; hinc ſine ſcrupulo videmus delicta gravi-ma in uno loco publica, per hiſtorias, &c. uſque ad remotiſſimas partes, ubi libri [illegible] veniunt, unà cum ipſis reis publicari.

2760 Nullum eſt Peccatum. 1. Manifeſtare delictum, aut vitium alicujus Superiori, Patri, &c. pro correctione. 2. Ad impediendum damnum innocentis; unde licitum [illegible] opportuno modo monere proximum, [illegible] Petrus, qui ejus domum frequentat, [illegible] & unde caveat; quia illa non eſt offenſio, [illegible] defenſio, nec quis habet jus ad famam [illegible] damno proximi: *v. tom. 2.*

2761 Peccat mortaliter tam contra charitatem, quàm contra juſtitiam, qui alteri [illegible] ſum crimen imponit, ſive in judicio [illegible] tra, ad elidendam detrahentis [illegible] magnam, ſibi noxium, aut calumniam, [illegible] ut ſuam juſtitiam, & honorem [illegible] quia mendacium eſt ab intrinſeco malum, [illegible] neque certo mortis periculo cohoneſtari va-leat: *ex n. 143. & 215.* Imò in judicio [illegible] perjurium, tam ipſius imponentis, quàm [illegible] um, ad quod ipſe Principalis cooperaretur, teſtes ſubornando ad falſum. [illegible] D. Thom. *Falſitatem proponere in nullo [illegible] licet alicui*; adeòque, qui calumniam [illegible] impoſuit, habet jus ſtrictum, ut non lædatur in fama, fraude, dolo, aut mendacio; [illegible] *mendacium infamatorium non eſt medium proportionatum ad defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

2762 Unde tunc ſolùm licitum eſt [illegible] men detractoris, ſeu calumniatoris occultum, ſed verum, revelare, ut ſic te defendas, [illegible] ejus calumniam elidas, reddendo eum [illegible] habilem, mendacem, nullius fidei, [illegible] alia tibi non ſuppetat via; quia tunc [illegible] medio proportionato ad defenſionem [illegible] moderamine inculpatæ tutelæ. Quòd ſi [illegible] tibi ſuppetat via ad defenſionē, cum [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... potes, neque jure compenſationis, quia ... vindicta, juxta dicta *à n. 2085. v. propoſ. ... & 44. ab Innoc. XI. damn.*

2763 Infamare ſeipſum, revelando occul... delictum ſine rationabili cauſa, ex levi... non eſt mortale, ſed veniale, niſi id cedat ... damnum, aut ſcandalum aliorum; quia ſi... ... eſt dominus bonorum fortunæ pro... ... induſtria acquiſitorum, ità & boni famæ, ... propria induſtria acquiſitæ, cujus ſo... ... ſtetur prodigus. Imò poteſt eſſe actus ... ſi fiat ob ſubeundam pœnam condi... ... aut ob humilitatem, ut plures Sancti ...

2764 Venialiter, non mortaliter peccat, ... vitanda non levia, ſed gravia tormena, ... falſum crimen imponit, ob quod eſt mor... ... ndus, aut mutilandus, peccat veniali... ... eſt mendax; non mortaliter, quia non ... mendacium pernicioſum, ſed officioſum; ... non cooperatur morti directè, & perſe, ... directè, & per accidens; directè verò ... gravia tormenta morti æquivalentia vi... ... ratione licitè infirmus mortem ſibi ... ſectionem membri, aut cruris decli... ... *n.* 2075. Peccat autem mortaliter, ... juramentum, ratione perjurii; vel ſi ... in damnum, aut infamiam alterius; ... eſt dominus bonorum, aut famæ al...

## CONTUMELIA

27.. E*St injuria, qua alteri crimen, aut alius defectus in ejus præſentia ob...* ... v. gr. appellando furem. Unde à de... ... differt, ſicut rapina à furto; nam de... ... lædit proximum in abſentia, contu... ... præſentia; hinc illa lædit ſolùm fa... ... verò famam, & honorem; adeóq; eſt ... peccatum mortale, niſi parvitas mate... ... defectus plenæ deliberationis excuſet.

2766 Non peccat Superior, ſi ſubdito verbum contumelioſum objiciat, non animo inhonorandi, ſed humiliandi, aut corrigendi, niſi excedat in modo. Sic Chriſtus Apoſtolos ſtultos vocavit, & Paulus Galatas inſenſatos.

2767 In Regnis Hiſpaniarum contra quaslibet perſonas Eccleſiaſticas, aut ſæculares, quæ in pulpito, cathedra, typis, aut manuſcriptis, contra Religiones, Religioſas perſonas, aut in cenſurandis opinionibus, injurias, & contumelias protulerint, Tribunal Supremæ Inquiſit. Hyſpan. inflixit pœnas excommunicationis majoris, exilii, & privationis officii, ſi quo in Sancto Tribunali gaudeant, idq; per tria decreta noviſſimè de anno 1696. die 19. Octobris, ubi comprehenduntur omnes tranſgreſſores, typographi, & cooperatores; publicata Panormi die 6. Februarii 1697.

2768 *Convitium, & improperium*, conveniunt cum contumelia; ſimiliter *deriſio, & ſubſannatio*, quæ motibus injurioſis corporis fieri ſolet: *murmuratio* verò, *& ſuſurratio*, cum detractione. Murmuratio, *eſt qua quis factum aliquod publicum, quod poſſet in bonam partem accipi, in malam partem accipit*, ut Lucæ cap. 11 *In Belzebub Principe Dæmoniorum ejicit dæmonia.* Eſt mortalis, ſi habeat ſociam detractionem gravem. Suſurratio, *eſt allocutio mala de proximo ad tollendam amicitiam ipſius cum aliis.*

## RESTITUERE TENETUR

2769 S*Uſurro*, amicitiam reconciliando: *Contumelioſus* honorem, vel petendo veniam, vel honorificè ſalutando aut per aliam honorificam demonſtrationem *Detractor* famam, non minùs, quàm fur bona fortunæ; quia ex Prov. 22. *Melius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ.*

2970 *Qui impoſuit crimen falſum*, tenetur reſtituere

reſtituere famam, crimen retractando coram iiſdem, apud quos fuit impoſitum, & eodem modo; nempe publicè, ſi publicè. Etiam ſi exinde ipſe infametur; quia (ut ait Scotus *in 4. diſt. a. 4. q. 4. litt. C.*) fama detracti prævalet famæ detractoris; nam illi juſtè competit fama, huic injuſtè; unde non eſt huic debita fama: *Et ideo directè oſtendens innocentiam alterius, indirectè nocentiam ſui, non tunc propriè diffamat ſe, ſed amovet falſam laudem, qua iſte poſt accuſationem mendacem indignus eſt: v. n. 2776.*

2771 Bertaldus *in 8. pr.* ex Bonac. ait, eſſe valde amarum hunc reſtituendi modum; unde ſufficere putat, ſi de perſona infamata in generali dicatur: *Quòd ſit perſona virtuoſa, & honoris, & quòd ii, qui mala dixerunt, decepti ſunt & quòd tempus id diſcernere faciet.*

2772 Si primi auditores aliis devulgaverunt, tunc principalis detractor, ſi publice diffamavit, etiam apud alios reſtituere famam tenetur; quia tunc ipſi imputatur totum damnum, & divulgatio. Excuſare potens impotentia moralis, putà ſi adeo infamia divulgata reperiatur, ut mortaliter impoſſibile ſit, reſtituere apud omnes: *Vide detractoris anguſtias.* Si verò occultè detraxit, tunc ſufficit, ſi ſe retractet apud auditores immediatos; quia tunc illis divulgatio imputatur, qui non debebant crimen proximi ab uno privatim, & confidenter dictum, aliis propalare: hanc eſſe Confeſſariorum praxim, obſervat de Lugo: *Et namque ipſo, quòd detractor apud immediatos detractores ſe retractat, implicitè illis committit, ut indicent aliis, ſi quibus fortè revelaverint.* Maſtrius.

2773 Eum, qui bona fide alium diffamavit, putans, crimen eſſe verum, & publicum, ſolùm teneri reſtituere ex charitate, volunt plures; adeóque cum commodè poteſt, & ſine ſuo rubore. Verius tamen eſt ...
ſtitia, uti ex re accepta, cum par in ...
*nu.* 2601. Nec video in te ruborem, ...
tiùs ſplendorem, ſi auditoribus ...
*men illud manifeſtaſſe, quia ...*
*& publicum, modo vero reperias ſe ...*
*deceptum.*

2774 Qui publicavit crimen ...
non debet dicere, crimen eſſe falſum; ...
mentiretur, & ob nullum bonum ...
cium eſt licitum; ſed ſufficienter ...
tuere, docent D. Thomas, & ...
*cit. litt. E*, ſi dicas: *Non credatis ...*
*lem, malè enim dixi*; vel laudando, ...
eum eſſe bonum, præſertim ...
ſpecie virtutis, qua diffamaſti; ...
mentiris, quia ex jure quilibet eſt ...
dus bonus, niſi certò conſtet, quod ...
ſubdit Scotus: *Sed iſte non eſt ...*
*coram iſtis; ergo bonum eſt perſuadere ...*
*ipſi non reputent eum indignum*, ...

2775 Qui defunctum graviter ...
peccavit mortaliter, & reſtituere ...
ſuffragia, quia ſunt altioris ordinis, ...
famam modis jam relatis ipſi defuncto ...
hæredibus, ſi in eos infamia redundat.

## A RESTITUTIONE FAMÆ QUIS EXCUSATUR.

2776 PRimò, ſi fama non ſit ablata ...
tenus auditores prudentes ...
crediderunt; quod contingere ſolet ...
detractor nullius eſt fidei, in quantum ...
compertus eſt mendax, detractor, ...
& auditores ſunt viri timorati, ac pru...
Vel quando quis detrahit, oſtendens ...
ſionem, iram, aut odium, tunc ſæpe ...
tes non credunt, ſed judicant dixiſſe ...
paſſione, &c. quia tunc nullum ...
damnum: *v. num.* 2778.

2. Quando prudenter exiſtimatur, infamiam eſſe oblivioni traditam; quia tunc ceſſat damnum, & periculoſius eſſet memoriam delicti reſtitutione perfricari. Tempus, quo cenſeri poſſit oblita, remittitur prudentiæ Confeſſarii, & viri experti: id maximè … poteſt, ſi notabili tempore elapſo, nulla … mentio delicti.

3. Quando fama eſt alia via recuperata, v. g. teſtimonium alterius perſonæ fide dignæ, vel per vitam exemplarem.

4. Si delictum occultum, quod dixiſti, fiat … publicum.

5. Si reſtituere non poſſis ſinè jactura boni … ordinis, putà animæ, vitæ, membrorum, vel famæ tuæ longè majoris valoris; hinc … non tenetur reſtituere famam per…, nec vir valdè illuſtris plebejo, ſi id … poſſit ſinè jactura propriæ famæ; ſed ſufficit, ut infamatum laudet.

6. Si is, cui detraxiſti tibi pariter detraxerit, non velit reſtituere; quia tunc uteris compenſatione, ſi infamia non redundet in alios. 7. Si infamatus ſponte condonaverit; quia dominus ſuæ famæ; at non poteſt quis condonare, ſi infamia redundet in alios, ſeu in eorum damnum; quia eſt dominus ſuæ, non aliorum famæ, aut boni. 8. Quando reſtitutio eſt moraliter impoſſibilis; quia ad impoſſibile nemo tenetur.

2777 Quando quis eſt impotens ad reſtituendam famam, non tenetur eam pecunia compenſare, quia fama, cum ſit altioris ordinis …, non poteſt ejus pretio compenſari. Vide num. 2770. & 2103.

2778 Solitus infamare, ſeu detrahere, tenetur … timere, ſi lædat apud ſimplices, & … quia hi ſolent faciliter credere, imò … unde tunc eſt verus famæ fur. Et …, quòd non teneatur, ſi apud viros …, ac timoratos detraxit, eſt quia illi non credunt, & inde non eſt in re facta læſio ut in n. 2776.

## AUDIENS DETRACTOREM,

2779 Si detractioni gravi conſentiat directè, videlicet, inducendo, movendo, excitando, quódque fieri ſolet, etiam interrogando, peccat mortaliter, tam contra charitatem, quàm contra juſtitiam, ſicut dictum eſt de eo, qui cooperatur ad damnum proximi in bonis fortunæ; unde ad reſtitutionem tenetur juxta ibi dicta.

2780 Qui ſolùm conſentit indirectè, non excitando, ſed ea complacendo, & ſe delectando, peccat mortaliter contra charitatem, quia delectatur de malo gravi proximi: ſed non contra juſtitiam, quia non eſt cauſa efficax damni famæ, niſi impedire teneatur ex officio, uti eſt ſuperior. Imò etiam mortaliter peccat, ſi potens ſinè incommodo impedire, non impediat, ſed audiat, etiam ſi non complaceat, juxta dicta de charitate erga proximum. Hic autem ultimus raro peccat mortaliter, quia regulariter cauſa excuſans adeſt.

2781 Cauſæ à mortali excuſantes ſunt: 1. *Si detractio ſit levis*: 2. *Si ſit gravis, ſit tamen coram uno, vel altero prudenti*: 3. *Si ſi rationabiliter putas auditores non credituros*: 4. *Si advertas tuam reſiſtentiam, aut monitionem non profuturam; quod contingere, poteſt, vel quia audiens eſt longè inferior detractore; quia detractor eſt inſolens, ira accenſus, &c. imò ſæpe monitio poteſt eſſe excitatio ad majorem, aut fervidiorem detractionem*: 5. *Si non es moraliter certus, quod loquens loquatur injuſtè, & de gravi crimine occulto*: 6. *Si judicas detrahentem habere juſtam cauſam videlicet, ut conſilium petat, ut ſuum dolorem leniat, ut te utiliter moneat, &c.* 7. *Si times grave damnum; vel graviter tua intereſt, te non reputari defendere infamatum*: 8. *Quando ex*

*rationabili*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rationabili verecundia, aut puſillanimitate non audes reſiſtere, & infamia proximi non eſt ità gravis, ut judices cum tanta tua difficultate impedire*; ità ferè Tamb. Ratio eſt, quia charitas non obligat cum gravi incommodo, ſinè neceſſitate, aut utilitate.

Scotus *in 4. diſt.* 15. *q.* 4. Maſtr. *in theolog. mor. diſp.* 8. *q.* 3. Joan. la Crux 8. *pr. pag.* 236. Bonac. *to.* 2. *pag.* 515. Tamb. *to.* 1. *pag.* 290. Buſemb. *lib.* 3. *tr.* 6. *cap.* 1. Diana *in plurib. loc.* Mendo *ver. Detractio.* Clericatus *cap.* 104.

# DE VIII. PRÆCEPTO DECALOGI.

*Non falſum teſtimonium dices.*

## MENDACIUM

2782 E*St enunciatio falſa cum conſcientia oppoſiti, & cum voluntate fallendi.* Eſt triplex: *Pernicioſum* in damnum alterius: *Jocoſum* ob delectationem, & *Officioſum* ob utilitatem. Pernicioſum, ſi ſit damnum grave, eſt mortale. Jocoſum, & officioſum, regulariter eſt veniale, niſi ſit adjuncta circumſtantia, ob quam aliam virtutem à veritate diſtinctam graviter lædat.

2783 Hinc venialiter peccat pœnitens, ſi neget peccatum veniale, quod commiſit, aut fateatur, quod non commiſit; quia ſolam veritatem lædit: at peccat mortaliter, ſi confiteatur veniale, quod non commiſit, quodque ſit materia totalis Sacramenti; quia cum nullam det veram materiam, facit Sacramentum nullum, & ſic committit ſacrilegium. Item à mortali non excuſo Sacerdotem, ſi dum ſacris veſtibus induitur, aut eſt indutus proximè celebraturus, mentiatur, ob ſcandalum, quo audiens, mendacium advertens poſſet Sacerdotes contemnere, & viles habere: *v. nn.* 143. & 1559.

## TESTIS,

2784 QUi falſum teſtatus eſt ſcienter, tenetur ſe retractare cum
& paulò majori ſuo damno, quia in
damno potior eſt ratio innocentis. At
netur ſe retractare, ſi ſit moraliter certus
tractationem non profuturam; quia
obligatur ad opus inutile; nec ſi teſtis
timus, & reus repertus ſit convictus
teſtes; quia tunc non eſt cauſa efficax
Nec cum ſuo damno longè altioris ordinis
*n.* 2766. Si verò falſum teſtatus eſt
ter, inadvertenter, & ſinè peccato mortali,
tenetur ſe retractare; at non cum
ſuo damno, etiam minori; ſed eſt
dum, ſicut de reſtitutione ex re accepta
*num.* 2691.

De reo, & teſte: *vide à nu.*
364. & fusè *in tom.* 2. *à cap.* 2. præ

## CASUS DE INSTRUMENTO

2785 P*Etrus amiſit quoddam inſtrumentum publicum, & legitimum*
*teſtamentum, &c. an peccet graviter*
*ſimile privatim conficiat?*

Reſp. In foro externo hunc præſumi
rium, & puniri; quia de veritate non
In foro autem conſcientiæ [de quo
mo] non peccare mortaliter, ſed ad ſummum
venialiter, docet ArsdeKin *to.* 2. *pag.*
cum Mendo *in ſtatera diſſer.* 23. *q.* 17.
17. *nu.* 168. quia nulli damnum, aut
tiam infert; ſed ſolùm peccat contra
tem, non facti, aut ſcripturæ formalis
ſcripturæ materialis; quatenus propon
pturam illam materialem credendam
ſtrumentum auctoritate publica prim
fectum. Plures apud ArsdeKin eum à
li, & à mendacio excuſant. Idem tenent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

..., & S. apud Ant. à Spir. S. *tr. 5. de jur. diſt.* ... *q. n. 54.* qui eos ſequitur tantùm quo... ſcripturas: At in conſultis noſtram ...ntiam probabilem vocat, pluribus ratio... & auctoribus confirmat.

SECRETUM NATURALE

2786 Imponitur, vel expreſsè, ut *Tibi dico ſub ſigillo confeſſionis, ſub ſecreto na...li, ut nemini dicas, &c.* vel implicitè: *Tibi dico, ut amico pro conſilio, ut dolorem le...*, *&c.*

2787 Obligat ſub mortali, ſi res ſit gravis ...derationis, & ejus violatio cedat in gra... damnum, aut in gravem diſplicentiam ..., qui ſecretum commiſit; quia tunc vio... ſecreti valde nocet ſocietati humanæ, & ... gravium diſcordiarum cauſa. Quod eſt ..., etiam ſi uni, vel alteri viro prudenti ..., ſi qui ſecretum impoſuit, iis ſpecialiter non velit ſecretum revelandum. Idem dic de litterarum injurioſa aperitione, niſi prudenter præſumat auctorem litteræ non invitum, aut niſi id facias ad vitandum grave damnum injuſtum, quod inde prudenter times.

2790 Magìs peccant Secretarius, & Notarius publicus, qui tenentur ex officio, & ſub juramento ad ſecretum. Non eſt peccatum revelare ſecretum naturale, etiam juratum ad impediendum damnum publicum, aut tertiæ perſonæ innocentis, ſeu ſi ſecretum ſit de delicto patrando. Eſt autem mortale illud revelare, ſi damnum ſit jam ſecutum, & non pendeat in futurum: *v. num.* 126. 1704. *à* 1733. *ad* 1736. 1633. 1696. *&* 1697. *& to. 2. à n.* 55.

Scotus *in 4. diſt.* 15. *q.* 4. *litt. F*, Maſtr. *in theol. mor. diſp* 12. *q.* 9. Joan. la Crux 8. *præc.* Buſemb. *lib. 4. cap. 3. dub. 4. 6. & 7. lib. 5. cap. 3. dub. 2. n. 6.*

# PARS TERTIA

## De quinque Præceptis Eccleſiæ.

### DE I. PRÆCEPTO.

*...re Miſſam diebus Dominicis, & feſtis de Præcepto.*

2788 Fideles, poſtquam ad uſum rationis pervenerint, qui regulariter poſt ...ennium expletum præſumitur, tenentur ...mortali audire ſacrum diebus Dominicis, ... de præcepto.

2789 Ad ſatisfaciendum huic præcepto ... requiruntur, 1. *Præſentia moralis.* ... nec eſt neceſſe, quòd actu audiat Sacer...tem, aut videat; nam mutus, ſurdus, aut ob ...tudinem populi diſtans, ut actu nec au..., nec videat, ſatisfacit, ſi ſacrificio ſit præ..., ideoque *per auditionem Miſſæ*, intelligitur actio, qua quis ſacrificio eſt præſens, eique aſſiſtit modo humano, corpore videlicet, & mente, & in tali diſtantia, ut poſſit Sacerdotem videre, ejuſque Miniſterium, & actiones attendere. Unde non ſatisfacit, qui è feneſtra ſuæ domus extra Eccleſiam ſitæ Miſſam, quæ intra Eccleſiam celebratur, audiret; quia non eſt moraliter præſens. Affirmat tamen Tamb. *lib. 4. c. 2. §. 1. n.* 14. & Clericatus *c.* 109. *nu* 7. Similiter, nec qui extra januam Eccleſiæ poſitus, eam audiret; niſi id contingeret ob multitudinem nimiam populi, quam Eccleſia capere non valet, quia tunc cenſetur moraliter præſens ratione conjunctionis cum multitudine, cum qua conſtituit unum corpus morale fidelium, ſacro præſens, & aſſiſtens.

2791 2. *Intentio.* Requiritur, inquam, in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN